manendum ſignificans, proclamabant currens. de Leg. ad Cai. p. 1018. B, τὴν δεξιὰν χεῖρα ΚΑΤΕΣΕΙΣΕΝ αἰνιττόμενος εὐμένειαν, *dextra innuit ſe propitium.*

v. 19. Ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι) *Eos DVCI iuſſit*, aut in carcerem, aut ad ſupplicium. Ea enim verbi vis eſt. Philo de Ioſeph. p. 534. C, ΚΕΛΕΥΕΙ τὸν ἄνθρωπον εἰς εἱρκτὴν ΑΠΑΓΑΓΕΙΝ, *iubet hominem in carcerem duci*, Et p. 558. B, Ioſephus reperto inter Beniamini ſarcinam poculo, ait, μηδέποτε τοῦτο εἰργασαίμην ὡς τοσούτους ΑΠΑΓΕΙΝ ἑνὸς ἁμαρτόντος. *Abſit, vt faciam, vt ob vnius culpam a tam multis ſupplicium ſumam.* Nam hunc ſenſum ſequentia poſtulant. De ſpec. Legg. p. 790. E, τοὺς δ' ἐνόχους ἀνεκπλύτοις ἄγεσιν — ἀναγκαῖον ΑΠΑΓΕΙΝ δώσοντας δίκην, *Pollutos vero ineluibili ſcelere — ducere oportet ad ſupplicium*, quibus exprimit Hebraica Numer. XXXV, 31. כִּי־מוֹת יוּמָת add. ibid. p. 802. C. quod omn. prob. lib p. 882. C. Sic in Flacc. p. 977. B, dicuntur ΑΠΑΓΟΜΕΝΟΙ τὴν ἐπὶ θανάτῳ *abducti via, qua ad mortem iretur.* v. HERALDVS Aduerſ. I. p. 63. DVKER. ad Flor. III, 21, 28.

v. 25. Πληρώσαντες τὴν διακονίαν) cf. XIV, 26. ἔργον ὃ ἐπλήρωσαν. Philo ſic dicit in Flacc. p. 985. B, οἱ δὲ ΠΛΗΡΩΣΑΝΤΕΣ αὐτὸ, *quod cum effeciſſent.*

CAPVT XIII.

v. 8. Ἐλύμας, ὁ μάγος) Omiſſum eſt τουτέστι. Nam Elymas nomen, *magum* ſignificat. Sic intelligendum eſt Ἀββᾶ, ὁ πατήρ. Rom. VIII, 15. ἐν Βεελζεβοὺλ, ἄρχοντι τῶν δαιμονίων. Luc. XI, 15. Nec aliter Philo 2. Alleg. p. 63. A, ἀναχωρεῖ δὲ εἰς Μαδιὰμ, τὴν κρίσιν, *ſecedit in Madiam ID EST iudicium.* Et p. 68. E, τὴν πόλιν, τὴν ψυχὴν, *ciuitatem HOC EST, animam.*

v. 11. Ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἀχλὺς καὶ σκότος) Vtrumque vocabulum coniungit quoque Philo Alleg. leg. p. 48. D, ἡ ἀρετὴ ἀνατείλασα ἐν ψυχῇ τὴν ΑΧΛΥΝ αὐτῆς αὐγάζει, καὶ τὸν πολὺν ΣΚΟΤΟΝ σκεδάννυσι. *virtus exorta in anima caliginem eius illuſtrat et magnas tenebras diſpellit.*

v. 42. Εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον) Plurimi accipiunt de diebus inter duo Sabbata interiectis, vnde SCALIGER etiam σαββάτων legendum putat: Sic Philo de Victim. off. p. 852. C, ΤΟΝ ΜΕΤΑΞΥ χρόνον γενέσεως καὶ θανάτου παρὰ τοῦ θεοῦ χρῆσιν λαβών, *accepta vſura temporis quod inter natiuitatem et mortem interpoſitum eſt.* Sed nonnulli de *inſequente ſabbato* accipiunt. ALBERTI quidem in Muſeo Brem. hanc vim demonſtrare conatus eſt prolato loco de Opif. p. 7. B, ἐν τοῖς ΜΕΤΑΞΥ διαστήμασιν; ſed is locus, vt ſuperior, de interiecto ſpatio eſt, vnde etiam Interpres: *in medio.* Item 2 Alleg. extr. τὴν ΜΕΤΑΞΥ τοῦ βίου τρίψας ὁδὸν, *peracta interim vitae via.* Et ſic ſemper apud Demoſthenem, nec opus eſt eam interpretationem deſerere.

v. 43. Ἐπιμένειν τῇ χάριτι) Scriptores Graeci eodem vtuntur verbo. Philo Quod det. pot. inſ. p. 160. E, ἡ ΕΠΙΜΕΝΟΥΣΑ τοῖς καλοῖς ψυχὴ, *animus in honeſtate perſeuerans.*

v. 48. Ἐπίστευσαν ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον) Cum locus hic ſit inter eos quos maxime vrgent, qui praedeſtinationem defendunt, neceſſarium eſt, vt, quid linguae ratio ferat, diligenter et accurate conſideretur. Τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον ſunt *qui ordini ſalutis conſequendae ſe ſubmittunt*, h. e. verbum dei audiunt et Spiritus S. operationi non reſiſtunt. Obſeruant interpretes τάττειν eſſe verbum militare,

militare, et τεταγμένους dici, qui *ordinem ſeruent:* ſed omnis huius loci interpretatio ab vſu Participii τεταγμένος repetenda eſt, quod quin reciproce ponatur, non ſinunt dubitare exempla, quae plurima exſtant cum apud alios ſcriptores, tum apud Philonem. ſic lib. I. Alleg. p. 56. C, ἡ δικαιοσύνη — ἀπονεμητικὴ τῶν κατ' ἀξίαν ἐστὶ καὶ ΤΕΤΑΚΤΑΙ οὔτε κατὰ τὸν κατήγορον, ἀλλὰ κατὰ τὸν δικαστήν· *Iuſtitiae eſt ſuum cuique reddere, eſtque loco non accuſatoris ſed iudicis.* Neque enim inuſitatum Graecis Perfecta Paſſiua ſaepius reciproca et media ſignificatione ponere, cum multa verba Perfectum Medii non habeant. Quin etiam Latini Paſſiuis pro Mediis ſeu Actiuis reciprocis vtuntur. Vid. DRESIGIVS in Comm. de Verb. M. N. F. I, 24. Iam porro, Lib. Quod prob. lib. p. 869. E. οἱ μὲν πολλοὶ θρέμμασιν ἐοικότες, ἐπιστάτου καὶ ἄρχοντος δέονται, ἡγεμόνες δ' εἰσὶν οἱ ἀστεῖοι, τὴν τῶν ἀγελαρχῶν ΤΕΤΑΓΜΕΝΟΙ τάξιν. *vulgus pecoribus ſimile principe et rectore opus habet, ſunt autem duces ſapientes qui paſtorum ordinem tenent.* De Nobil. p. 907. C, ἔχω δ' εἰπεῖν ἑτέρους τοὺς ἐξ ἐναντίας ἀμείνω ΤΕΤΑΓΜΕΝΟΥΣ τάξιν, *poſſum memorare alios qui meliori parti ſe adiunxerunt.* Qui locus in primis eſt perſpicuus. Sermo ibi de iis, qui relicta maiorum improbitate meliorem vitam ſequuntur. Sic ἀντιτεταγμένοι *hoſtes*, de Leg. ad Cai. p. 1040. C, εἰσελθόντες εὐθὺς ἔγνωμεν — ὅτι οὐ πρὸς δικαστὴν, ἀλλὰ κατήγορον ἀφίγμεθα, τῶν ΑΝΤΙΤΕΤΑΓΜΕΝΩΝ μᾶλλον ἐχθρόν. *Ingreſſi cognouimus ſtatim pro iudice nos eum habituros accuſatorem profeſſis hoſtibus acerbiorem.* De Ioſ. p. 551. E. εἰ γὰρ ΣΥΝΕΤΑΧΘΗ τῷ πρεσβυτάτῳ χρηστὰ καὶ φιλάνθρωπα βουλευομένῳ νεώτερος μὲν ἐκείνου, τῶν δ' ἄλλων πρεσβύτερος ὢν, ἴσως ἂν ἴσως ἐπεσχέθη τ' ἀδίκημα. *ſi maiori fratri bene clementerque conſulenti, quo vno minor, ceteris erat grandior, ſuum adiunxiſſet ſuffragium,*

fragium, vix admiſſum fuiſſet facinus. Eſt alicubi σὺν τοῖς ἀρίςοις ΣΥΝΤΕΤΑΓΜΕΝΟΣ. *optimatum partes ſequens.* Sic Maxim. Tyr. Diſſ. X. p. 102. ed. HEINS. αἰφνιδίως ΕΠΙ σαρκῶν ἡδονὰς ΣΥΝΤΕΤΑΓΜΕΝΟΣ *ſtatim in voluptates corporis RAPITVR.*

Capvt XV.

v. 20. Ἐπιςεῖλαι αὐτοῖς) Non incommode verti poteſt, *epiſtolam mittere.* Sic plane apud Philonem de Leg. ad Cai. p. 1031. A, ὁ δὲ Ἀγρίππας — δέλτον λαβὼν ταῦτα ΕΠΙΣΤΕΛΛΕΙ. *Agrippas — ſumtis tabellis ſcribit has litteras.* add. p. 1027. E. et p. 1034 E, εὐθέως ὀδὲν εἰς τὴν ὑςεραίαν ὑπερθέμενος ΕΠΙΣΤΕΛΛΕΙ, *confeſtim nihil procraſtinans ſcribit litteras.* Sed aliam praeterea notionem, non minus aptam huic loco, et, vt quibuſdam videtur, vel commodiſſimam, habet, qua ſignificat, *praecipere, mandata dare.* Sic eſt apud Philonem L. 1. de vit. Moſ. p. 615. B. de Moſe: παρεκάλει ἕτερον ἑλέσθαι, τὸν εὐμαρῶς ἕκαςα τῶν ΕΠΙΣΤΑΛΕΝΤΩΝ διαπράξασθαι δυνησόμενον. *Rogabat, vt alius eligeretur ad exſequenda MANDATA magis idoneus.* De Legat. ad Cai. p. 1036. A. ταῦτα ἢ καὶ μὴ τοῖς ῥήμασι τοῖς γȣ̃ν πράγμασιν ΕΠΕΣΤΑΛΤΑΙ. *Haec ſi non verbis, tamen re mandata ſunt.*

v. 22. Ἄνδρας ἡγȣμένȣς) *Viros primarios, facile principes;* Quo ſenſu Philo l. 2. de vit. Moſ. p. 662. D, Noachum dicit πρεσβύτατον καὶ ΗΓΕΜΟΝΑ τῆς οἰκίας *patrem familias et principem.*

v. 33. Ἀπελύθησαν μετ' εἰρήνης ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν) Verti debet, *A fidelibus dimiſſi ſunt bonis ominibus votiſque.* Philo in Flacc. p. 979. A. εἶτ' ἐπειδὰν μὲν ἐγνωρίσθησαν ἑτέρȣ γένȣς ΑΠΕΛΥΟΝΤΟ. *deinde cognito eſſe alterius generis dimittebantur.* Et mox: ὅσαι μὲν ȣ̓̃ν φόβῳ κολάσεως ἐγεύσαντο μηδὲν ἔτι δεινὸν προσυπομείνασαι ΑΠΕΛΥΟΝΤΟ. *Quae igitur*

metu

metu tormentorum guſtabant, ſine alia maiore vexatione dimittebantur.

v. 38. Παῦλος δὲ ἠξίου — μὴ συμπαραλαβεῖν τοῦτον) h. e. οὐκ ἐβούλετο: quae lectio eſt ex gloſſemate, cui interpretationi reiectis aliis inſiſtendum. Sic Philo de Ioſ. p. 555. E, ΟΥΚ ΑΞΙΩΣΑΝΤΟΣ τοῦ ξενοδόχου ταῖς ἑτέρων ἀτυχίαις ἐντρυφᾷν. *conuiuatori non libebat deliciis vti in publica penuria.* de vict. off. p. 856. C, ΟΥΚ ΑΞΙΩΝ, *nolens.* de Leg. ad Cai. p. 1005. D, τὰς μὲν ἀρετὰς αὐτῶν ἐπιτηδεύειν ΟΥΚ ΑΞΙΟΙ, *eorum virtutem aemulari NON VVLT.*

Capvt XVI.

v. 13. Παρὰ τὸν ποταμὸν οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι) Verte: *vbi ex more erat proſeucha.* Νομίζεσθαι enim ſaepe eſt *in more conſuetudineque poſitum eſſe;* Ariſtoph. Nub. 498. Ita apud Philonem de Ioſ. p. 529. E, τὰ NOMIZOMENA, ſunt *ſolemnia, quae fieri vſus recepit.* Nec aliter in Flacc. p. 974. A. ἀμοιρῆσαι τῶν NOMIZOMENΩN, *carere IVSTIS funebribus.* Ad flumina autem proſeuchae aedificabantur. Hinc Iudaei, quamuis proſeuchis deſtituti ad littora precum faciendarum cauſſa conueniunt. In Flacc. p. 982. D.

v. 34. Πανοικὶ) Hanc vocem Thomas Mag. cum aliis Grammaticis repudiat. Neque tamen ſpretam fuiſſe a Diodoro et Ioſepho docuit ibi witterus p. 676. Quibus accedat Philo de Ioſ. p. 562. B, vbi rex Aegypti Iacobum iubet μεταστῆναι ΠΑΝΟΙΚΕΙ, (nam ſcribitur et per ει) *migrare cum vniuerſa domo,* ſ. familia. Lib. 1. de vit. Moſ. p. 603. C, εἰς Αἴγυπτον ΠΑΝΟΙΚΙ μεταναστάντων, *in Aegyptum cum vniuerſa familia migrauerant.* Cod. Cantabrig. habet σὺν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, e gloſſemate.

CA-

CAPUT XVII.

v. 4. Καί τινες ἐξ αὐτῶν ἐπείσθησαν καὶ προσεκληρώθησαν τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλᾳ) Elegans verbi προσκληρȣ̃μαι ſignificatio, qua denotat *Accedere, adhaerere, ſe adiungere*, eaque valde frequens apud Philonem. Lib. de Mund. Opif. p. 14. A, ψυχῆς γὰρ ἡ μὲν ἀργοτάτη καὶ ἥκιστα τετυπωμένη, τῷ γένει τῶν ἰχθύων ΠΡΟΣΚΕΚΛΗΡΩΤΑΙ. *Animorum inertiſſimus et minime elaboratus piſcium generi attributus eſt.* Lib. 1. Leg. Alleg. p. 44. D, εἰκότως μέντοι τὸ αἰσθητὸν ἀπείκασε χόρτῳ, ὅτι τῷ ἀλόγῳ μέρει τῆς ψυχῆς ΚΕΚΛΗΡΩΤΑΙ. *Decenter ſane ſenſibile conparauit cum herba, quia animi brutae parti attributum eſt.* De Sacr. Ab. et Cain. p. 131. B. ὁ δ' αὐτομαθȣ̃ς ἐπιστήμης ἀξιωθεὶς Ισαὰκ — προστίθεται καὶ ΠΡΟΣΚΛΗΡΟΥΤΑΙ, ȣ̓ — λαῷ, γένει δὲ, *At Iſaacus ſe ipſo praeceptore ſcientiam adeptus — additur et conſors fit, non populo ſed generi.* Et mox: ΠΡΟΣΚΛΗΡΟΥΝΤΑΙ πλείωσι. *pluribus ſe adiungunt.* De Gigant. p. 292. E. ὁ δὲ τοιȣ̃τος τῷ ἐπιμόνῳ ΠΡΟΣΚΕΚΛΗΡΩΤΑΙ θεῷ. *Talis vni deo dedicatur.* de her. rer. diu. p. 487. B, Λάβαν ὁ μισάρετος ȣ̓δὲ καταφιλῆσαι δυνήσεται τὰς ΠΡΟΣΚΕΚΛΗΡΩΜΕΝΑΣ τῷ ἀσκητικῷ δυνάμεις, *Laban ille virtutis oſor ne oſculari quidem poteſt attributas meditatione vtenti facultates*, ſ. *vires.* pag. 520. B, πῶς δὲ τὸν ἔθνȣς καὶ γένȣς ἑτέρȣ μέλλοντα ἔσεσθαι ἡγεμόνα, ΠΡΟΣΚΛΗΡΟΥΣΘΑΙ τῷ παλαιῷ. *Quomodo fieri poterat, vt futurus princeps noui generis adiungeretur veteri.* De Creat. princ. p. 724. A. ἡ ἀνωτάτω συγγένειά ἐστι πολιτεία μία, καὶ νόμος ὁ αὐτὸς καὶ εἷς θεὸς, ᾧπερ οἱ ἀπὸ τȣ̃ ἔθνȣς ΠΡΟΣΚΕΚΛΗΡΟΝΤΑΙ, *Cognatio ſuperior eſt conſenſus in inſtitutis ac legibus, et vnius dei religio, cui, qui e gente ſunt, accenſentur.* De Fortit. p. 741. C, μαδιηναῖοι

πρὸς ἑβραίους φιλαπεχθημόνως ἔχοντες, ἐδενὸς ἑτέρου μᾶλλον ἢ ὅτι τὸ ἀνώτατον καὶ πρεσβύτατον αἴτιον σέβουσι καὶ τιμῶσι, τῷ ποιητῇ καὶ πατρὶ τῶν ὅλων ΠΡΟΣΚΕΚΛΗΡΩΜΕΝΟΙ. *Madianaei odio affecti erga Hebraeos, nullam aliam ob rem quam quod ſupremam et antiquiſſimam omnium cauſſam colerent et honore proſequerentur, auctorique et patri huius vniuerſi addicti eſſent.* De Decal. p. 760. A, τινὲς τῇ ἑτέρᾳ μερίδι ΠΡΟΣΚΛΗΡΩΣΑΝΤΕΣ αὐτοὺς, ἔδοξαν τῆς ἑτέρας ὀλιγωρεῖν. *Sunt, qui alteri parti addicti, alteram videntur contemnere.* De ſpec. legg. p. 805. A, ἄῤῥην μὲν (ἡ ψυχὴ) ἡ μόνῳ θεῷ ΠΡΟΣΚΛΗΡΟΥΣΑ ἑαυτὴν, *Mas* (animus) *eſt, qui ſoli deo ſe deuouet.* De Monarch. p. 827. E. vbi de ſummo ſacerdote ait ΠΡΟΣΚΕΚΛΗΡΩΜΕΝΟΣ τῷ θεῷ καὶ τῆς ἱερᾶς τάξεως γεγονὼς ταξίαρχος, *qui deo ſit dicatus ductorque ſacrati ordinis.* De Exſecrat. p. 936. D, θεῷ δεῖ μόνῳ ΠΡΟΣΚΕΚΛΗΡΩΣΘΑΙ τοὺς ἄπλαστον ἀλήθειαν ἀντὶ πεπλασμένων μύθων μεταδιώκοντας. *Deo ſoli adiungere ſe oportebat, qui ſimplicem veritatem, prae fictis fabulis ſequantur.* De Leg. ad Cai. init. p. 992. C, ἱκαναὶ πίστεις γεγονασί τινες τοῦ προνοεῖν τὸ θεῖον ἀνθρώπων, καὶ μάλιστα τοῦ ἱκετικοῦ γένους, ὃ τῷ πατρὶ καὶ βασιλεῖ τῶν ὅλων καὶ πάντων αἰτίῳ ΠΡΟΣΚΕΚΛΗΡΩΤΑΙ. *idonea quaedam argumenta data ſunt curare deum res humanas, et maxime ſupplices, qui parenti, regi auctorique rerum omnium confidunt.* Et p. 1001. D, τῶν μὲν τούτῳ, τῶν δ' ἐκείνῳ ΠΡΟΣΚΕΚΛΗΡΩΜΕΝΩΝ. *aliis huic, aliis illi fauentibus.* qui locus inprimis accommodatus. Et p. 1031. C. in epiſtola Agrippae ad Caium, ἔθνει δὴ τοιούτῳ ΠΡΟΣΚΕΚΛΗΡΩΜΕΝΟΣ καὶ πατρίδι καὶ ἱερῷ, δέομαι ὑπὲρ ἁπάντων. *Huic patriae genti templo cum ſim coniunctiſſimus, pro cunctis deprecor.* De Nom. Mut. p. 1064. C, τὸ εὔχεσθαι καὶ εὐλογεῖν οὐκ ἔστι τοῦ τυχόντος, ἀλλ' ἀνθρώπου

ἀνθρώπου τὴν πρὸς γένεσιν μὴ ἑωρακότος συγγένειαν, ΠΡΟΣΚΕΚΛΗΡΩΚΟΤΟΣ δὲ ἑαυτὸν τῷ πάντων ἡγεμόνι καὶ πατρί. *Precari et benedicere non eſt cuiuſuis, ſed eius qui cognationem natalium non reſpiciat, ſemet autem omnium principi parentique deo adſignauerit.* Add. de Somn. p. 1139. B, C. Sic Aelian. de Animal. XV, 28. aues quasdam ſcribit ΣΥΓΚΕΚΛΗΡΩΣΘΑΙ σιωπῇ, *attributas eſſe ſilentio*, i. *mutas eſſe*. Scholiaſta Theocriti Id. II, 12. ΑΠΟΚΕΚΛΗΡΩΣΘΑΙ τοῖς τεθνεῶσι, *inter mortuos eſſe*. Haec collectis paullo pluribus docere viſum eſt, non ſolum vt Curis WOLFII, qui de vſu huius verbi plane tacet, augmentum accederet, ſed etiam vt appareret, quam inanis et irrita ſit ratio MANGEI in hoc Lucae loco pro προσεκληρώθησαν, προσεκολλήθησαν ſubſtituentis, in notis ad Philonem T. II. p. 689. vbi etiam idem verbum loco illius, Philoni obtrudit, idque non ſolum ſine neceſſitate, ſed etiam contra omnem curam ac diligentiam, quae ab editore exigitur. Cf. P. WESSELINGII Epiſtola ad H. VENEMAM *de Aquilae in ſcript. Philonis Iud. fragmentis* p. 12. ſſ. qui iam hunc illius errorem grauiter caſtigauit. add. WOLLIVS ad KVSTER. de Verb. Med. p. 48.

v. 11. Οὗτοι ἦσαν εὐγενέστεροι τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ) Chryſoſtomum, Theophylactum et Oecumenium ſi ſequimur qui illam vocem εὐγενέστεροι per ἐπιεικέστεροι interpretantur, fere ſuſpicio oboritur veram lectionem loco motam eſſe. Igitur minima mutatione εὐμενέστεροι legi poſſet, quod placet MARKLANDO ad Lyſiam Proleg. p. 71. not. 95. qui ſimul obſeruat εὐγένειαν et εὐμένειαν ſaepius permutari; cuius rei exemplum dat e Philone de Vit. Moſ. II. p. 658. A, τὰ γὰρ καλὰ, κἂν φθόνῳ πρὸς ὀλίγον ἐπισκιασθῇ χρόνον, ἐπὶ καιρὸν αὖθις ἀναλάμπει φύσεως ΕΥΜΕΝΕΙΑι. *honeſtis rebus ad tempus obeſſe poteſt inuidia,*

ſed illae tamen proferunt ſe tandem ſuapte felicitate ingenii. Ibi igitur legendum eſt ΕΥΓΕΝΕΙΑι. Contra in lib. de Creat. princ. p. 734. D, ἓν γοῦν τὸ πρεσβύτατον ἀγαθὸν αὐτῆς (δικαιοσύνης) ἡ ΕΥΜΕΝΕΙΑ κἂν τἄλλα τις παραλιπὼν ἡσυχάζει γένοιτ' ἂν αὐταρκέστατος ἔπαινος, in MSS. reperitur ΕΥΓΕΝΕΙΑ, quam vtramque vocem MANGEVS repudiat, emendans, ὃ καὶ μόνον, ſequutus dubio procul latinum interpretem, qui vertit, *Nam vt reliqua eius bona ſileantur VNVM HOC omni laude maius eſt.* Sed immerito. Nam interpres ille valde negligentem ſe in vertendo praebuit. Verumtamen lectio εὐγενέστεροι bene habet. Nam εὐγενὴς et εὐγένεια, quae proprie eſt eorum quos natalium ſplendore illuſtres eſſe fortuna voluit, etiam de iis dicitur, qui animo et moribus ſunt bene conſtituti, quales hoc loco intelliguntur. Horum εὐγένειαν longe praeſtantiorem eſſe quam illorum, ſingulari libro de *Nobilitate* Philo demonſtat, cuius initio ſcribit, p. 904. A, ἐπειδὴ τοίνυν ἡ ΕΥΓΕΝΕΙΑ κεκαθαρμένης διανοίας καὶ καθαρσίοις τελείοις κλῆρος οἰκεῖος, μόνους χρὴ λέγειν ΕΥΓΕΝΕΙΣ τοὺς σώφρονας καὶ δικαίους, *Quoniam igitur NOBILITAS expiatae purgataeque mentis ſors eſt, praecipue NOBILES dicendi ſunt ſoli prudentes et iuſti.* Quos et Latini nobiles dicunt. Seneca Ep. 44. *Bona mens omnibus patet. Omnes ad hoc ſumus nobiles.* Pertinent huc quoque loci, lib. I. de vit. Moſ. p. 625. D, vbi Moſi ψυχῆς ΕΥΓΕΝΕΙΑΝ, καὶ φρονήματός μέγεθος attribuit: et de Leg. ad Cai. p. 1038. B, δείγματα ἐλευθεριωτάτων καὶ ΕΥΓΕΝΕΣΤΑΤΩΝ ἠθῶν. Sic φρόνημα ΕΥΓΕΝΕΣ praedicat in Ioſepho Philo de vit. eius, init.

v. 14. Πορεύεσθαι ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν) Ὡς ἐπὶ, *verſus, ad*, illo ὡς hoc loco cum ἐπὶ vt alias

in

in ὡς εἰς, vel ὡς πρὸς, fere pleonaſtice poſito. Sic apud Philonem de Ioſ. p. 545. E. σπεύδοντες ΩΣ ΕΠ' ἀγαθῶν κληρονομίαν, εὑρίσκουσι δεινὰς κακοπραγίας. *dum ad magnorum commodorum poſſeſſionem properant, graues reperiunt miſerias.* Iſtam autem vocem tentat MARKLAND. Conieᴄt. Lyſiac. p. 604. et corrigit Θεσσαλίαν. Sed v. SCHLOSSER. *Vindicationes* p. 39. ſ.

v. 16. Κατείδωλον) *Idolis refertam*, ex analogia adieᴄtiuorum cum praepoſitione κατὰ iunᴄtorum. ſic Philo de Opif. p. 35. C, παντοίων δένδρων ΚΑΤΑΠΛΕΩΣ. *locus arboribus plenus omnis generis.* v. CASAVBON. ad Strabon. p. 271. ed. ALMELOV.

v. 18. Σπερμολόγος) *Abieᴄtae ſortis homuncionem* denotat auᴄtore Harpocratione, Phoebammone p. 100. qui per εὐτελὴς explicat, cf. REISK. ad Demoſth. Or. p. Cor. p. 501. Appar. Crit. Vol. 2. adſentiente ALBERTO ad Gloſſarium N. T. p. 76. ſ. Sic videtur dici a Philone de leg. ad Cai. p. 1021. C, χρησάμενος — Ἑλίκωνι — δούλῳ ΣΠΕΡΜΟΛΟΓΩι περιτρίμματι — *vſus Helicone — ſeruo vili ſcurra.* Suida vero et Heſychio interprete, ipſoque Gloſſario N. T., eſt *garrulus*, *nugator.* Ac pro *blateratore* accipit TAYLORVS.

v. 21. Εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν) *Nulli rei tantopere vacabant*, vel *ſtudebant.* v. Marc VI, 31. vbi idem legitur verbum. At Thomas Mag. praecipit: Σχολὴν ἄγω, καὶ οὐ σχολῆς ἔχω· οὐ σχολάζω. τὸ δ' εὐκαιρεῖν, πάντη ἀδόκιμον. Cf. Etymol. M. v. σχολή. — τὸ δὲ εὐκαιρεῖν βάρβαρον. Item Suidas et Phrynichus. vid. OVDENDORP. ad Thom. p. 830. Vtitur autem eo Polybius, vt STOEBERVS ibidem obſeruat. Nec ſpreuit Philo. Is enim de Creat. princ. p. 724. B, τῆς διανοίας ΕΝΕΥΚΑΙΡΟΥΣΗΣ ἑκάστῳ, *mente* inter ſcribendum *ſingulis rebus vacante*, vel, *diutius in vnaquaque verſante.* In Flacc. p. 969. E, πλῆθος δ' ἐστὶν

ἐπιτετηδευκὸς γλωσσαλγίαν, καὶ ΕΝΕΥΚΑΙΡΟΥΝ διαβολαῖς καὶ βλασφημίαις. *multitudo eſt exercitata in garrulitate et STVDIOSA calumniarum et conuiciorum.*

v. 26. Ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος) Obſeruauit iam WOLFIVS αἷμα hic *genus* vnde quis ortus ſit denotare: qua ſignificatione eſt apud Philonem. De Nobilit. p. 904. E, τὸ συγγενὲς οὐχ' ΑΙΜΑΤΙ μετρεῖται μόνον, *gentilitas non genere ſolo aeſtimatur.* vnde οἱ ἀφ' αἵματος, *qui eiusdem generis ſunt.* de Agric. p. 209. E. οὐχ' ἀδελφὸς οὐ τῶν ἀφ' ΑΙΜΑΤΟΣ οὐδεὶς ἐκ γένους, *non pater, non frater non conſanguineus*; in quibus vltima, ἐκ γένους gloſſema ſapiunt. De Creat. princ. p. 726. E, γονεῖς καὶ πάπποι καὶ πρόγονοι καὶ πάντες οἱ ἀφ' ΑΙΜΑΤΟΣ *parentes, aui, maiores et omnes e cognatione.* Sic de Ioſ. p. 560. E, in oratione Ioſephi ad fratres: διαφερόντως πρὸς τοὺς ἀφ' ΑΙΜΑΤΟΣ χρῶμαι, *praecipuo modo erga eos, quibuſcum ſanguine coniunctus ſum, affici ſoleo.* De vict. off. p. 856. A, αἱ ἐκ προγόνων ἀφ' ΑΙΜΑΤΟΣ αὗται, λεγόμεναι συγγένειαι, *Cognationes, ſiue vt dicuntur conſanguinitates.* Add. de Abr. p. 359. C. de vit. Moſ. I. p. 649. A. de Char. p. 701. 705. A. de vit. Cont. p. 891. E. et SCHRADER. ad Muſaeum p. 136.

v. 30. Τοὺς χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς) Ὑπεριδεῖν accipitur pro contemnere cum indignatione, negligere. Hoc ſenſu eſt apud Philonem lib. de Ioſeph. p. 551. B, in oratione Rubeni pro fratre, ποτνιώμενον οἱ ἀνιλεεῖς ΥΠΕΡΙΔΟΜΕΝ, *precantem nos immites contemſimus.* Eſt ipſum verbum quo Alexandrini vtuntur Geneſeos loco, quo iſta narrantur. Lib. 3. Alleg. p. 1096. A, ΥΠΕΡΙΔΩΝ τὸν υἱὸν τὸν πρωτότοκον τῆς μισουμένης, *deſpiciens filium primogenitum odioſae.* De ſept. p. 1194. D, σιτίων γὰρ τοι

καὶ

καὶ ποτῶν μαθὼν ἀλογεῖν, τῶν ὄντως ἀναγκαίων, τίνα οὐκ ἂν ΥΠΕΡΙΔΟΙ τῶν περισσῶν; *Qui didicit ab eſculentis et potulentis abſtinere quae adeo ſunt neceſſaria, ecquae ſuperuacaneorum non deſpiciat?* πάντα τὰ σώματα ΥΠΕΡΙΔΕΙΝ καὶ ὑπερκύψαι de Praem. et P. p. 714. E. Iungitur etiam cum caſu ſecundo. Vid. ABRESCH. Dilucidatt. Thuc. p. 433., et apud Philonem de Exſ. p. 934. B, ὡς καὶ τέκνα γονέων, καὶ γονεῖς τέκνων, καὶ ἀδελφοὺς ἀδελφῶν ΥΠΕΡΙΔΕΙΝ, *erit tantus timor apud legis transgreſſores vt nec filii parentibus, nec parentes liberis nec germani fratribus opitulentur.* Idem ſignificat περιιδεῖν (Vid. *Obſeruat. Miſcell.* Vol. IV, p. 451.) in Flacc. p. 989. C; de leg. ad Cai. p. 1008. C. Add. FISCHERVS in Ind. Palaephat. v. παροραν, quod ſcite vertit *pati*, quam et vim hic habet, vt adeo ſit *pertulit, perpeſſus eſt.*

v. 31. Πίστιν παρασχὼν πᾶσιν) Plurimi CALOVIVM, vulgareſque Lexicographos ſecuti, haec verba ad *donandam hominibus fidem*, ſiue ad *copiam factam hominibus*, vel *doctrinae Chriſtianae*, vel *fiduciae Chriſti* referunt, ad id, quod orationis ſeries et verborum valor ferat, minus attenti. Etenim πίστιν παρέχειν ſignificat, *argumentis rem confirmare, probare, fidem facere.* Exemplis in hanc rem e Polybio quidem primum a RAPHELIO, et e Ioſepho a KREBSIO allatis, e Philone addantur loci in quibus πίστις de *argumento* dicitur. de Opif. p. 19. B, ΠΙΣΤΙΣ ἐναργεστάτη, *firmiſſimum argumentum.* p. 25. D, ἐναργεστάτην δὲ ΠΙΣΤΙΝ λάβοι τις ἂν ἐκ τῶν προκειμένων ἀριθμῶν. De Ioſeph. p. 560. E. ἐναργῆ δὲ ΠΙΣΤΙΝ δύνασθε λαβεῖν ἐξ' ὧν ὁρᾶτε· *Veriſſimo argumento ea, quae videtis, vobis ſunto.* Lib. I. de vit. Moſ. p. 656. A, ὅτι δὲ — οἱ νόμοι κάλλιστοι καὶ ὡς ἀληθῶς θεῖοι — ἐναργεστάτη ΠΙΣΤΙΣ ἥδε. *Leges eſſe optimas vereque diuinas — hoc argumento colligitur certiſſimo.* L. 3. de

 vit.

vit. Moſ. p. 674. E, *σαφὴς δὲ* ΠΙΣΤΙΣ. *Manifeſta eius rei fides eſt.* De Decal. p. 752. D. *σαφεστάτης ἐγγὺς παρακειμένης* ΠΙΣΤΕΩΣ. *cum aperta exſtent argumenta.* De Leg. ad Cai. p. 992. C, *ἱκαναὶ* ΠΙΣΤΕΙΣ *γεγόνασί τινες τοῦ προνοεῖν τὸ θεῖον ἀνθρώπων*, *idoneis quibusdam argumentis comprobatum eſt, deum curare homines.* Eod. l. p. 1012. A, *ἐναργεῖς δὲ* ΠΙΣΤΕΙΣ ΛΑΒΕΙΝ *ἐστί.* Add. de Congr. quaer. erud. c. p. 449. E. Alibi dicit *ἔμφασιν τοῦ γενησομένου* ΠΑΡΕΧΕΙΝ, *rei futurae argumentum dare*, de Abrah. p. 374. B. etc. Cf. FISCHERI Proluſio II. de Vitiis Lexicor. N. T.

Capvt XVIII.

v. 10. *Οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι*) Verbum *ἐπιθέσθαι* hac potiſſimum notione reperitur, vt ſit *adoriri aliquem, impetum et impreſſionem in alterum facere vel aperta vi, vel clandeſtinis inſidiis.* Quam in rem aliquot Philonis locos commemoraſſe iuuat. Alleg. 2. p. 63. B, *ἀναχωρεῖ, τουτέστιν ἀνακωχὴν ποιεῖται τοῦ πολέμου, ἀθλητοῦ τρόπον διαπνέοντος καὶ συλλεγομένου τὸ πνεῦμα, μέχρις ἂν — μετὰ δυνάμεως ἐῤῥωμενεστάτης* ΕΠΙΘΗΤΑΙ. *Secedit hoc eſt inducias facit athletae more paullulum reſpirantis et ſpiritum recolligentis, donec — cum validiſſima potentia INPRESSIONEM FACIAT.* Lib. I. de vit. Moſ. p. 609. D, de iis qui Moſen apud auum Pharaonem criminabantur quaſi imperii appetentem, ΕΠΙΘΗΣΕΤΑΙ *λέγοντες· οὐδὲν φρονεῖ μικρὸν, ἀεί τι προσπεριεργάζεται.* Te ipſum *ADORIETVR, dicentes, nihil mediocre ſapit, ſemper aliquid molitur.* Pag. 613. A, *τὸ μὴ κατακαίεσθαι τὸ καιόμενον (σύμβολον) τοῦ μὴ πρὸς τῶν φθαρήσεσθαι* ΕΠΙΤΙΘΕΜΕΝΩΝ *τοὺς ἀδικουμένους.* *Quod non exurebatur materia portendebat*

non

non perituros qui affligebantur inimicorum potentia. Lib. 3. p. 690. E. in verbis Moſis ſub ingreſſum Iſraelitarum in rubrum mare, πάντα πανταχόθεν ἐξαπιναίως ΕΠΕΘΕΤΟ. *ex improuiſo infeſtant nos omnia.* p. 695. A, ἡγεμόσιν ὑπηκόων ΕΠΙΤΙΘΕΜΕΝΩΝ, *inſurgentibus contra ſuos praefectos parentibus.* de Leg. ad Cai. p. 1009. A, ὁ Ἀλεξανδρέων μιγὰς καὶ πεφορημένος ὄχλος ΕΠΕΘΕΤΟ ἡμῖν: *Alexandrinorum promiſcuum et confuſaneum vulgus in nos INPETVM fecit.* Et in fine eiusdem libri εἰ γὰρ χαρίσαιτο τοῖς ἡμετέροις ἐχθροῖς — τὶς οὐκ ΕΠΙΘΗΣΕΤΑΙ τοῖς συνοικοῦσι, *Si enim gratificaretur noſtris inimicis quis non ADORIRETVR inquilinos?* Praeterea ſignificat *aggredi aliquid, ſtudere alicui rei.* De ſacr. Ab. et C. p. 147. D, οἱ δὲ (ἄνδρες) ἀνδρογύνων εἰ τοῖς γυναικῶν ΕΠΙΘΟΙΝΤΟ ἐπιτηδεύμασι, δύσκλειαν οἴσονται· *Viri androgynorum, ſi tractent ſtudia muliebria ignominiam ſubibunt.* lib. Quod det. inſ. pot. p. 157. C. vbi ΕΠΙΘΕΜΕΝΟΙ, *operis adgreſſores* dicuntur.

v. 24. Ἀλεξανδρεὺς τῷ γένει) *patria Alexandrinus.* De Iudaeis Alexandriam incolentibus dictum eſt ad Cap. VI, 9.

Ἀνὴρ λόγιος) Apud Atticos ſcriptores λόγιοι ſunt homines *hiſtoriae et antiquitatum, morum legumque periti,* qui alio nomine πολυΐστορες dicuntur. Hoc ſenſu Philo 1. vit. Moſ. init. p. 603. A, mentionem facit τῶν παρ' Ἕλλησι ΛΟΓΙΩΝ, *hiſtoricorum et poetarum Graecorum:* quo etiam Ioſephus λογίους dicit eos, qui in N. T. libris paſſim γραμματεῖς vocantur, Ant. VII, 6. 2. Eodem autem iſte libro p. 606. E, de magiſtris quorum diſciplina Moſes profecerit, ita tradit: ἀριθμοὺς μὲν οὖν καὶ γεωμετρίαν τήν τε ῥυθμικὴν καὶ ἁρμονικὴν, καὶ μετρικὴν θεωρίαν καὶ μουσικὴν τὴν σύμπασαν — Αἰγυπτίων οἱ ΛΟΓΙΟΙ παρέ-

δοκαν. *Numeros quidem et Geometriam vniuerſamque Muſicam, rhythmicam, harmonicam, metricam — tradiderunt Aegyptii doctores.* Sic etiam de leg. ad Cai. p. 1026. C, memorat ἀκοὴν ὑπὸ τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα ΛΟΓΙΩΝ παραδοθεῖσαν. *narrationem antiquam ab Graecorum Poetis hiſtoricisque traditam.* Sed in communi Graeca lingua eo vocabulo denotantur *eloquentes* et *facundi.* Moeris: Λογίους τοὺς πολυΐστορας Ἀττικῶς· — λογίους τοὺς λεκτικοὺς Ἕλληνες. vbi vid. PIERSONVS p. 249. add. Phrynichus p. 84. et Thomas Mag. ibique Interpretes p. 579. ed. BERN. Hic ergo λόγιος eſt *eloquens*, vt apud Philonem de Cher. p. 127. D, μικρὰ νόσου πρόφασις — οὐ τὸ στόμα καὶ τῶν πάνυ ΛΟΓΙΩΝ ἀπέρραψε; *Leui morbo — nonne vel ELOQVENTISSIMORVM os conſuitur?* Et ΛΟΓΙΟΤΗΤΑ pro *eloquentia* habet 1 vit. Moſ. p. 615. A, vbi ſcribit Moſen ex quo deum loqui audiuiſſet tanto magis ſuae facultati diffidere coepiſſe, νομίσας τὴν ἀνθρωπίνην ΛΟΓΙΟΤΗΤΑ κατὰ σύγκρισιν τῆς ἀληθείας ἀφωνίαν εἶναι· *ratus humanam eloquentiam cum veritate collatam, obmuteſcentiam eſſe.*

v. 25. Ζέων τῷ πνεύματι) Philo 3. vit. Moſ. p. 695. B, ἔτι δὲ ΖΕΩΝ καὶ πεπυρωμένος ὑπὸ τῆς νομίμου διαγανακτήσεως, *Necdum iuſta indignatio furorque deferbuerat.*

v. 27. Συνεβάλετο πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι) *Multum adiumenti attulit iis qui fidem recepiſſent.* Philo de Migr. Abr. p. 422. D. τί λόγος, καὶ τίνων γενόμενος ἑρμηνεὺς πρὸς καλοκαγαθίαν ΣΥΜΒΑΛΛΕΤΑΙ, Diſce, *quid ratio, et quarum rerum interpres ad honeſtatem CONFERAT:* pro quo paullo ante dicit συνεργεῖν et ὠφελεῖν.

CA-

Caput XIX.

v. 11. Δυνάμεις ὀ τὰς τυχȣ́σας) *Virtutes non vulgares*, vt Albertvs in Muſeo Brem. verti vult, ſpreto, *fortuitas*. Nam ſic de Opif. m. p. 19. B, θρεμμάτων πλήθη μυρία, πρὸς ἑνὸς ἀνδρὸς ἄγεται ΤΟΥ ΤΥΧΟΝΤΟΣ. *pecorum grex maximus ducitur a vulgari quouis homine* ibid. p. 31. C, ȣ̓κ ἐκ ΤΟΥ ΤΥΧΟΝΤΟΣ μέρȣς γῆς, *non ex quauis terrae gleba*. de Charit. p. 699. C, de Iudaico populo προςασίας ȣ̓κ ἐπὶ τῷ ΤΥΧΟΝΤΙ ἔθνει γενησομένης. *cura non vulgaris populi gerenda*. 2 Alleg. p. 77. E, ἡ ΤΥΧΟΥΣΑ κακίας γένεσις, *qualiſcunque malitiae progenies* vbi eadem notione paullo ante vſus fuerat nomine μικρὸς.

v. 22. Ἐπέσχε χρόνον) Ita Philo de Leg. ad Cai. p. 1029. B, μικρὸν ὅσον ΕΠΙΣΧΩΝ, *breui mora interiecta*. L. 1. de vit. Moſ. p. 629. C, Μικρὸν δ' ΕΠΙΣΧΩΝ, *paullo poſt*. de Ioſ. p. 540. B. ΕΠΙΣΧΩΝ ταύτας, *his* tribus diebus, *elapſis*. p. 539. D. ὁ δὲ μικρὸν ΕΠΙΣΧΩΝ.

v. 27. Οὐ μόνον δὲ τȣ̃το κινδυνεύει ἡμῖν τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν) Philo in Flacc. p. 973. χρήματα ἁρπάζȣσιν ἐκεῖνοι, καὶ πλῆθος αἰχμαλώτων σωμάτων, ἀλλὰ ΚΙΝΔΥΝΕΥΣΑΝΤΕΣ εἰ ἡττήθησαν ἀποβαλεῖν τὰ οἰκεῖα. *Illi pecunias auferunt et captiuorum multitudinem, ſed periclitati, ſi victi fuiſſent, de rerum ſuarum amiſſione*. Et quoad ἐλθεῖν ſimiliter de Ioſ. p. 553. D, ΕΙΣ ἀπαιδίαν ΚΙΝΔΥΝΕΥΩ ΠΕΡΙΕΛΘΕΙΝ *periculum eſt me ad orbitatem recidere*. Cf. v. 40.

v. 29. Ὁμοθυμαδὸν) Non commode *vnanimiter*, redditur, ſed potius *vna, ſimul omnes*. Sic accipiendum videtur in Philone L. 1. de vit. Moſ. p. 613. E. vbi deum refert Moſi expoſuiſſe ἰδίᾳ ἕκαςον καὶ πάντας ΟΜΟΘΥΜΑΔΟΝ ἐφ' ἱκετίας καὶ λιτὰς τραπομένȣς ἐλπίζειν

ζειν βοήθειαν. *Tum ſingulos tum vniuerſos ſimul ad preces et ſupplicationes conuerſos expectare auxilium.* p. 623. D, ἁπάντων ἀθρόως ΟΜΟΘΥΜΑΔΟΝ ἐκβοησάντων, *cunctis repente ſimul exclamantibus.* In Flacc. p. 982. E, ἀνεβόησαν ΟΜΟΘΥΜΑΔΟΝ, *vna omnes vociferabantur*, pro quo p. 971. A, ἀνεβόησαν ἀφ' ἑνὸς συνθήματος. add. p. 984. B. 986. A, vbi additur μιᾷ φωνῇ. de Leg. ad Cai. p. 1041. C.

v. 30. Τȣ͂ Παύλȣ βȣλομένȣ εἰσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον) Εἰσελθεῖν et παρελθεῖν Graecis dicuntur *qui in concionem prodeunt cauſſam acturi.* Apud Demoſthenem de Corona p. 314. C. ed. WOLF. ΠΡΟΣΕΛΘΕΙΝ ΤΩι ΔΗΜΩι καὶ λόγȣ τυχεῖν. Quo referenda ſunt verba Philonis lib. Quod mund. incorr. p. 961. E. φήσȣσι γὰρ ἕτεροι ΠΑΡΕΛΘΟΝΤΕΣ, ὅτι δένδρων ȣ᾿δὲν αἱ φύσεις τῶν ὀρῶν διαφέρȣσιν. *Dicent alii prodeuntes ab arboribus naturas montium nihil differre.* De Nom. Mut. p. 1074. A: ἴσως δ' ἂν τῶν εὐθαρσεςέρων εἴποι τις ΠΑΡΕΛΘΩΝ, *ſed fortaſſe confidentior aliquis procedens dixerit.* De Mund. p. 1169. E, φήσȣσι γὰρ ἕτεροι ΠΑΡΕΛΘΟΝΤΕΣ. Dicitur quoque omnino pro in publicum prodire. Q. prob. lib. p. 877. D, ἕτερος δὲ τῶν ἐμπειροτάτων, ὅσα μὴ γνώριμα ΠΑΡΕΛΘΩΝ ἀναγινώσκει, *alius quiſpiam vnus e peritioribus accedens, quae obſcura ſunt, explicat.* Sic de hiſtrione Philo de leg. ad Cai. p. 1021. D, ἐπὶ τὴν σκηνὴν ΠΑΡΗΛΘΕΝ. *in ſcenam prodiit.*

v. 35. Καταςείλας δὲ ὁ γραμματεὺς τὸν ὄχλον) *Cum ſcriba populum tumultuantem compreſſiſſet.* De hiſce ſcribis ſeu magiſtratibus quorum non parua erat in quibuſdam Aſiae vrbibus, vt ex h. l. apparet, auctoritas, vid. VAN DALENIVS in Diſſert. V. ad Antiqu. et Marm. p. 423. ſ. Καταςέλλειν autem eſt *coercere, comprimere, frangere.* Sic de vinitore ςέλλειν dicitur, cum

cum luxuriem vitium compeſcit, apud Philonem de Agr. p. 188. B. Solet agricola τὰ ὑπὸ πλεοναζούσης τροφῆς κεχυμένα τομαῖς ΣΤΕΛΛΕΙΝ, *quae prae nimio alimento luxuriant, putatione coercere.* Hinc iungitur cum κάμπτειν *inflectere*, in libr. de Opif. m. p. 17. E. ὅταν μήτε ΣΤΕΙΛΩΣΙ καὶ κάμψωσι διάνοιαν αἱ λύπαι, *ſi nec moerores mentem depreſſerint ac incuruarint.* Συςέλλεσθαι cum ἠρεμεῖν *quieſcere* 2 Alleg. p. 67. B. ἐὰν οὖν ἡ διάνοια ἠρεμήσῃ καὶ ΣΥΣΤΑΛΗι *Quodſi cogitatio — quieſcat, ſeque deprimat.* Sicut cum καθαιρεῖν Lib. 1. de vit. Moſ. p. 668. D. Sic ἀναςέλλειν dicitur de Char. p. 706. D. In lege de matrimonio ineundo plurima, ait, laudari merentur, tum illud, οὐκ εἴασεν ἀχάλινον φέρεσθαι τὴν ἐπιθυμίαν ἀπαυχενίζουσαν, ἀλλ' ΑΝΕΣΤΕΙΛΕ τὸ σφοδρὸν αὐτῆς. *quod non laxauit frena cupidini, ſed eius vehementiam repreſſit.*

Τίς γάρ ἐςιν ἄνθρωπος) Saepe γὰρ in interrogatione, quae vel indignatione, vel admiratione commoto paullo vehementius animo fit, adhibetur, neque opus eſt referre ad aliquam enuntiationem, quae ſuppreſſa intelligi debeat, vt quidam cenſent. Cf. Matth. XXVII, 23. ibique RAPHELIVS. Cel. FISCHER. Ind. Theophraſt. Latini ſic *enim* dicunt. Sic autem Philo de Conf. ling. p. 340. D. ΤΙΣ ΓΑΡ τάχ' οὕτως ἐμφανῆ καὶ περίληπτα καὶ τῶν λίαν ἐξεςηκότων ἀγνοεῖ; *quis enim adeo demens eſt vt haec tam nota et manifeſta neſciat?* et apud Ariſtophanem in Nubibus aliquoties. v. 218. φέρε, ΤΙΣ ΓΑΡ οὗτος οὐπὶ τῆς κρεμάθρας ἀνήρ; *Age, quis enim is qui in corbe pendet homo.* item 341. 350. 1181. etc.

CAPVT XX.

v. 9. Καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ etc.) Idem dicitur iisdem verbis apud Philonem. de Cherub. p.

118.

118. D, de Adamo, ὥσπερ — ἐκ ΒΑΘΕΟΣ ΥΠΝΟΥ περιαναςὰς, *tanquam — e profundo ſomno excitus.* Quod deus ſit immut. p. 299. B. ὥσπερ ἐκ ΒΑΘΕΟΣ ΥΠΝΟΥ περιαναςᾶσα, *terra tanquam alto ex ſomno ſurgens.* de Vit. Cont. p. 896. B, ΥΠΝΩι ΒΑΘΕΙ πιέζονται. *ſtertunt altum.* de Leg. ad Cai. p. 1030. C, ὑπὸ κάρȣ πιεσθεὶς ΒΑΘΕΟΣ, *graui ſopore preſſus.* Et mox D, πάλιν δὲ ΥΠΕΝΕΧΘΕΙΣ εἰς ΥΠΝΟΝ, *rurſum ſomno redditus.* de Somn. p. 1111. A, τοῖς ἐκ ΒΑΘΕΟΣ ΥΠΝΟΥ διανιςαμένοις, *e profundo ſomno excitatis.* Qui loci ſimul valent ad confirmandam lectionem βαθεῖ, quam alteri βαρεῖ praeferendam eſſe vidit etiam DORVILLIVS ad Charit. p. 54.

v. 12. Παρεκλήθησαν ȣ̓ μετρίως) *Gaudebant vehementer.* Sic Philo 2 Alleg. p. 77. B. γεγήθαμεν ΟΥ ΜΕΤΡΙΩΣ, *gaudemus non mediocriter* i. *valde.* Leg. ad Cai. p. 982. A, τῶν ἰδιωτῶν — ἐπὶ ταῖς ἐξαιρέτοις (συμφοραῖς) — ΟΥ ΜΕΤΡΙΩΣ κατηφιώντων· *priuatis — ſuis ipſorum calamitatibus grauiter moerentibus.*

v. 20. Ὡς ȣ̓δὲν ὑπεςειλάμην τῶν συμφερόντων) Ὑποςέλλεσθαι hic eſt *diſſimulare, celare;* quae notio celebratur a Demoſthene in vna de *Falſ. leg.* oratione, eandemque Philonis loci illuſtrant. de Ioſ. p. 540. B. ἐπειδὴ τοῖς ὀνείρων κριταῖς ἀληθεύειν ἀναγκαῖον — λέξω ΜΗΔΕΝ ΥΠΟΣΤΕΙΛΑΜΕΝΟΣ, *quoniam ſomniorum interpretibus veritas eſt neceſſaria — dicam nihilque celabo.* Et p. 544. B, ἐγὼ δ' ἐρῶ μηδὲν ΥΠΟΣΤΕΙΛΑΜΕΝΟΣ, ὅτι ὁ πολιτικὸς πάντως ὀνειροκριτικός ἐςιν, *Ego tamen non diſſimulanter dico ciuilem virum vtique ſomniorum interpretem eſſe.* Leg. ad Cai. 1014. B, ἐγὼ φράσω ΜΗΔΕΝ ΥΠΟΣΤΕΙΛΑΜΕΝΟΣ. *Vere agam, nihil diſſimulabo.* Hinc certum eſt, quod dubitat BOISIVS, ȣ̓δὲν ad ὑποςειλάμενος referri, non ad ἀναγγεῖλαι. Sed aliter paullo dicitur v. 27. Οὐ γὰρ ὑπεςειλάμην τȣ̃ μὴ ἀναγ-

ἀναγγεῖλαι, quae verba ita vertenda ſunt, *non ſubterfugi quo minus annunciarem:* quam ipſam quoque vim verbi, alius Philonis locus egregie demonſtrat. Is eſt lib. I. de vit. Moſ. p. 615. B, de Moſe tergiuerſante, et demandatum ſibi munus liberandorum Iſraelitarum, recuſante, ἅμα τὴν φύσιν εὐλαβὴς ὤν, ΥΠΕΣΤΕΛΛΕΤΟ, *verecundo ſimul ingenio praeditus, ſe ſubtrahebat.* Suidas: Ὑπεστειλάμην· παρῃτησάμην, ἀπεκρυψάμην. quae gloſſa huc pertinet. Idem, Ὑποστειλάμενος· (vt in locis Philonis cit.) ὑποκρυψάμενος, φοβηθείς.

Caput XXI.

v. 1. Εὐθυδρομήσαντες) Proprium verbum de nauigatione qua curſus tenetur. Philo 2 Alleg. p. 102. C, καὶ ναῦς ΕΥΘΥΔΡΟΜΕΙ μὲν, ἡνίκα τῶν οἰάκων λαβόμενος ὁ κυβερνήτης ἀκολούθως πηδαλιουχεῖ. *NAVIS CVRSVM TENET, donec gubernator clauum tenens eam dirigit.* de Agric. p. 213. A, — αἰφνίδιον ἐξ ἐναντίας καταῤῥαγὲν πνεῦμα, πλησίον ΕΥΘΥΔΡΟΜΟΥΝ τὸ σκάφος ἀνέωσεν — *repente ex aduerſo procella coorta a RECTO CVRSV nauis repulſa eſt.*

v. 3. Ἀποφορτιζόμενον) Verbo Medio, *onere ſe leuare, onus ſuum deponere* vtitur Philo de Exſecr. p. 935. D, vbi terra incolis orbanda dicitur ΑΠΟΦΟΡΤΙΣΑΜΕΝΗ τὸ τῶν ἀσεβῶν οἰκητόρων ΑΧΘΟΣ, *exonerans ſe impiorum incolarum mole.* Proprie, vt hic, de praem. et p. p. 915. C, κυβερνήτης χειμώνων ἐπιγινομένων ΑΠΟΦΟΡΤΙΖΕΤΑΙ, *gubernator tempeſtate oborta, exonerari merces curat.*

v. 15. Ἀποσκευασάμενοι) Alii Codd. habent ἐπισκευασάμενοι, fluctuantque Viri docti vtrum praeferendum iudicent. Ἀποσκευάσασθαι denotat *aliquid loco mouere, auferre, egerere.* Hanc vim habet cum apud Alexandrinos Interpretes Leuit. XIV, 36. καὶ προστάξει ὁ ἱερεὺς ΑΠΟΣΚΕΥΑΣΑΙ τὴν οἰκίαν, vbi in

in Hebraico eſt פִּנָּה: tum apud Philonem de eadem re, Quod deus ſ. immut. p. 313. A, ταῦτα ἅπαντα — ΑΠΟΣΚΕΥΑΣΘΗΝΑΙ καὶ ἀποτυληθῆναι κελεύει, *haec omnia AVFERRI et DETRAHI iubet.* Sententia autem hinc flueret iſta, vt eſſent expeditiores, quaedam a ſe vtpote Hieroſolymis propioribus, depoſita et relicta fuiſſe. Quae tamen ipſa minus commoda eſt. Nam primum pronius et vſitatius eſt, proficiſcentes aliquo ſarcinas collegiſſe, quam abieciſſe. Nec licet in alteram partem verbi ſignificationem cogere. Neque enim, quod ἀποσκευὴ ſignificat *impedimenta*, cum alibi vt Suidas docet, tum in verſione Alexandrina Geneſ. XIV, 12. tutum eſt argumentari ἀποσκευάζεσθαι, denotare ſaltem hoc loco, *ſibi ſumere res ad iter neceſſarias, colligere ſarcinas*, vt vertitur in Lexicis N. T. vulgatis, nominatim PASORIS et STOCKII; cum loquendi conſuetudo id repudiet, quae iſta requirit: *deponere a ſe, amouere.* add. DRESIGIVS de Verb. Med. N. T. I, 23. et KREBSIVS in Obſeruatt. Flauianis. Vnde intelligitur alteram lectionem ἐπισκευασάμενοι, *cum accepiſſemus res ad iter neceſſarias*, quam cum Chryſoſtomo BOISIVS ſequitur, etiam a BENGELIO receptam, eſſe praeferendam, quae ſe tuetur etiam auctoritate Heſychii, apud quem reperitur: ἐπισκευασάμενοι· εὐτρεπισθέντες.

v. 35. Ἀναβαθμοὺς) Inuito etiam Philone haec vox a Thoma Mag. Phrynicho et aliis Grammaticis reiicitur, a quibus ἀναβασμὸς praefertur. Vid. Interpp. ad Thomam Mag. p. 46. Nam is ea vſus eſt leg. ad Cai. p. 1003. A, Caius, ait, οἷα δι' ΑΝΑΒΑΘΜΩΝ ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον εἰς τὸ ἄνω προσῄει· *quaſi per gradus a minori ad altiorem progrediebatur* inſaniam.

Caput XXII.

v. 3. Παρὰ τὰς πόδας Γαμαλιὴλ) Non eſt quod ex hoc loco antiquitas fingatur diſcipulorum ad magiſtrorum pedes ſedentium, ſed commode reddi poteſt, *apud Gamalielem*, ex Hebraiſmo, cuius veſtigia etiam in Graecis antiquis Atticiſque ſcriptoribus reperiuntur, quale eſt, cum Plato in Theag. T.I. p. 123. A, dicit ἐκ ΤΩΝ ΠΟΔΩΝ ἀποχωρήτομεν, aut Xenoph. Symp. 4, §. 51. ΕΚ ΠΟΔΩΝ ἀπέχοντας; vid. ERNESTI Proluſ. *de Veſtigiis Linguae Hebraicae in lingua Graeca.* Sic prorſus Philo Leg. ad Cai. p. 1037. E, κέλευσον ΕΚ ΠΟΔΩΝ αὐτίκα γενέσθαι, *iube ſtatim E MEDIO tolli.* De Somn. p. 1117. B, τὸν μὲν δὴ ὄκνον ΕΚ ΠΟΔΩΝ ἀνελόντες, εὐαγῶς καθιέρωσαν. *Sublata igitur E MEDIO cunctatione, rite conſecrarunt.* Item Iſocrat. Paneg. p. 180. ed. WOLF. min. δεῖ δὲ ταύτας τὰς διαβολὰς ἐκποδὼν ποιησαμένους. Lucianus Amor. init. etc. cf. KYPKIVS ad h. l. qui putabat etiam verti poſſe: *cura Gamalielis.* Sed alterum praeſtat.

v. 25. Προέτεινεν αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν) Interpretum ſententias valde in conſtituenda verbi προτείνειν ſignificatione diuerſas diligenter enotauit WOLFIVS. Inter eas autem HEINSII patris, RAMIRESII in Pentec. c. 37. HOMBERGII et CELLARII Diſſ. Acad. p. 730. qua προτείνειν explicatur, *tradere*, praeplacet. προτείνειν eſſe *porrigere* patet e Philone de Agric. p. 202. A, ἐγκράτεια ὑγιείαν καὶ σωτηρίαν ΠΡΟΤΕΙΝΕΙ βίω, *temperantia ſanitatem ac ſalutem vitae PORRIGIT.* L. I. de vit. Moſ. p. 643. E, δελεασθεὶς τοῖς ἤδη ΠΡΟΤΕΙΝΟΜΕΝΟΙΣ, *delectatus donis quae ſibi iam TRADITA eſſent.* Adeoque ſit idem quod προδοῦναι vel ἐκδοῦναι. De Plant. N. p. 228. C. χερσὶ μὲν τὰ ἑνὸς καὶ ὀλίγα ΠΡΟΤΕΙΝΩΝ *manibus pauca porrigens.* de Abr. p. 370. C, τὰς μὲν χάριτας δι' ἑαυτῶν ΠΡΟΤΕΙΝΟΝΤΕΣ, *dum per ſe ipſos dona porrigunt.* de Char. p. 716.

E, φιλικὰς ΠΡΟΤΕΙΝΩΝ ὑφηγήσεις. Cf. reisk. ad Sophocl. Aiac. p. 7. θηρσὶν παρεκτείνοντες *feris obiicientes* legens. Hoc ſane commodius, quam vel προτείνειν pro ἐκτείνειν Hoſ. XI, 4. vbi denotat *caſtigare*, vel pro παρατείνειν, quod hac notione apud Graecos exquiſite dicitur, poſitum, aut cum illo permutatum putare. Ἐπιτείνεσθαι pro *cruciari* eſt 2. Macc. IX, 11. Scita eſt Scaligeri Epiſt. 146. p. n. 333. ſententia προτείνειν eſſe funibus vtrimque a terra leuari. pendentes enim flagellabantur. Sed eam vſu loquendi probare intermiſit. ἱμὰς, *lorum* i. *ſcutica*, *flagellum* Demoſth. f. leg. p. 402. ἱμάντα τις φερέτω. Vt autem verſu proximo dicitur μάστιξιν ἀνετάζεσθαι, ſic ἐτασμοὶ καὶ μάστιγες iunguntur 2. Maccab. VII, 37.

Capvt XXIII.

v. 1. Ἐγὼ πάσῃ συνειδήσει ἀγαθῇ πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ) Verbum πολιτεύεσθαι, Medium, dicitur proprie de iis *qui rem publicam gerunt:* vt apud Philonem in Flacc. p. 976. E, vbi οἱ ὀρθῶς ΠΟΛΙΤΕΥΟΜΕΝΟΙ τῶν ἀρχόντων, ſunt, *boni praeſides.* Iam quoniam qui rem publicam adminiſtrabant olim, non eodem erant ſenſu, ſed alii Optimates alii Populares erant, dicitur deinde πολιτεύεσθαι pro *inſtitutis quibusdam vti*, vt πολιτεύεσθαι νόμῳ πατρίῳ apud Ioſephum de Maccab. §. 4. *patriis legibus*, hoc eſt Moſaicis, *conuenienter viuere* et 2. Macc. XI, 25. ΠΟΛΙΤΕΥΕΣΘΑΙ κατὰ τὰ ἐπὶ τῶν προγόνων ἔθη. Ita fit vt πολιτεύεσθαι ſignificet *viuere*, non quoad ſpiritum et animam, ſed quoad mores; quae ſignificatio, quibusdam Philonis locis fulta, clarior fiet. Sic autem in Lib. de Car. p. 714. B, τοιαύταις ὑφηγήσεσι τὰς διανοίας τῶν κατ᾽ αὐτὸν ΠΟΛΙΤΕΥΟΜΕΝΩΝ ἐξημερώσας, *talibus praeceptis, vbi mentes ſuis legibus vtentium mites reddidit.* De Creat. princ. p. 734. B, τοσοῦτον δ᾽ ἔρωτα

τα δικαιοσύνης ἐνεργάζεται τοῖς κατ' αὐτὸν ΠΟΛΙΤΕΥΟΜΕΝΟΙΣ, *Tantum amorem iuſtitiae inſerit iis, qui ſuis inſtitutis obſequuntur.* Apparet autem in his exemplis κατά τινα πολιτεύεσθαι idem eſſe quod πολιτεύεσθαι τινι in Paulli verbis. Vnde dubitari nequit quin verti debeant: *ego cum optima conſcientia Deo eiuſque ſanctiſſimae voluntati conuenienter vixi.* Hinc quoque intelligitur alius eiusdem Apoſtoli locus Philipp. I, 27. Μόνον ἀξίως τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ πολιτεύεσθε.

v. 15. Διαγινώσκειν τὰ περὶ αὐτοῦ) *Iudicare.* Eadem conſtructione et ſenſu eſt apud Philonem de Agric. p. 204. C. καὶ δικαστὰς τοὺς ΠΕΡΙ ἑκάστων ΔΙΑΓΝΩΣΟΜΕΝΟΥΣ ἀπεκλήρωσαν, *et iudices, qui de ſingulis cauſſis decernerent, conſtituerunt.* De Leg. ad Cai. p. 1026. E, περὶ ὧν πάππος αὐτοῦ καὶ πρόπαππος ΕΓΝΩΣΑΝ, *decreta eius aui proauique.*

v. 24. Φήλικα τὸν ἡγεμόνα) Cum hic Felix *Procurator* tantum Iudaeae fuerit, ne quis nomine ἡγεμόνος ductus, ſuſpicetur, *Praeſidem* fuiſſe, tenendum eſt ἡγεμόνα dici hoc loco, qui proprie nominetur ἐπίτροπος. Sic Flaccus τῆς Ἀλεξανδρίας καὶ τῆς χώρας ΕΠΙΤΡΟΠΟΣ dicitur apud Philonem in Flacc. init. idem tamen dicitur p. 969. D, ὁ τῆς χώρας ΗΓΕΜΩΝ. Et iterum p. 983. D, τὸν πλεῖστον χρόνον τῆς ΕΠΙΤΡΟΠΗΣ ἣν ΕΠΕΤΡΟΠΕΥΣΕ τῆς χώρας, cum pag. ſequente C, τοὺς ΗΓΕΜΟΝΑΣ τοσαύτης χώρας ΕΠΙΤΡΟΠΕΥΟΝΤΑΣ. Cf. p. 985. E, 987. A. Aegypti autem praeſes, qui Flaccus fuit, tantum *praefectus* dicitur et eſt infimus omnium dignitate inter Praeſides prouinciarum.

v. 25. Περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον) *Hoc exemplo.* Περιέχειν eſt *comprehendere, continere,* et ab ele-

 gantio-

gantioribus τῶν ἔξω vt τὸ ἔχειν vſurpatur, vt obſeruat HEINSIVS in Exercitatt. Sic plantae παρασκευαὶ dicuntur a Philone Opif. p. 9. A, σπερματικὰς ὀσίας ΠΕΡΙΕΧΟΥΣΑΙ *machinae vim ſeminariam continentes* Ibid. ΠΕΡΙΕΧΕΙ δ' ἡ τετρὰς καὶ τὸς λόγυς τῶν κατὰ μυσικὴν συμφωνιῶν, *quaternio muſicas ſymphoniarum rationes continet.* l. Quod det. inſ. pot. p. 172. D, πρὸς μὲν τὸ ῥητὸν ἡ λέξις τὸ εὔλογον ὀ ΠΕΡΙΕΧΕΙ, *Verba vt ſonant commodum ſenſum non habent.* De Conf. Ling. p. 358. D. ἐναργέστατα τῆς εὐσεβείας ἀποδείξεις εἰσὶν ἃς ΠΕΡΙΕΧΟΥΣΙΝ αἱ γραφαί. *Sunt manifeſtiſſima pietatis argumenta, quae in ſcripturis continentur.* Sic p. 359. E. δυνάμεις ἃς ΠΕΡΙΕΧΟΥΣΙΝ ἀριθμοὶ, *potentiae quas numeri continent.* L. 1. de vit. Moſ. p. 662. D, τὸν τρόπον τῆς σωτηρίας [τῦ Νῶε] ὡς ἱεραὶ βίβλοι ΠΕΡΙΕΧΟΥΣΙΝ, ἄξιον ἱστορῆσαι. *Modum ſalutis* Noachi *ſicut ſacris libris eſt traditus operae pretium fuerit indicaſſe.* add. de Prof. p. 480. ταπείνωσιν φρονήματος ἀλόγυ καθαίρεσιν ΠΕΡΙΕΧΟΥΣΑΝ. *demiſſionem, qua ferox ſuperbia deprimitur.* de Decal. p. 759. E. L. 2. de vit. Moſ. p. 660. C. de Leg. ad Cai. p. 1036. C, Lib. de Somn. init. p. 565. de ſpec. legg. 773. E. ταῦτα μὲν ὖν αἱ ῥηταὶ προστάξεις ΠΕΡΙΕΧΟΥΣΙΝ, *Haec diſerta iuſſa continent.* Medium περιέχεσθαί τινος eſt, *adhaerere, complecti, ſequi.* Sic de Cher. p. 116. B, λιπαρῶς ἐγκείμενοι ΠΕΡΙΕΧΕΣΘΕ, *precibus inſtantes adhaerete.* De Ioſ. p. 536. A. μόνυ ΠΕΡΙΕΧΟΜΕΝΟΝ ἀεὶ τῦ συμφέροντος, *qui ſolum commodum ſequatur.* Et p. 537. C, ἑνὸς ΠΕΡΙΕΧΕΤΑΙ μόνυ τῦ σῶσαι κατὰ δύναμιν· *vnum ſpectat* (medicus) *quomodo ſeruare poſſit hominem pro viribus.* Caeterum pro τύπος, *forma orationis*, dicitur ἀντίγραφον apud Philon. de Leg. ad Cai. p. 1036. A, ἐστὶ δὲ τῆς ἐπιστολῆς τὸ ἀντίγραφον τόδε. *epiſtolae verba ſunt haec.*

Ca-

CAPVT XXIV.

v. 3. Ἀποδεχόμεθα) *Magni facimus, laudibus et honore proſequimur*, quae elegantiſſimi huius verbi apud optimos ſcriptores notio eſt. Sic ab Iſocrate in Euag. init. vſurpatur, vbi videtur permutari cum εὐλογεῖν; et a Philone paſſim. De Agric. p. 192. C, vbi commemorantur πᾶσαν τὴν κεκλασμένην καὶ ἄνανδρον μουσικὴν περιέποντες, ἔτι δὲ ὀρχηστὰς καὶ τοὺς ἄλλους μίμους ΑΠΟΔΕΧΟΜΕΝΟΙ, *qui omnem illam fractam effeminatamque muſicam amant et ſaltatores reliquosque mimos magni faciunt.* De Gigant. p. 289. B, μὴ θαυμάζειν αὐτὰ καὶ ΑΠΟΔΕΧΕΣΘΑΙ πλέον τοῦ μετρίου, *non vltra modum ea admirari et ſuſpicere.* de Abr. p. 362. E, ΑΠΟΔΕΞΑΜΕΝΟΣ ὁ Θεὸς τὴν εἰρημένην πρᾶξιν, *Approbans deus factum quod diximus.* De rer. diu. her. p. 488. A, τίς οὐ τὰς διὰ γεύσεως, ὀσφρήσεως τε καὶ ἁφῆς ἡδονὰς ΑΠΟΔΕΧΕΤΑΙ, *Quis eſt qui non oculorum, narium et tactus delicias maximi putet?* de Ioſ. p. 539. E, ὁ ἀρχισιτοποιὸς ΑΠΟΔΕΞΑΜΕΝΟΣ τὴν διάκρισιν, *piſtorum praepoſitus laudans interpretationem.* De Somn. p. 596. D. πῶς οὐκ ἄξιον ὡς μεγαλεῖον τῆς ἐπιστήμης ΑΠΟΔΕΧΕΣΘΑΙ ποικιλτικήν. *Quomodo non collaudemus picturam, vt magnam ſcientiam?* Lib. 1. de vit. Moſ. p. 605. A, de filia Pharaonis, εἶτα ἀπὸ κεφαλῆς ἄχρι ποδῶν καταθεωμένην, τήν τε εὐμορφίαν καὶ εὐεξίαν ΑΠΟΔΕΧΕΣΘΑΙ, fertur, *eum a capite ad calcem contemplata, et formam et habitum collaudaſſe.* In Flacc. p. 979 C. ΑΠΟΔΕΧΟΜΑΙ πάντα ὑμᾶς, ἔφη, τῆς εὐσεβείας. *Laudo vos omnino, inquit, propter pietatem.* De Leg. ad Cai. p. 1028. D, ἴσως πρὸς τὸ μὴ δυσχερᾶναι καὶ τῆς προνοίας ὑμᾶς ΑΠΟΔΕΞΕΤΑΙ, *fortaſſe non ſolum non indignabitur, verum etiam prudentiam noſtram laudabit.* Et mox: ΑΠΟΔΕΞΑΜΕΝΩΝ

δὲ τὴν ἐπίνοιαν τῶν συνέδρων, *Ea ſententia a conſilio comprobata.* Sic de Prof. p. 480. C, ΑΠΟΔΕΞΑΜΕΝΟΣ τῆς πειθαρχίας αὐτὴν, *Gaudens obſequio eius.* Athenaeus XIII. p. 601. καὶ ἐκδέχονται τὰ τοιαῦτα ᾄσματα οἱ θεαταί *ſpectatoribus iſta cantica placent.* De Nom. Mut. p. 1050. D, τὰ σπουδαῖα χάριτι ἐξαιρέτῳ πρὸς ἑαυτὸν καλεῖ καὶ ΑΠΟΔΕΧΕΤΑΙ. *Deus, virtuti congruentia gratia ſingulari ad ſe vocat et comprobat.* Et mox: E. ἅπερ ἰδὼν ΑΠΟΔΕΞΕΤΑΙ. Cf. IO. TAYLOR ad Lyſiam p. 423. *Comprobare* ſic Cicero N. D. II, 3. 7. etc.

12. Ἐπισύστασιν ποιοῦντα ὄχλου) Verbum ἐπισυνίστασθαι, quo H. STEPHANI Theſaurus caret, vnde nomen ducitur nuſquam niſi hic, iudice eodem STEPHANO et MER. CASAVBONO ad Polyb. p. 210. obuium, quod tamen et Ioſephus habet, et exſtat in Alexandrina verſione Eſr. V, 70. καὶ ἐπιβουλὰς καὶ δημαγωγίας καὶ ΕΠΙΣΥΣΤΑΣΕΙΣ ποιούμενοι: occurrit apud Philonem de Ioſ. p. 531. D, politicum debere eſſe ἄλλον ΕΠΙΣΥΝΙΣΤΑΜΕΝΩΝ ὀλίγων ἢ πολλῶν, *alium paucis, alium multis concurſum facientibus.* in Flacc. p. 965. A, μιγάδων καὶ συγκλύδων ἀνθρώπων ΟΧΛΟΝ ἐκώλυεν ΕΠΙΣΥΝΙΣΤΑΣΘΑΙ, *vetabat promiſcuae turbae hominum ſeditioſus. Concurſum facere* proprie in hac re dicitur. vid. GRONOVIVS ad Iuſtin. II, 7. cf. 2 Cor. XI. 28.

v. 13. Οὐδὲ παραστῆσαι δύνανται) Procul dubio, qui illud με aut olim intruſerunt, aut adhuc retinuerunt, elegantiſſimam verbi παραστῆσαι vim, quae eſt, *oſtendere, probare, demonſtrare, planum facere,* non perſpexiſſe videntur. Aliquoties eandem verbo poteſtatem Philo ſubiecit. De Opif. m. p. 30. E. ἐναργέστατα διὰ τούτου ΠΑΡΙΣΤΗΣΙΝ. *Hinc manifeſtiſſime docet.* de Tem. p. 252. A. βουλόμενος διὰ συμβόλων τούτων καθ᾽ ἑκά-

ἑκάτερον εἶδος ἀρετὰς ΠΑΡΑΣΤΗΣΑΙ, *volens nos per haec ſigna DOCERE vtriuſque ſpeciei virtutes.* Locus in primis clarus eſt de Abrah. p. 370. B, οὐχ᾽ ἕνεκα τοῦ δηλῶσαί με τὰς μεγαλουργηθείσας συμφορὰς καινὰς ταυτὶ διεξῆλθον, ἀλλ᾽ ἐκεῖνο βουλόμενος ΠΑΡΑΣΤΗΣΑΙ, *non eo dicta ſunt, vt magnitudinem eius nouae mirandaeque calamitatis oſtenderem, ſed vt illud DOCEREM.* De Prof. p. 451. B. ὡς αὐτίκα ΠΑΡΑΣΤΗΣΟΜΑΙ, *Vt, mox DOCEBIMVS.* In Flacc. p. 9 6. B. ἐπαινῶ τὸν Φλάκκον, οὐκ ἐπειδὴ προσῆκεν ἐχθρὸν ἐγκωμιάζειν ἀλλ᾽ ἵν᾽ αὐτοῦ τὴν μοχθηρίαν ἀριδηλότερον ΠΑΡΑΣΤΗΣΩ. *Laudo Flaccum, non quod inimicus laudandus ſit, ſed vt apertius DEMONSTREM ipſius malitiam.* De Nom. Mut. p. 1067. C. ἕνεκα τοῦ ΠΑΡΑΣΤΗΣΑΙ, *vt exploratum faciat.* De Somn. p. 1142. A. τοῦ προφανοῦς ἕτερόν τι βούλεται δι᾽ ὑπονοιῶν ΠΑΡΑΣΤΗΣΑΙ. *Aliud, quam quod apertum eſt, vult per allegorias ob oculos ponere.* Lyſias Or. XI. p. 165. ἀμφότερα ταῦτα ἐγὼ πολλοῖς τεκμηρίοις ΠΑΡΑΣΤΗΣΩ, *multis argumentis vtrumque comprobabo.* M. Antonin. VI, 21. εἴ τις με ἐλέγξαι καὶ ΠΑΡΑΣΤΗΣΑΙ μοι — ΔΥΝΑΤΑΙ. *Si quis conuincere me palamque facere poterit.*

v. 23. Ἔχειν δ᾽ ἄνεσιν) Eadem forma dicendi vſus Philo L. 1. de vit. Moſ. p. 605. D, de praeceptoribus iisque quorum ſub manu Moſes erat: τῶν τὴν ἐπιμέλειαν αὐτοῦ παρειληφότων ΑΝΕΣΕΙΣ ΕΧΕΙΝ ἐπιτρεπόντων. *Cum qui curam eius ſuſcepiſſent ceſſationem* (Cic. N. D. I, 37.) *eum habere permitterent.* Opponitur ἐπίτασις. lib. quod deus ſ. imm. p. 316. C. et de ſept. et ſ. p. 1182. D, vbi etiam ἀναχωρήσεις διδοὺς καὶ ΑΝΕΣΕΙΣ, de domino, ſeruum liberaliter tractante. Cf. ad 2 Theſſ. I, 7. Mox ἴδιοι ſunt *populares, Paulli doctrinae addicti, familiares.* Philo in Flacc. p. 981. A, ὁ δὲ Βάσσος μετὰ τῶν ΙΔΙΩΝ ἀποβὰς, *Baſſus poſtquam*

quam cum ſuis, cohorte, cui praeerat, *eſcendit.* Sic paullo poſt ἐκπέμπει τινα τῶν ΙΔΙΩΝ. L. 1. de vit. M. p. 630. A. Μωϋσῆς — ἐθάρσυνε τοὺς ΙΔΙΟΥΣ *Moſes* — *ſuis* h. e. populo, qui eum ducem ſequebatur, *addebat animum.* de Leg. ad Cai. p. 1030. E, ΙΔΙΟΙ πάντες εἰσὶ, *omnes ſunt domeſtici.* ΙΔΙΟΣ opponitur ξένῳ de Ioſ. p. 556. D.

v. 24. Σὺν Δρουσίλλῃ) Duas Druſillas iſte Felix libertus Claudii, vxores habuit, alteram Iudaeam, de qua hic ſermo, Agrippae maioris filiam; alteram Romanam Antonii et Cleopatrae neptem; de qua Tacitus H. V, 9. Quam autem prius ſecum habuerit adhuc dubitatur. GRAEVIVS ad Suet. Claud. c. 28. ſuſpicatur Druſillam Antonii diem obiiſſe antequam Felix venerit in Iudaeam, ibi vero duxiſſe Druſillam Agrippae. De hac locus eſt apud Philonem in Flacc. p. 973. C, vbi commemorantur ἐργαστήρια τῶν Ἰουδαίων συγκεκλεισμένα διὰ τὸ ἐπὶ ΔΡΟΥΣΙΛΛΗι πένθος, *officinae Iudaeorum propter luctum mortis Druſillae clauſae.*

v. 25. Καιρὸν δὲ μεταλαβὼν) Vno verbo προσευκαιρήσας, quo vtitur Philo de Leg. ad Cai. p. 1018. B. αὐτὸς, ἔφη, τῆς ὑμετέρας ὑποθέσεως ΑΚΟΥΣΟΜΑΙ ΠΡΟΣΕΥΚΑΙΡΗΣΑΣ, *pollicitus eſt ſe cogniturum noſtram cauſam PER OTIVM.*

v. 27. Θέλων δὲ χάριτας καταθέσθαι) *Cum vellet gratiam a Iudaeis inire.* Gratiae in hac forma tanquam depoſitum conſiderantur. Elegans in hac re verbi καταθέσθαι vſus. Sic Philo de Ioſ. p. 559. D, τοιαύτην μέλλεις ΚΑΤΑΤΙΘΕΣΘΑΙ ΧΑΡΙΝ, ἧς οὐκ ἂν δύναιτο μείζονα λαβεῖν. *Ei ſic gratificaberis vt non maiorem gratiam capere poſſit.* Demoſthenes de falſa leg. extr. ἀφανῆ χάριτα καταθέσθαι. Plato Cratyl. 11. χρήματα τελοῦντα καὶ χάριτας κατατιθέμενον· Addatur

tur Index Demoſthenicus REISKII in τίθεσθαι et κατατίθεσθαι.

CAPVT XXV.

v. 5. Οἱ δυνατοὶ ἐν ὑμῖν) Reiectis variorum ſententiis, quorum alii, *quibus commodum eſt*, alii, *qui volunt*, alii denique, *quibus in promtu ſunt argumenta et accuſandi capita*, ſubſcribente WOLFIO interpretantur, idoneis rationibus KREBSIVS V. Cel. reuicit δυνατοὺς eſſe *homines potentes*, *qui auctoritate et opibus ceteris praeſtent.* Sic apud Philonem in de Creat. princ. p. 726. A, μεγάλας δ' ὑποληπτέον ὑποθέσεις οὐχ ἃς οἴονταί τινες ὅταν ἔνδοξοι πρὸς ἐνδόξους διαφέρωνται — ἀλλ' ἔμπαλιν ὅταν ἰδιῶται καὶ ἄποροι καὶ ἄδοξοι πρὸς ΔΥΝΑΤΩΤΕΡΟΥΣ. *Maiora negotia habenda ſunt, non vt quidam exiſtimant, cum clari cum claris decertant — ſed contra cum priuati et ignobiles et inopes cum potentioribus.* L. I. de vit. Moſ. p. 610. C, ἕτερος — τοὺς γοῦν ΔΥΝΑΤΟΥΣ καὶ τοὺς πλεῖστον ἰσχύοντας λιπαρέσι θεραπείαις ἐξευμενίζεσθαι, *alius — vtique principes et plurimum efficere valentes ſibi demiſſis officiis conciliaſſet.* Et p. 616. B. πάντων οὖν τῶν ΔΥΝΑΤΩΝ συῤῥυέντων εἰς τὰ βασίλεια, *confluente omni potentum multitudine ad regiam.* Modo eosdem appellauerat τοὺς ἐν τέλει τῶν Αἰγυπτίων. In Flacc. p. 980. C. χώρας ἐνέπλησαν — τῶν ΔΥΝΑΤΩΝ ἀκρίτοις ἀναιρέσεσιν, *loca impleuerunt — principum indemnatorum ſuppliciis.* De Leg. ad Cai. p. 1007. C. δι' ὧν πενίαι καὶ ἀτιμίαι καὶ φυγαὶ καὶ θάνατοι προεμηνύοντο τοῖς πανταχοῦ τῶν ἐν τέλει καὶ ΔΥΝΑΤΩΝ, *quibus confiſcationes, ignominiae, fugae et mortes praedicebantur optimatibus et principibus vbique gentium.* De Abr. p. 363. C, τὸν ἐπικρεμάμενον ἐκ τῶν ΔΥΝΑΤΩΤΕΡΩΝ φόβον δεδιώς, *metum qui a POTENTIORIBVS oſtenderetur, timens.* cf. 1 Cor. I, 26.

v. 11. Οὐ παραιτοῦμαι τὸ ἀποθανεῖν) In aliis τὸ omittitur. Vtrumque linguae rationi conuenit. Vid. L. BOS. Animadu. p. 79. et I. A. BACHIVS ad Xenoph. Oecon. IX, 11. παραιτεῖσθαι h. l. eſt *recuſare: fugere.* Sic Philo de Creat. princ. p. 728. D. cauſae controverſiaeque non ſatis gnarus ΠΑΡΑΙΤΕΙΣΘΩ τὰς κρίσεις, *recuſet munus iudicis.* in Flacc. p. 968. E, μέλλοντι δ' ἀπαίρειν συνεβούλευσεν — τὸν μὲν — πλοῦν μακρὸν καὶ καματηρὸν ὄντα ΠΑΡΑΙΤΗΣΑΣΘΑΙ, *diſcedenti ſuaſit — vt longam laborioſamque nauigationem vitaret.* v. ad 1 Tim. V, 11.

v. 18. Οὐδεμίαν αἰτίαν ἐπέφερον) *Nullum crimen intulerunt:* quae Latinorum forma e Graeca ducta vt in aliis plurimis factum eſt. Sic iam Herodotus I, 26. Videndus P. BVRMANVS in Comment. ad Phaedr. p. 3. ſic apud Philonem in lib. de Ioſ. p. 553. B, vbi filii ad patrem Iacobum reuerſi, referunt, praeſes Aegypti AITIAN ἡμῖν ὡς κατασκόποις ΕΠΕΦΕΡΕΝ *crimen exploratorum in nos contulit.* Nec aliter dicitur κατηγορίαν ἐπιφέρειν, de Leg. ad Cai. p. 1011. D, ἡλίκην μὲν οὖν, καθ' αὐτὸ τοῦτο τοῖς ἀναθεῖσιν ΕΠΕΦΕΡΕ ΚΑΤΗΓΟΡΙΑΝ, παντί τῳ δῆλον. *Quantum igitur id ipſum per ſe crimen iis qui ſtatuam repoſuerunt, intulerit, vnicuique apparet.*

v. 21. Τοῦ Σεβαστοῦ) Inde ab Auguſto, qui primus aſſumſit, ſequentes Imperatores hoc cognomen retinuerunt. Philo de Leg. ad Cai. p. 1012. D, ὁ διὰ μέγεθος εὐδαιμονίας αὐτοκράτους ὁμοῦ καὶ καλοκαγαθίας πρῶτος ὀνομασθεὶς ΣΕΒΑΣΤΟΣ οὐ διαδοχῇ γένους ὥσπερ τὶ κληρούμενος τὴν ἐπωνυμίαν λαβὼν, ἀλλ' αὐτὸς γενόμενος ἀρχὴ ΣΕΒΑΣΜΟΥ καὶ τοῖς ἔπειτα.

v. 24. Ἐνέτυχόν μοι) *Mecum egerunt.* Sic Philo I. de vit. Moſ. p. 529. B. Moſes ΕΝΕΤΥΓΧΑΝΕΝ

ἀφα-

ἀφανᾶς τῷ θεῷ, ἵνα ἐξ ἀμηχάνων ῥύσηταί συμφορῶν, SVPPLEX clam deum ADIBAT vt eos a deſperatis rebus eriperet. add. 3. vit. Moſ. p. 689. C.

CAPVT XXVI.

v. 23. Εἰ παθητὸς ὁ Χριςὸς) Vocis παθητὸς vſum atque vim iuuat Philonis locus de ſpec. legg. p. 805. C. *μεῖζον γὰρ ὐκ ἔςιν ἀσέβημα ἢ τῷ ΠΑΘΗΤΩι τὴν τῦ δρῶντες ἀνατιθέναι δύναμιν: nulla maior impietas eſt quam rebus in quas perpeſſio cadit, adſcribere agentis potentiam.* Saepe ſic, pro *paſſibilis*, apud Chryſoſtomum dici, obſeruat ABRESCH. Dilucidatt. Thucyd. p. 576. add. Hippolyt. To. I. p. 227.

v. 24. Μαίνῃ Παῦλε — Ὁ δέ· Οὐ μαίνομαί φησι) Μαίνεσθαι dicitur, qui aliquid dicit aut facit, quod hominum ſuique ipſius cogitationem ſpem que ſuperat. Sic Philo, Flaccum vituperaturus, quem initio libri laudibus fert, dicit ſe hominibus viſum iri *μαίνεσθαι* in Flacc. p. 966. B. *ἴσως δ' ἂν τις εἴποι — μὴ ἄρα παραπαίεις καὶ ΜΕΜΗΝΑΣ; ὐ ΜΕΜΗΝΑ ὦ ὗτος, ὐδ' ἠλίθιός τίς εἰμι, Dicat aliquis, — nonne offendis et inſanis? non inſanio, o bone, nec fatuus ſum.* Sic *Deliras* Terent. Andr. IV, 4, 13. Et ſic dicunt optimi ſcriptores Graeci. Thomas Mag. p. 593. *Μαίνεται περὶ λόγυς κρεῖττον, καὶ βακχεύει, ἢ ἐνθυσιᾷ.*

CAPVT XXVII.

v. 5. Πέλαγος) Denotat *partem totius illius maris circa vniuerſam terram circumfuſi.* Philo de Opif. p. 13. C, *piſcium genera ἄλλα ἐν ἄλλοις ΠΕΛΑΓΕΣΙΝ, in alio mari alia ſunt.* Paullo poſt: *τὰ κατὰ μέσον καὶ βαθὺ ΠΕΛΑΓΟΣ διαιτώμενα, quae in alto mari degunt.* P. 26. C, ſtellae ΠΕΛΑΓΩΝ *ἐργάζονται τροπὰς, ἐξαναχωρύντων ἢ παλιῤῥοίαις χρωμένων, mari mutationes*

indu-

inducunt, nunc accedenti, nunc recedenti. P. 29. E. Μωσῆς — ϛοιχεῖον μὲν οἴεται εἶναι τὴν μεγάλην θάλατταν — ἣν οἱ μετ' αὐτὸν Ὠκεανὸν προσαγορεύοντες τὰ παρ' ἡμῖν πλωτὰ ΠΕΛΑΓΗ λιμένων ἔχειν μεγέθη νομίζουσι, *Moſes — elementum quidem putat eſſe magnum hoc mare — quod poſteriores Oceanum appellarunt, et maria quae nos permeamus ad illud collata portuum habere magnitudinem exiſtimant.* De Plant. N. p. 217. D, μυριάγωγα σκάφη βρίθοντα φόρτῳ — ἐκ μέσων τῶν ΠΕΛΑΓΩΝ ἀναρπάζεται, turbinibus et procellis *naues decem millium amphorarum capaces, mercibus onuſtae, ex alto mari auferuntur.* 3 vit. Moſ. p. 691. C. ΠΕΛΑΓΩΝ ἃ τέως ἀνακοπέντα διειϛήκει παλίῤῥοια, *maris penitus ſciſſi refluxus,* et mox: αἱ πλημμύραι τοῦ ΠΕΛΑΓΟΥΣ et τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ ΠΕΛΑΓΟΥΣ.

v. 9. Τὴν νηϛείαν) Non admittenda CASTALIONIS coniectura νηνεμίαν, *venti tranquillitatem,* vt praeclare monuit IO. ALBERTVS in Obſeru. ad h. l.; Sed intelligendum eſt *ieiunium magnum ſeu publicum,* quod agebatur die magno expiationis qui in x. Tiſri incidebat. Poſt illud tempus, menſe nimirum Octobri, nauigatio incerta eſt, et diſcrimini propior. Hoc ieiunium νηϛεία ſimpliciter dicitur etiam apud Philonem lib. 2. de vit. Moſ. p. 657. C, τίς δὲ τὴν λεγομένην ΝΗΣΤΕΙΑΝ οὐ τέθηπε καὶ προσκυνεῖ, καὶ μάλιϛα δι' ἔτους ἀγομένην, τῆς ἱερομηνίας αὐϛηρότερον καὶ σεμνότερον τρόπον· *Quis ieiunium quod vocant non mirabundus adorat, praeſertim quotannis recurrens ſacrato menſe, iuxta diſciplinam auſteram ſeueramque.*

v. 13. Ἄραντες) *Cum ſoluiſſent.* Αἴρειν et ἀπαίρειν dicuntur, *tam qui mari nauigant, quam qui terra iter faciunt.* Hoc ſenſu eſt apud Philonem de Ioſeph. p. 554. D, ΑΡΑΝΤΕΣ δὲ συνέτεινον εἰς Αἴγυπτον· *Profecti, contenderunt in Aegyptum.* P. 559. E. Ioſephus

ἕνα

ἕνα κατέσχε τοὺς ἄλλους ἐάσας ΑΠΑΙΡΕΙΝ. *Vnum retinuit reliquos proficiſci ſinens.* de Abrah. p. 358. E, L. I. de vit. M. p. 630. D. 641. B, 552. D, φόβῳ διώξεως ΑΡΑΝΤΕΣ. Illo autem de Leg. ad Cai. p. 1018. A. Agrippa Iunior Syriaco regno a Claudio donatus ἐκ τύχης ἐπεδήμησε τῇ πόλει μέλλων εἰς Συρίαν κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ βασιλείαν ΑΠΑΙΡΕΙΝ, *forte fortuna venerat Alexandriam, nauigaturus in Syriam in ſuum regnum, quod ab Imperatore acceperat.* Sic in Flacc. p. 968. E, μέλλοντι δ' ΑΠΑΙΡΕΙΝ συνεβούλευσεν ὁ Γάιος τὸν μὲν ἀπὸ Βρεντησίου καὶ μέχρι Συρίας πλοῦν — παραιτήσασθαι. *Diſcedenti autem in ſuum regnum ſuaſit, ne a Brundiſio ſolueret petiturus Syriam.* Contrarium eſt καταίρειν, *appellere*, ſiue *aduenire.* quod legitur apud Philonem de Abrah. p. 356. D. ἐοικὼς τοῖς πλέουσιν, οἱ σπεύδοντες εἰς λιμένα ΚΑΤΑΙΡΕΙΝ ἔτι ἐνθαλαττεύουσιν, ἐνορμίσασθαι μὴ δυνάμενοι, *nauigantibus ſimilis, qui in portum appellere properantes, adhuc marina iactatione diſtinentur.* Vid. T. HEMSTERHVSIVS ad Lucian. Iud. Voc. T. I. p. 83. et RVHNKENIVS ad Timaei Lex. Plat. p. 111.

v. 15. Συναρπασθέντος δὲ τοῦ πλοίου) Inter cetera verba rerum nauticarum hoc quoque vſurpat Philo de Plant. N. p. 217. D, μυριάγωγα σκάφη βρίθοντα φόρτῳ καθάπερ τινὰ τῶν κουφοτάτων ἐκ μέσων τῶν πελαγῶν ΑΝΑΡΠΑΖΕΤΑΙ, *nauigia decem millium amphorarum capacia, mercibus onuſta, quaſi leuiſſimum aliquid ex alto mari* (procellae) *auferunt.* De Gig. p. 285. D, ὑπὸ συρμοῦ δίνης βιαιοτάτης ΑΡΠΑΣΘΕΙΣΑΙ, *violentiſſimi gurgitis vortice raptae.*

Ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ) *Reſiſtere vento: perferre ventum.* ἀντοφθαλμεῖν, *oculos contra tollere,* ὀρθοῖς ὄμμασιν βλέπειν, ἀντιβλέπειν eorum eſt, qui audaces et imperterriti ſunt. vid. omnino BENTLEIVS ad Horat. I. Carm. III, 18. Non prorſus idem προσοφθαλ-

μεῖν

μεῖν apud Philonem leg. ad Cai. p. 1006. D, ΠΡΟΟΦΘΑΛΜΩΝ καὶ προκεχηνὸς ταῖς μεγάλαις ἐσίαις, *inhians amplis facultatibus et rebus*, nam id potius cupiditatem deſignat. Rectius comparaueris verba Ἀντιπνεῖν et ἀντιβλέπειν, huic ſcriptori frequentia. Alterum exſtat Alleg. p. 98. C, πρὸς τὰ ἀλγεινὰ πάντα ΑΝΤΙΠΝΕΙ, *contra dolorem certat.* Altero autem explicatur in Gloſſario N. T. ab ALBERTO edito p. 87. Ἀντοφθαλμεῖν· ἀντιβλέπειν·

Ἐπιδόντες) At Philo de Gig. p. 285. E, ΕΚΔΟΝΤΕΣ ἀςάτοις καὶ τυχηροῖς πνεύμασιν ἑαυτὲς, *qui ſe incertis fortunae flatibus dediderunt.* Dicitur etiam παραδȣ̃ναι. Maxim. Tyr. diſſ. XXXI. p. 314. παρέδωκαν ἑαυτὲς τῷ κύματι. *vndae ſe permiſerunt.*

Ἐφερόμεθα) Proprium in hac re verbum. Graeci dicunt φέρεσθαι κατὰ κῦμα καὶ ἄνεμον, de qua forma videndus DORVILLIVS ad Charit. p. 273. Philo alicubi habet: νεὼς τρόπον ἀντιςατέντων βιαίως πνευμάτων ὧδε κἀκεῖσε ΦΕΡΕΣΘΑΙ. de migr. Abr. p. 410. E, ὥσπερ σκάφος ὑπ' ἐναντίων πνευμάτων ΔΙΑΦΕΡΟΜΕΝΟΝ. *vt nauis quae ventis contrariis fertur.*

v. 21. Ὕβριν ταύτην καὶ τὴν ζημίαν) Veriſſime ſane GROTIVS ὕβριν ad corporum vexationem, ζημίαν ad iacturae damnum refert. Nam ζημία *damnum;* ὕβρις *vexationem, iniuriam, contumeliam* deſignat. Sic apud Iſocrat. Paneg. aliquoties, v. c. p. 120. 150. ed. WOLF. min. et apud Theocrit. Id. XXIII, 14. quidam adoleſcens dicitur ὕβριν τᾶς ὀργᾶς περικείμενος i. αἰσχύνην, *irae deformitate turpis.* Apud Philonem autem in Flacc. p. 973. D, πενία χαλεπὸν μὲν — ἔλαττον δὲ τῆς εἰς τὰ σώματα ΥΒΡΕΩΣ. *paupertas moleſta quidem — leuior tamen quam corporis laeſio.* Hinc ἀνύβριςος, *illaeſus*, de Ioſ. p. 556. C, τὰ ἀποβάντα

αἰσίων

αἰσίων τελειότερα εὐχῶν — τὸ κομίσασθαι τὸν ἀδελφὸν ΑΝΥΒΡΙΣΤΟΝ — *τὸ καὶ τὸν νεώτατον ἀγαγεῖν πρὸς τὸν πατέρα* ΣΩΟΝ. *Euentus votis felicior eſt — quod receptus eſt frater illaeſus, — et natu minimus ad patrem reductus incolumis.* At ΖΗΜΙΑ *χρημάτων* eſt 1 vit. Moſ. p. 624. B.

v. 22. *Ἀποβολὴ γὰρ ψυχῆς*) WOLFII, hac voce ad *ἐκβολὴν* v. 18. reſpicientis ratio iuuari poteſt loco Philonis de Praem. et P. p. 915. C, *κυβερνήτης χειμώνων ἐπιγινομένων ἀποφορτίζεται προνοίᾳ τῆς τῶν ἐμπλεόντων σωτηρίας καὶ μέμψις — οὔτε τῷ κυβερνήτῃ τῆς* ΑΠΟΒΟΛΗΣ *ἕπεται, gubernator tempeſtate oborta exonerat merces, dum ſaluti nauigantium proſpicit, non tamen — neque gubernator IACTVRAE cauſſa vituperatur.* de voce *ἀποβολὴ* latius diſputat DESID. HERALDVS Aduerſ. I. c. 7. p. 30.

v. 23. *Παρέστη μοι*) *Apparuit.* Verbum in hac re proprie dicitur. Sic Philo de Ioſ. p. 540. A. *ὁ δὲ, ἐβουλόμην, εἶπε μὴ* ΠΑΡΑΣΤΗΝΑΙ ΣΟΙ *τὴν φαντασίαν, Vtinam tale ſomnium non vidiſſes, inquit.* Alias *ἐπιστῆναι*. Herodot. I, 38. et ipſe Lucas in Euang. II, 9. Sic quoque Latini. Plinius Ep. VII, 5. *ADSTITIT ei quieſcenti Druſi Neronis effigies.* Lucanus I, 189. *Ingens viſa duci patriae trepidantis imago Caeſarie lacera, nudis que ADSTARE lacertis.*

v. 34. *Προσλαβεῖν τροφῆς*) Cum prioribus diebus nec ſimul omnes, vt nauigantium mos eſt, nec ſueto tempore, nec ad ſatietatem vſque cibum cepiſſent, hoc eſt *ἄσιτοι* fuiſſent, nunc admonentur vt id faciant. Intelligenda igitur *τροφὴ* quam *καίριον* appellat Philo de Leg. ad Cai. p. 1030. E, *κελευσάντων τοὺς πολλοὺς μεταστῆναι τῶν ἰατρῶν, ἵνα δι' ἀλειμμάτων καὶ* ΤΡΟΦΗΣ ΚΑΙΡΙΟΥ *τὸ σωμάτιον ἀνακτήσωνται·*

Cum

Cum medici turbam ſecedere iuſſiſſent vt vnctionibus et cibo tempeſtiuo corpuſculum eius reficerent.

v. 40. Κατεῖχον εἰς τὸν αἰγιαλὸν) In hac notione προσέχειν dicit Philo in Flacc. p. 969. A. κελεύσας — νυκτὸς λιμέσι ΠΡΟΣΧΕΙΝ, *cum iuſſiſſet — noctu nauem ad portum appellere.* Et 981. A, γενομένης δ' ἑσπέρας ἡ μὲν ναῦς ΠΡΟΣΕΣΧΕΝ, *crepuſculo autem nauis appulit.* Et p. 988. B, τῆς νεὼς τῷ λιμένι ΠΡΟΣΧΟΥΣΗΣ, *cum nauis ad portum appelleret.* De Agric. p. 213. A. ἤδη μελλόντων ΠΡΟΣΕΧΕΙΝ vbi permutatur cum ἐνορμίσασθαι τοῖς λιμέσιν, *in portum appellere.*

v. 41. Ἐπώκειλαν τὴν ναῦν) *Impegerunt nauem* ſupra v. 39. ἐξῶσαι τὸ πλοῖον. Dicitur etiam ἐξοκεῖλαι cum praepoſ. ἐς et ἐπὶ vt ALBERTVS obſeruauit; cum praepoſitione autem πρὸς habet Philo de Agric. p. 192. B, τὰ τῶν αἰσθήσεων θρέμματα, ἐπειδὰν ὁ νοῦς ὑπτίως καὶ ῥαθύμως ἔχει — ἀπαυχενίζει τε καὶ σκιρτᾷ, πρὸς πάντα ἀναπεπταμένα τὰ ὁρατὰ, καὶ ἃ μὴ θέμις ὁρᾷν ΕΞΟΚΕΙΛΟΥΣΙ, *ſenſuum iumenta, quando mens ſupina neglegentia ſit demerſa — ceruicem iactant et ſubſultant, inque omnia viſui patentia, vel quae videre nefas eſt impingunt.* De Somn. p. 601. C. ἐκτρεπομένους τὴν ἐπ' ἀρετὴν ἄγουσαν ὁδὸν, μᾶλλον ἐξέτρεψεν αἴσθησις — καὶ ἠνάγκασεν ΕΞΟΚΕΙΛΑΙ, *Auerſos a via virtutis, magis etiam in errorem ſenſus inducit — cogitque impingere.* De Somn. p. 1128. D, οὐκ ἤδη τινὰς ἴσμεν — ἐν αὐταῖς τοῦ βίου ταῖς δυσμαῖς ΕΞΟΚΕΙΛΑΝΤΑΣ τε καὶ ναυαγήσαντας, ἢ περὶ γλῶτταν ἄθυρον, — *Nonne iam quosdam ſcimus — qui in ipſis vitae occaſibus impegerunt et naufragium fecerunt, aut circa linguae incontinentiam* etc. Gloſſarium N. T. p. 88. cum Heſychio hanc habet gloſſam: Ἐπώκειλαν· ἐπανέπαυσαν.

CA-

CAPVT XXVIII.

v. 11. Παρασήμῳ Διοσκούροις) *Cui erat inſigne Caſtorum*, vt recte vertit Vulgatus, quem ab reprehenſione BEZAE iam defendit SCALIGER. De *deorum inſignibus et ornamentis* τὰ παράσημα dicuntur a Philone leg. ad Cai. p. 1005. D, vbi refert de Caio numinibus ſemet aſſimilante, ſcribitque homines miratos fuiſſe πῶς ὁ τὰ ἐναντία θεῶν οἷς ἰσότιμος εἶναι προαιρεῖται, τὰς μὲν ἀρετὰς αὐτῶν ἐπιτηδεύειν οὐκ ἀξιοῖ, ΤΟΙΣ δὲ ΠΑΡΑΣΗΜΟΙΣ εἰς ἕκαστον σκευάζεται, *quod, quorum honores ſibi arrogaret, eorum virtutes aemulari nollet, ſolis inſignibus contentus.* Mox dicuntur περίαπτα καὶ προκοσμήματα ξοάνοις καὶ ἀγάλμασι, *quibus induuntur ornanturque ſimulacra et imagines.* Cf. HEINSIVS ad Ouid. Triſt. I, 10, 1.

v. 15. Εὐχαριστήσας τῷ Θεῷ) Vid. quae mox obſeruamus ad Rom. I, 8.

IN EPISTOLAM AD ROMANOS

Caput I.

v. 8.

Πρῶτον μὲν εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ) Verbum εὐχαριστεῖν pro *gratiam habere vel referre*, etſi ab veteribus Grammaticis in antiquis Atticae dictionis ſcriptoribus reperiri negatur, ſemper tamen accurata auctorum non contemnendorum lectio exempla, quae contrariam ſententiam confirmarent, ſtudioſis ſuppeditauit. Vid. quos WITTERVS et OVDENDORPIVS laudant ad Thomam Mag. p. 913. item DORVILLIVS ad Charitonem. REISKIVS Ind. Demoſthenis pro *grata, memori mente eſſe* dici obſeruat: nos, e Philone, vt inſtituto noſtro ſatisfaceremus, quaedam huius generis loca attulimus. De Charit. p. 715. A, ὁ γὰρ ἀκριβῶς ἀναδιδαχθεὶς, ὅτι δῶρον εἴληφε παρὰ θεοῦ, τὸ εὔτονον καὶ ῥωμαλέον, — ὑψηλὸν καὶ ὑπέραυχον φρόνημα διώσεται καὶ ΕΥΧΑΡΙΣΤΗΣΕΙ τῷ τῆς κρείττονος αἰτίῳ μεταβολῆς. *Quisquis enim probe didicit donatam ſibi eſſe a deo fortitudinem — ſeponet omnem iactantiam, et gratias aget ei qui mutationis in melius auctor fuit.* De Somn. p. 1145. A, καλὸν οὖν ΕΥΧΑΡΙΣΤΗΣΑΙ καὶ τὸν ἐπιπέμψαντα ὑμνῆσαι. *Bonum igitur gratias agere et immittentem* [bona] *hymnis celebrare.* De Plant. Noë p. 231. D. θεῷ δ' οὐκ ἔστι γνησίως ΕΥΧΑΡΙΣΤΗΣΑΙ δι' ὧν νομίζουσιν οἱ πολλοὶ κατασκευῶν, *Deo non recte aguntur gratiae, eo, quo multi ſe id facere putant apparatu.* Eod. l. p. 233. C, τῷ γὰρ εὐχαρίστῳ

ρίστῳ

ῥίςῳ μισθὸς αὐτὸ τὸ. ΕΥΧΑΡΙΣΤΕΙΝ αὐταρκέςατος, *grato enim ipſa gratiarum actio merces eſt ampliſſima* L. 2. vit. Moſ. p. 660. A, παλαιᾶς ἕνεκα εὐεργεσίας ἀεὶ νεαζούσης ΕΥΧΑΡΙΣΤΗΣΟΝΤΕΣ ΤΩι ΘΕΩι. quotannis celebritas renouatur in Pharo inſula ad quam non tantum Iudaei, ſed alii quoque plurimi traiiciunt — *pro tanto beneficio quaſi recente ACTVRI DEO GRATIAS.* in Flacc. p. 982. D, ἀλλά σοι δικαίως ΕΥΧΑΡΙΣΤΟΥΜΕΝ οἶκτον καὶ ἔλεον ἡμῶν λαβόντι, *ſed tibi meritas gratias agimus qui noſtri miſertus ſis.* Alia adhuc loca eſſent proferenda, niſi vel ex his vſum et notionem verbi perſpici poſſe arbitraremur, conferri tamen poterunt quae ſcripſimus ad Epheſ. V, 4.

v. 13. Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν) Eandem vim habet quod οὐκ ΑΓΝΟΗΤΕΟΝ, *hoc autem intellegendum eſt*, apud Philon. de Abrah. p. 357. C. vel οὐ δεῖ δὲ ΑΓΝΟΕΙΝ, *ſciendum autem eſt.* de Abrah. p. 354. B, Item χρὴ μηδ' ἐκεῖνο ΑΓΝΟΕΙΝ. ibid. p. 357. E.

v. 14. Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις) Βάρβαροι ſunt populi omnes, qui non Graeci. Βάρβαρόν ἐςιν ὄνομα τὸ οὐχ ἑλληνικὸν docente Ammonio. Philo de Opif. m. p. 29. A. numerus ſeptenarius ait, τιμᾶται καὶ παρὰ τοῖς δοκιμωτάτοις ΕΛΛΗΝΩΝ ΚΑΙ ΒΑΡΒΑΡΩΝ οἱ τὴν μαθηματικὴν ἐπιςήμην διαπονοῦσιν, *honoratur apud praecipuos vel Graecos vel barbaros qui diſciplinam mathematicam exercent.* de Abrah. p. 387. A, περὶ ἃ (ſc. γραφικῆς ἔργα καὶ πλαςικῆς) σπουδάζονται ΕΛΛΗΝΕΣ ὁμοῦ καὶ ΒΑΡΒΑΡΟΙ, *in quibus (fictis pictisque operibus) Graeci ac barbari mirum ſtudium ponunt.* Nec quidquam impedit quominus in his locis βαρβάρους, *Romanos* intellegamus, cum hos doctrinae omnis et elegantiae poſt Graecos ſtudioſiſſimos fuiſſe conſtet. Cf. de Abr. p. 369. C, lib. 2. de vit. Moſ.

 p. 656.

p. 656. A. E, 657. A. Ac Iudaei ſub barbaris ſunt iisque adnumerantur a Philone eod. lib. p. 658. A, *δεινὸν ἡγησάμενοί τινες, εἰ οἱ νόμοι παρὰ τῷ ἡμίσει τμήματι τοῦ ἀνθρώπων γένους ἐξετασθήσονται μόνῳ τῷ* ΒΑΡΒΑΡΙΚΩι, *τὸ δ'* ΕΛΛΗΝΙΚΟΝ *εἰς ἅπαν ἀμοιρήσει πρὸς ἑρμηνείαν τὴν τούτων ἐτράποντο. Exſtiterunt qui indigne ferrent has leges parti tantum humani generis innotuiſſe, ſolis barbaris, Graecas gentes nullum earum guſtum cepiſſe, dederuntque operam vt verterentur per idoneos interpretes.* add. de Conf. ling. p. 347. E, *οἴονται γένεσιν διαλέκτων* ΕΛΛΗΝΩΝ *τε καὶ* ΒΑΡΒΑΡΩΝ *ὑπογράφεσθαι, putant ortum linguarum Graecorum et barbarorum deſcribi.*

v. 17. *Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται*) Ex hoc oraculorum Habacuci loco intellegi poteſt, ſalutis per fidem conſequendae ſpem iis iam temporibus fuiſſe, quod etiam patet ex Philone de Abrah. p. 387. A, vbi vehementer fidem laudat. Scribit enim: *μόνον οὖν ἀψευδὲς καὶ βέβαιον ἀγαθὸν* ΠΙΣΤΙΣ, *ἡ πρὸς τὸν Θεὸν πίστις, παρηγόρημα βίου, πλήρωμα χρηστῶν ἐλπίδων,* et quae ſequuntur; *ſolum certum firmumque bonum eſt FIDES, QVA DEO CREDITVR, vitae ſolatium, bonae ſpei complementum* etc. Ex quo ſimul colligi poteſt temporibus Philonis illam doctrinam de ſalute ex fide euangelica conſequenda, valde depravatam, et de fide legali acceptam fuiſſe. Cf. ERNESTI Opuſc. Theol. p. 237. ſ.

v. 22. *Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ*) Cum conſtructionem Infinitiui cum nominatiuo, tum vſum verbi obſeruauit RAPHELIVS Annotatt. Xenophont. quibus nos quoque Philonis auctoritatem addere iuuat. Eſt igitur *φάσκειν, exiſtimare, gerere ſe, haberi velle.* de Somn. p. 1116. D, *κενῆς δόξης εἰσὶ δοῦλοι,* ΦΑΣΚΟΝΤΕΣ *οὐκ ἐλεύθεροι μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλῶν ἄλλων ἡγεμόνες*

μόνες εἶναι, inanis gloriae ſerui ſunt, prae ſe ferentes, non ſolum ſe liberos, ſed etiam multorum aliorum principes eſſe.

v. 25. Ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα) Eandem ſententiam Philo de mund. Opif. p. 2, B, exprimit ſic: τινὲς τὸν κόσμον μᾶλλον ἢ τὸν κοσμοποιὸν θαυμάσαντες, *quidam mundum magis admirati, quam mundi opificem* etc. de Char. p. 717. A, ὅσοι τὸν ΚΤΙΣΤΗΝ καὶ πατέρα τῦ παντὸς εἰ καὶ μὴ ἐξ ἀρχῆς ΣΕΒΕΙΝ ἠξίωσαν, ἀλλ' ὕςερον, *qui conditorem parentemque vniuerſi, non ſtatim primo ſed ſerius colere volunt.* add. de Gig. p. 345. B, de Abrah. p. 360. A. τὸν κόσμον αὐτὸν ὑπέλαβον εἶναι θεὸν, ὐκ εὐαγῶς τὸ γενόμενον ἐξομοιώσαντες τῷ πεποιηκότι. *mundum ipſum exiſtimabant eſſe deum, profana opinione creaturam facientes creatori ſimilem.*

v. 28. Ἀδόκιμον νῦν) *peruerſa mentis cogitata.* ſtultos deſignat. Philo de Conf. ling. extr. πᾶς ἄφρων, λόγοις καὶ βυλαῖς καὶ πράξεσιν ΑΔΟΚΙΜΟΙΣ καὶ πεφορημέναις χρώμενος. *inſipiens omnis, qui verbis, conſiliis, factis improbatis confuſisque vtitur.*

v. 30. Ἐφευρετὰς κακῶν) *Malorum opifices.* ſic apud Philonem in Flacc. p. 968. A, ΚΑΚΩΝ ΕΥΡΕΤΑΙ, *rerum malarum opifices* dicuntur. eod. libr. p. 975. D, πάντα δὲ διορύξας καὶ τοιχωρυχήσας ὁ Φλάκκος —ἐπενόησεν ἔκτοπόν τινα ἐπίθεσιν ὁ μεγαλυργὸς, ὁ καινῶν ἀδικημάτων ΕΥΡΕΤΗΣ, *poſtquam autem omnes Iudaeorum parietes perfodit Flaccus — immane quiddam commentus eſt, nouarum iniuriarum opifex.*

CAPVT II.

v. 4. Τῦ πλύτυ τῆς χρηςότητος αὐτῦ) Voce hac metaphorice de benignitate diuina vtitur etiam Philo lib. I. Alleg. p. 46. D, τὸν περίττὸν ΠΛΟΥΤΟΝ ἐπιδεικνύ-

δεικνύμενος αὐτȣ̃. *oſtentans immenſas ſuas diuitias* et mox: τὴν ὑπερβολὴν τȣ̃ ΠΛΟΥΤΟΥ καὶ τῆς ἀγαθότητος αὐτȣ̃, *ingentem beneficentiam liberalitatemque ſuam.*

v. 5. Θησαυρίζεις σεαυτῷ) Philo II. Alleg. p. 80. D, εἰσὶ, inquit, ὥσπερ ἀγαθῶν, ȣ̃τω καὶ κακῶν παρὰ τῷ θεῷ ΘΗΣΑΥΡΟΙ, *ſunt vt bonorum, ita etiam malorum theſauri apud deum* [Ita dicuntur etiam apud Euripidem Ion. v. 923. Vti etiam apud Plautum Mercat. I, 2, 51. *Perii! tu quidem theſaurum huc mihi apportauiſti mali.* Quae duo ad hunc iam loca protulit ALBERTVS] Pergit autem Philo, ὡς ἐν μεγάλῃ φησὶν ᾠδῇ Οὐκ ἰδȣ̀ ταῦτα συνῆκται παρ' ἐμοὶ καὶ ἐσφράγισται ἐν τοῖς θησαυροῖς μȣ ἐν ΗΜΕΡΑι ΕΚΔΙΚΗΣΕΩΣ, ὅταν σφαλῇ ὁ πȣ̃ς αὐτῶν, *ſicut habetur in magno cantico: nonne ecce collecta haec ſunt apud me et obſignata in theſauris meis in die vltionis, quando lapſus fuerit pes eorum.* En ipſum locum, ad quem fortaſſe Apoſtolus quoque reſpexit Deuter. XXXII, 33-35. Similiter vindicta diuina dicitur δανείζειν τὰς τιμωρίας, *fvenori locare poenas*, quas non ſtatim ſumit, ſed aliquanto poſt grauius infligit, de Decal. p. 758. B. Neque vero praetermittenda ſunt quae leguntur in Flacc. p. 990. C, vbi ipſum Flaccum a priſtino honoris felicitatisque faſtigio deiectum, ita loquentem inducit: οἶδ' ὅτι μαλακίζομαι πρὸς θάνατον, ἐξ ἐπηρείας δαίμονος ȣ̓κ ἐπιτρέποντος μοι τὴν ἀθλίαν ζωὴν συντόμως ἀπορρῆξαι· διά τινας ὑπερβολὰς ἀνηκέστων κακῶν, ἃ κατ' ἐμȣ̃ ΘΗΣΑΥΡΙΖΟΜΕΝΟΣ χαρίζεται τοῖς δολοφονηθεῖσι. *Scio me molliorem quam vt mortem mihi conſciſcam: nimirum hoc quoque vetat meus genius, ne cito vitam miſeram abrumpam vt malum dilatum CVMVLET ineatque apud iniuſte per me necatos gratiam.*

v. 15. Τὸ ἔργον τῦ νόμυ γραπ͂ὸν) Sic Philo de Opif. p. 17. D, ἀφ᾽ ἧς οἱ μετὰ ταῦτα ἄνθρωποι ΓΡΑΨΑΜΕΝΟΙ ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς, — τέχνην τῷ βίῳ παρέδοκαν. *quam poſtea homines ANIMIS ſuis IMPRESSAM artem prodiderunt vitae humanae.* Loquitur de conſenſu *concentuque rerum* quibus mundus continetur, qui muſices inueniendae rationem docuerit homines.

Καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορῦντων, ἢ καὶ ἀπολογυμένων) Sic Philo de Decal. p. 756. E, de conſcientia loquitur: ὁ γὰρ ἐν ἑκάστῃ ψυχῇ συνοικῶν, καὶ συμπεφυκὼς ἔλεγχος — ὡς μὲν κατήγορος αἰτιᾶται, ΚΑΤΗΓΟΡΕΙ, δυσωπεῖ, πάλιν δ᾽ ὡς δικαστὴς διδάσκει, νυθετεῖ, παραινεῖ μεταβάλλεσθαι. *Inhabitans enim et inſita cuique a natura conſcientia — tanquam accuſatrix criminatur, accuſat, auerſatur, rurſus tanquam iudex docet, monet, hortatur mutare conſilium.* Quae addenda putauimus iis quae Ven. CARPZOVIVS occupauit in *Stricturis.*

CAPVT III.

v. 2. Ὅτι ἐπιςεύθησαν τὰ λόγια τῦ Θεῦ) Eorum, qui interpretantur, *oracula diuina verificata, ſiue vera reperta ſunt,* ſententia, cum per ſe quidem verbum πιςευθῆναι iſtam ſignificationem admittat, quemadmodum 2 Theſſal. I, 10. non tamen in hac verborum coniunctione, non ita conſentit cum conſuetudine linguae, quam eorum ratio, qui explicant, *oracula diuina iis concredita ſunt.* Nam πιςευθῆναι τι eſt aliquid *creditum accipere,* quod clarum fecit Cl. KREBSIVS exemplis e Ioſepho collectis. Quibus addi poterit aliud e quo pateat πιςεύειν eſſe *aliquid alicui donare: fidei committere: dare,* Ant. XVI, 2, 4. Sic prorſus Athenaeus XIII. 7. p. 593. C, ἡ πάρεδρος τῆς Λαοδίκης Δανάη ΠΙΣΤΕΥΟΜΕΝΗ ὑπ᾽ αὐτῆς τὰ πάντα, *conſiliaria*

liaria Laodices Danae, a qua omnia ſibi credebantur. Quo ipſo valore ἐπιτεταφῆναι τι *aliquid creditum accipere*, dicit Philo in Flacc. p. 987. E, Αἴγυπτον ἐπὶ ἑξαετίαν ΕΠΙΤΡΑΠΕΙΣ *Aegypti procuratione ad ſexennium accepta*. Τὰ λόγια autem eſſe *praecepta diuina*, res ipſa loquitur. Caeterum eodem nomine vocantur apud Philonem. L. 3. de vit. Moſ. p. 668. E, vbi νόμοι et τὰ χρησθέντα ΛΟΓΙΑ eodem intellectu dicuntur. p. 674. E, ὡς ΤΑ ΛΟΓΙΑ ὑφηγεῖτο, *vt oracula iubebant*, Moſes dicitur fratres ſacerdotio inauguraſſe. De Decal. p. 751. D, ἐπισκεπτέον δὲ μετὰ πάσης ἀκριβείας ΤΩΝ ΛΟΓΙΩΝ ἕκαστον. *Praecepta ſingula diligenter ſunt ſcrutanda*. Dicuntur ſic etiam *oracula* ſeu *vaticinia*. Sic, quis rer. diu. her. p. 482. C, τὰς φιλοδεσπότους λειτουργίας καὶ θεραπείας τοῦ Ἀβραὰμ διασυνίστησιν ἀκροτελεύτιον ΛΟΓΙΟΥ τοῦ χρησθέντος αὐτοῦ τῷ υἱεῖ. *Officia obſequiaque Abrahami plena charitatis erga dominum demonſtrat extrema clauſula oraculi filio eius redditi.* Alexandrini Num. 24, 4. 16. Pſ. 148, 4. vtuntur pro Hebraico אֲמָרִים.

v. 5. Εἰ δὲ ἀδικία ἡμῶν Θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι) Συνίστημι non ſolum eſt *laudo*, ſed etiam *demonſtro, declaro, comprobo*. Philo de Conf. Ling. p. 337. D, ἀλλὰ μήποτε τὸν τρόπον τῶν ἀφρόνων ΔΙΑΣΥΝΙΣΤΗΣΙΝ, *ſed fortaſſe morem inſipientium proponit*. De Migr. Abr. p. 394. C, τὴν σοφίαν αὐτοῦ ΔΙΑΣΥΝΙΣΤΗΣΙΝ — ἐκ τοῦ τὸν κόσμον δεδημιουργηκέναι, *Sapientiam ſuam demonſtrat — ex vniuerſi opificio*. Pag. 396. B, τὴν τοῦ ποσοῦ καθ᾽ ἑκάτερον εἶδος τό, τε ἐν μεγέθει καὶ τὸ ἐν πλήθει παραύξησιν ΔΙΑΣΥΝΙΣΤΗΣΙ καὶ ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεύς· *Hanc quantitatem vtriuſque ſpeciei tam magnitudine quam multitudine auctam indicat et Aegyptius ille rex*. Quis rer. diu. her. p. 517. B, ΣΥΝΙΣΤΗΣΙΝ αὐτὸν προφήτην, *oſtendit eum prophetam fuiſſe*

fuiſſe. De Temul. p. 250. E, τὸν δὲ ἀμφοτέροις πολεμωθέντα τοῖς γονεῦσι ΔΙΑΣΥΝΙΣΤΗΣΙΝ εἰσαγαγὼν λέγοντα: *Infenſus autem vtrique parenti ſic loquens inducitur.*

v. 19. Ἵνα πᾶν ςόμα φραγῇ) Haec verba IAC. GRONOVIVS de Mort. Iud. cap. 8. p. 78. refert ad morem nocentes ad ſupplicium ore obturato rapiendi, non incommode illud quidem, maxime propter ſequentia; ita tamen, vt teneamus hanc formam etiam adhiberi alias, cum ſermo de hoc more non eſt. Philo de ſpec. Legg. p. 788. E, vbi loquitur de his qui virginum pudicitiae vim faciunt: τί γὰρ εἰ μετὰ κάλων ἀποδήσειεν, ἢ τὸ ΣΤΟΜΑ ΑΠΟΦΡΑΞΕΙΕΝ, ὡς μηδὲ φωνὴν ῥῆξαι δύνασθαι, *Quid enim ſi colligarit eam funibus? ſi os obturauerit vt ne vocem quidem mittere poſſet.*

v. 25. Ἱλαςήριον) Philo πῶμα vocat L. 3. vit. Moſ. p. 668. D. ἐπίθεμα ibid. E. ἐπίθεμα τὸ προσαγορευόμενον ΙΛΑΣΤΗΡΙΟΝ. Mox πάρεσιν non minus ſignificat quam ἄφεσις, vt quidam cenſent. Λύσιν ἁμαρτημάτων Philo ait, l. 3. vit. Moſ. p. 669. E. Coniungit autem libr. quod deter. pot. inſ. p. 185. E, ΠΑΡΕΣΙΝ τὲ καὶ ΕΚΛΥΣΙΝ, et paullo ante ΠΑΡΙΕΤΑΙ καὶ ἐκλύεται. v. in primis 2 Sam. XXIV, 10. Quare et Heſychius πάρεσιν explicat ἄφεσιν.

v. 31. Τὸν νόμον ἱςῶμεν) *Legem confirmamus.* Hinc ἵςαθαι dicuntur quae *fixa, rata, conſtantia ſunt* apud Philonem Alleg. 1. p. 41, D, ὅσα μὲν γὰρ ταῖς ἡμετέραις τέχναις δημιουργεῖται ΙΣΤΑΤΑΙ καὶ μένει, *quaecunque noſtris artibus perficiuntur, ſtant et manent.* Alleg. 2. p. 90. B, ἡ ἡδονὴ οὐκ ἔτι τῶν ἠρεμούντων καὶ ΙΣΤΑΜΕΝΩΝ, ἀλλὰ τῶν κινουμένων καὶ ταραχῆς γεμόντων, *Voluptas non eſt quieſcentium et ſtantium, ſed commotorum et perturbationis plenorum.*

Caput IV.

v. 13. Κληρονόμον αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου) Intelligitur promiſſio diuina per Abrahamum felices futuros vniuerſos populos; hoc eſt, barbaros, ſi veſtigia fidei ipſius perſequantur, non minus fore beatos, quam Abrahami poſteros. Tenendum autem eſt, κληρονόμον eſſe, *dominum, poſſeſſorem.* Sic Philo dicit, Moſen cum alias omnes diuitias ſpreuiſſet, principatum terrae ſiue dominium rerum creatarum, quae ſingulae ipſi paruerint, a deo accepiſſe. 1 de Vit. M. p. 626. D. κοινωνὸν γὰρ ἀξιώσας ἀναφανῆναι τῆς ἑαυτοῦ λήξεως ἀνῆκε πάντα τὸν ΚΟΣΜΟΝ, ὡς ΚΛΗΡΟΝΟΜΩι κτῆσιν ἁρμόζουσαν. τοιγαροῦν ὑπήκουεν ὡς δεσπότῃ τῶν στοιχείων ἕκαστον etc. *Fecit enim eum ſuae potentiae participem totum mundum ei ſubdens, tanquam poſſeſſori partem attributam. quamobrem ſingula elementa ei vt domino parebant.*

v. 17. Καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα) Putant viri docti verbum καλεῖν indicare abſolutiſſimam dei potentiam proferendi ea, quae antea non exſtiterant, quo ſenſu dicitur apud Philonem de Opif. p. 13, E, πάλιν ΕΚΑΛΕΙ τὴν γῆν εἰς τὴν τοῦ ὑπολειφθέντος μέρους γένεσιν, *rurſus vocabat terram ad generationis partem reliquam.* De Creat. Princip. p. 728. B. τὰ γὰρ ΜΗ ΟΝΤΑ ΕΚΑΛΕΣΕΝ ΕΙΣ ΤΟ ΕΙΝΑΙ, *nam quae non eſſent, fecit vt eſſent.* Quam ſententiam L. 3. de vit. Moſ. p. 693. C. ſic exprimit: ἐκ τοῦ ΜΗ ΟΝΤΟΣ εἰς ΤΟ ΕΙΝΑΙ τὸ τελειότατον ἔργον τὸν κόσμον ἀνέφηνε, *cum non eſſet, opus perfectiſſimum mundum eſſe fecit.* de Charit. p. 709. B. πρότερα δωρεὰ γέννησις δι' ἧς ΤΟ ΜΗ ΟΝ ἄγεται εἰς ΤΟ ΕΙΝΑΙ, *primum munus eſt generatio qua, quod non erat eo vt ſit, producitur.* add. 2 Alleg. p. 62, D. Sic apud Platonem in Sympoſ. T. III. p. 205. ἐκ τοῦ ΜΗ ΟΝΤΟΣ, ΕΙΣ ΤΟ ΟΝ

ἰόντα

ἰόντα dicuntur, et apud Xenophontem Memor. II, 2. in parentum erga liberos beneficiis ponitur, ὃς ἐκ μὲν ΟΥΚ ΟΝΤΩΝ ἐποίησαν ΕΙΝΑΙ, *quos cum non eſſent, fecerunt eſſe.* Eodem modo locutus eſt Epiphanius Haereſ. Lib. I. Tom. III. p. 267. A, Τριὰς ἅγια καὶ ὁμοούσιος ἐξ ἧς τὰ πάντα καλῶς ἐκτισμένα — ἐξ οὐκ ὄντων ΚΕΚΛΗΜΕΝΑ ΕΙΣ ΤΟ ΕΙΝΑΙ *Trinitas ſancta et conſubſtantialis a qua recte ſunt vniuerſa procreata — e nihilo vt eſſent aliquid euocata.* Quin etiam parum differunt quae habentur apud Lucianum in Philopatr. c. 11. ἄνθρωπον ἐκ ΜΗ ΟΝΤΩΝ ΕΙΣ τὸ ΕΙΝΑΙ παρήγαγε, *homines ex illis quae plane non erant, vt eſſent, produxit.* Hinc MANGEVS ad Philon. T. II. p. 317, in Apoſtoli verbis, pro ὡς reſcribere conatur εἰς. Sed admonendi ſumus, quantumuis facilis ſit harum vocum permutatio, tamen vt eam in hoc loco factam eſſe ſtatuamus, neceſſarium non videri, praeſertim cum verba haec non ad creationem, ſed potius ad conſuetudinem vaticiniis maxime propriam, pertineant, qua res futurae quae nondum exſtant, tractantur, tanquam praeſentes, in quo perſpicuum eſt ὡς retinendum eſſe. Sic Philo de Ioſ. p. 544. C, ὡς γὰρ ἐν ταῖς καθ' ὕπνον φαντασίαις βλέποντες οὐ βλέπομεν — τοῖς διανοίας — ἀναζωγραφούσης καὶ εἰδωλοποιούσης τὰ ΜΗ ΟΝΤΑ ΩΣ ΟΝΤΑ, *ſicut in ſomniorum viſionibus videntes non videmus — mente — ſibi ſimulacra rerum non exiſtentium tanquam exiſtentium pingente.* In Flacc. p. 988. D, ἀλλὰ μὴ φάσμα ταῦτ' ἦν οὐκ ἀλήθεια; καὶ κοιμώμενος ὄναρ εἶδον τὴν τότ' εὐτυχίαν εἴδωλα κατὰ κενοῦ βαίνοντα, πλάσματα ψυχῆς ἴσως ἀναγραφούσης τὰ ΜΗ ΥΠΑΡΧΟΝΤΑ ΩΣ ΟΝΤΑ. *An ſomnium erat illud, non veritas? dormiens videbam illam felicitatem vanas imagines, anima fingente ſibi quod nuſquam erat.* Atque, vt ΤΑ ΜΗ ΟΝΤΑ ΩΣ ΟΝΤΑ δεικνύειν pictoribus et fictoribus tribuitur ab Artemidoro

doro p. 46. edit. RIGALT.; ſic καλεῖν τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, eſt, *obſentia, necdum exſtantia, appellare, habere et cenſere quaſi praeſentia eſſent.* Quae eſt veriſſima horum verborum ſententia.

Caput V.

v. 19. Ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς) Verbum ipſum παρακούειν pro *non obedire* legitur apud Philonem Alleg. I. p. 58. C, in eadem re, ἵνα, ἐπεὶ καὶ ὡς δεσπότης ὁ κύριος καὶ ὡς εὐεργέτης ὁ θεὸς ἐνετείλατο, πάλιν ὡς ἀμφότερα ὢν τὸν ΠΑΡΑΚΟΥΣΑΝΤΑ τιμωρῆται. *Vt quoniam et pro poteſtate dominus et pro merito deus praeceperat, rurſum pro vtroque in contumaces animaduerteret.*

v. 20. Νόμος δὲ παρεισῆλθεν) Pro *Intrare* ſimpliciter παρεισελθεῖν vſurpatur a Philone de Opif. p. 34. D, μηδενὸς πάθους ΠΑΡΕΙΣΕΛΗΛΥΘΟΤΟΣ, *nulla perturbatione INTRANTE.* de Temul. p. 263. C, ἄγνοια — μήτε φῶς μήτε λόγον ΠΑΡΕΙΣΕΛΘΕΙΝ ἐῶσα, *inſcitia—neque lucem nec ſermonem in animum INTRARE ſinens.*

Caput VI.

v. 1. Τί οὖν ἐροῦμεν) Sic propemodum Philo I Alleg. p. 48. E. 59. E, et alibi, τί οὖν λεκτέον et ibid. p. 51. B, τί οὖν χρὴ λέγειν.

v. 5. Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ) Sententia horum verborum eſt, *ſi cum Chriſto ſimilitudine mortis coniuncti ſumus.* Dicuntur autem σύμφυτα de *his, quae vno eodemque loco ſata ſunt:* quae alias dicuntur ἔμφυτα, *inſita.* Hoc intellectu dicit Philo Quis rer. diu. her. p. 519. C, τὰ ΣΥΜΦΥΤΑ ΚΑΚΑ τοῦ γένους ἡμῶν, *mala generi noſtro inſita*, quemadmodum Maxim. Tyr. Diſſert. 33. p. 326. ed. HEINS. εἰ φαῦλόν τι χρῆμα ἡδονή, οὐκ ἂν ἦν ΣΥΜΦΥΤΟΝ, *ſi mala res eſſet voluptas non eſſet nobis*

bis innata. Iam quoniam ea quae vel eodem loco conſita vel inſita ſunt, vere poſſunt dici inter ſe coniuncta et adunata, fit vt σύμφυτος *vnamquamque rei donotet cum altera coniunctionem*, quo ſenſu alias ponitur συμφυὴς, veluti apud Aelianum Hiſt. Animal. V, 21. vbi, animal ait, ΣΥΜΦΥΗ σκιὰν ἀποδείκνυται τῦ ἰδίυ σώματος, *ſimilem cum corpore vmbram facit.* ſic συμφυΐα apud Philon. 1. Allegor. p. 68. A, ΣΥΜΦΥΙΑΣ καὶ γνώσεως τῆς πρὸς τὸ καλὸν ἐςέρηται, *cognatione ſiue coniunctione et familiaritate cum honeſto caret.* de Charit. p. 705. B, ſcribit, natione Iudaeum et proſelytam ἐν ζῶον εἶναι δοκεῖν, ἁρμοζομένης καὶ ΣΥΜΦΥΕΣ ἀπεργαζομένης αὐτὸ κοινωνίας. *pro eodem haberi, coniunctionem cognationemque efficiente ſocietate.* Quin etiam Ioſephi auctoritas ad hanc ſignificationem confirmandam plurimum valet. Nam Ant. l. XV, 11, 4. vbi ΣΥΜΦΥΤΟΣ σφραγὶς, *ſimillimum ſigillum*, in vulgatis libris legitur, in Cod. Voſſiano reperitur σύμφωνος, quod ab HAVERCAMPO in textum recipi non debebat, cum dubium non videatur, quin illa lectio e gloſſemate orta ſit. Quid? l. XIX, I, 8, συγγενὴς dicitur pro, *ſimilis alicui.* At Etymol. M. Ξύμφυτος ὁ συγγενὴς ἀπὸ τῦ ξὺν καὶ φύω. Cf. S. V. ERNESTI ad Tacit. Ann. XIV, 51. qui ſic etiam *cognata* dici a Latinis docet. Item Philo de Abrah. p. 372. D, ἐάσαντες ἐπὶ τὰς φάτναις ἀπὸ τῶν ΣΥΜΦΥΤΩΝ ἡμῖν θρεμμάτων πιαινέσας τὴν ἐπιθυμίαν. *Relictis ad ſua praeſepia cognatis nobis pecudibus.* Plato Timaeo cap. 28. αἴσθησιν ἀναγκαῖον εἴη μίαν πᾶσιν ἐκεῖ βιαίων παθημάτων ΞΥΜΦΥΤΟΝ γίγνεσθαι, quae Cicero vertit; *neceſſe erat ſenſum exſiſtere vnum communemque omnium, vehementiore motu excitato.* Quare vertimus: *ſi communem cum Chriſto habemus mortem, communem quoque habemus cum eo reſurrectionem.*

v. 6.

v. 6. Τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας) Diſſimillima ſunt Philonis Alleg. I. extr. ἀπηλλαγμένη ἡ ψυχὴ κακοῦ καὶ νεκροῦ σώματος. neque enim σῶμα κακοῦ ſed σῶμα κακὸν dixit, *corpus caducum et mortale* Cic. N. D. I. extr.

v. 19. Ἀνθρώπινον λέγω) Haec forma apud ſcriptores Graecos ſignificat *humano more loqui, populariter* vt facile ab omnibus poſſis intellegi, et opponitur magniloquentiae poetarum, inprimis tragicorum, deinde ſubtilitati et obſcuritati philoſophorum. Exempla huius ſignificationis reperiuntur in Commentariis CASAVBONI ad Athenaeum IX. 7. p. 660. vnde WETSTENIVS non indicato fonte, plurima ad h. l. tranſtulit. Patrum plerique intelligunt ſic: *rem aequam a vobis poſtulo,* quo ſenſu ἀνθρωπείως ἁμαρτεῖν Thucyd. III, 40. quod minime conuenit cum verbis διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν. Chryſoſtomus autem recte explicat: ἀπὸ ἀνθρωπίνων λογισμῶν, ἀπὸ τῶν ἐν συνηθείᾳ γινομένων. τὸ γὰρ σύμμετρον τῇ προσηγορίᾳ τοῦ ἀνθρωπίνου δηλοῖ, *dicam de iis rebus humana concludendi ratione, exemplis deſumtis ab iis rebus quae in conſuetudine poſitae ſunt; etenim id quod humanis moribus conuenit hac locutione indicat.* Haec igitur ſignificatio etiam auctoritate Philonis confirmatur. Exempla protuli ad Galat. III, 15.

v. 21. Τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων, θάνατος) Qui cum WOLFIO ſtatuunt τέλος ſignificare *euentum, exitum, in quo aliquid deſinat, quod aliquam rem ſubſequatur,* verbo magis quam re diſſentire videntur ab his, qui per τέλος nunc *poenam,* nunc *praemium* indicari affirmant. Locis aliquot Philonis, rem clariorem fore exiſtimo. De Agric. p. 198. C, vbi ſimilitudinem aurigae minus periti, ad eum transfert, qui cupiditatibus, tanquam indomitis animalibus ſe ſubmittat: εἶθ᾽ ὧδε κἀκεῖσε φερόμενος καὶ πᾶσι τοῖς ἐν ποσὶ προσαρασσόμενος, οἰκτρότατον ὑπομένει θάνατον. τῷ μὲν δὴ τοιοῦτον ἀποβαί-

vei τὸ ΤΕΛΟΣ, *deinde huc illuc diſtractus et illiſus omnibus paſſim obiacentibus, miſerrimo genere mortis extinguitur. Et huic quidem talis exitus obuenit.* De Ioſeph. p. 543. E, poſtea quam fata Ioſephi enarraſſet, ſubiicit: τοιαῦτα τῶν εὐσεβῶν τὰ ΤΕΛΗ· κἂν γὰρ κλιθῶσιν, οὐκ εἰσάπαν πίπτουσιν, ἀλλὰ διαναστάντες ὀρθοῦνται παγίως καὶ βεβαίως, *hi ſunt euentus piorum; nam etiamſi proclinantur, tamen non corruunt, ſed erecti ſtant firmiter.* 1. de vit. Moſ. p. 641. D, τὰ ΤΕΛΗ ταῖς ἀρχαῖς πολλάκις κρίνεται, *initiis ſaepe de euentu decernitur.* Ac de Charit. quidem, p. 717. D, τοὺς τῶν ἱερῶν νόμων ἀποστάντας ἰδεῖν ἐστιν ἀκολάστους, ἀναισχύντους, ἀδίκους — ὧν τὰ ΤΕΛΗ βαρύτατα ζημίαι σώματός τε καὶ ψυχῆς εἰσίν. *Quicunque a ſacris legibus deſiciunt, eos videre licet intemperantes, impudentes, iniuſtos — quorum POENA grauiſſima corporis et animi detrimentum eſt.* Quae tamen non minus commode ita vertas? *Quibus tandem damna corporis et animi acerbiſſima obueniunt.* Τέλος de eo, quod quis aliqua re tractanda conſequitur. Sic τὸ καλὸν ΤΕΛΟΣ τῆς ἡδονῆς Alciphr. Ep. I, 34. Ἔρωτος κακὰ ΤΕΛΗ dicuntur apud Lucian. de Saltatione. Nam τὰ τέλη dici de *vectigalium* reditu non caret auctoritate Philonis, qui de hon. Sacerd. p. 832. B, τὰ ὁρισθέντα ΤΕΛΗ καὶ δασμοὺς κατατιθέασιν, *conſtituta vectigalia et tributa ſoluunt.* Conf. Homeri Interpres ad Iliad. K, 56. qua vi eſt Cap. XIII, 7.

CAPVT VII.

v. 25. Αὐτὸς ἐγὼ) Sunt qui putent in proximis his verbis et quae deinceps ſequuntur, Paullum de homine improbo, et nondum gratiae diuinae per optimum Seruatorem participe loqui, in his etiam BAVMGARTENIVS et HEVMANVS. At enim vero ex hoc loco clarum eſt Apoſtolum de ſemet ipſo, etiam in ſuperio-

perioribus agere quod formulam αὐτὸς ἐγὼ adhibet; qua apud Graecos non quiſquam de alieno, ſemper de ſe ipſo vtitur. Apud Homerum Od. Υ. 263. Telemachus ad Vlyſſem, hoſpitem, Κερτομίας δέ τοι ΑΥΤΟΣ ΕΓΩ καὶ χεῖρας ἀφέξω Πάντων μνηστήρων. *Ipſe ego voces abs te defendam manusque Omnium procorum.* Theocritus Idyll. XXII, 153.

ΑΥΤΟΣ ΕΓΩ τάδ' ἔειπα καὶ οὐ πολύμυθος ἐὼν περ

Ipſe ego haec dixi etſi non verboſus ſum.

Seruator Optimus apud Lucam XXIV, 39. Ἴδετε τὰς χεῖράς μου καὶ τοὺς πόδας μου. ὅτι ΑΥΤΟΣ ΕΓΩ εἰμι. *Adſpicite manus meas pedeſque, profecto ipſe ego ſum*, ad quae Philonis iam locos laudauimus, quibus addendus eſt de Somn. p. 1125. E, καὶ μὴν οὗτος ΑΥΤΟΣ ΕΓΩ τὰ λεχθέντα ἔφη πάντα εἰμι, *Atqui iſte ipſe ego quae dicta ſunt, inquit, omnia ſum.*

CAPVT VIII.

v. 19. Ἡ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως) Litem magna contentione de huius loci interpretatione inter plurimos agitatam, non attingemus, ſed illud monebimus contra eos qui emphaſibus nimium fauent, ἀποκαραδοκίαν a *Vulgato* optime reddi, *exſpectationem creaturae*, eamque interpretationem optimorum ſcriptorum vſu confirmari. Scilicet καραδοκεῖν proprie eſt *proſpicere, obſeruare.* Philo de Leg. ad Cai. p. 1010. C, ἔμελλον δὲ ἄρα οὐκ ὀλίγοι διὰ σπάνιν τῶν ἀναγκαίων, ἀλογήσαντες τῆς ἰδίας ἀσφαλείας ἐξιέναι —τούτων τὰς διαδύσεις ΚΑΡΑΔΟΚΟΥΝΤΕΣ ἐπετήρουν, *non pauci prae inopia victus aufugere tentabant, ſuae ſecuritatis immemores — horum effugia exſpectantes obſeruabant.* De vit. Moſ. 1. p. 604. D. ἀδελφὴ δὲ τοῦ ἐκτεθέντος βρέφους ἔτι παρθένος, ὑπὸ φιλοι-

κείου

κεἰ πάθοις μικρὸν ἄποθεν ΕΚΑΡΑΔΟΚΕΙ τὸ ἀποβησόμενον, *interea puella ſoror infantis expoſiti, affectu mota domeſtico paullo procul exſpectabat exitum.* de Ioſ. p. 540. C, de piſtorum praefecto καὶ ὁ μὲν συγχυθεὶς ἀνετέτραπτο ΚΑΡΑΔΟΚΩΝ τὴν ὁρισθεῖσαν προθεσμίαν καὶ τῇ διανοίᾳ τὰς ἀνίας προσδεχόμενος. *Sic ille receſſit territus tempus praefinitum exſpectans et futura mala iam tum cogitatione praecipiens.* vbi προσδέχεσθαι (Marc. XV, 43.) et καραδοκεῖν permutantur Lib. 3. de vit. Moſ. p. 580. A, ὁ δὲ τὰ προσαχθέντα ποιήσας ΕΚΑΡΑΔΟΚΕΙ τὸ ἀποβησόμενον, *fecit iuſſa vates intentus in exitum.* In Flacc. p. 990. D, τοιαῦτα ἀναπολῶν καὶ σφαδάζων ΕΚΑΡΑΔΟΚΕΙ τῆς εἱμαρμένης τὸ πέρας, *Talia reuoluens animo indignabundus et gemens, exſpectabat finem fatalem.* Quid? quod verba καραδοκεῖν et ἐλπίζειν pariterque καραδοκία et ἐλπὶς, nonnumquam coniunguntur, vid. ad Philipp. I, 20. Latinorum dicendi forma, Graecae quam ſimillima eſt, *exſpectatione erigi.* Liuius 29, 15. *erectis exſpectatione patribus.* Denique, in Gloſſis Platonicis Timaei, reperitur, Καραδοκεῖν· τὸ τοῦ πράγματος κεφάλαιον ἐπιζητεῖν καὶ ἐπισκοπεῖν ὅπῃ χωρήσῃ, vbi Herodoti loca, ad quae referendam eſſe hanc gloſſam putat, affert RVHNKENIVS p. 111. Suidas etiam ἀποκαραδοκεῖν, ἀποκαραδοκίαν, ſimpliciter interpretatur, προσδοκᾶν, προσδοκίαν. Apud Heſychium explicatur per ἐλπίδα et apud ipſum Paullum mox v. 21. Neque erat quod S. R. CARPZOVIVS *in Strictur. Theol. et Crit.* in hanc epiſtolam emphaſin huius verbi vrgeret, quod in ſequentibus naturae rerum τὸ συστενάζειν et συνωδίνειν tribuatur; nam quaeritur tantum an iſta vis in verbo inſit, quae ſi ineſſet, cur opus erat vt Philo in exemplo ſupra poſito, verbo σφαδάζειν, quod, auctoribus Grammaticis antiquis, idem eſt quod στενάζειν, eam notionem ſeparatim exprimeret? Caeterum non iuuat

 magno-

magnopere contendere, nam omnis ſpes et exſpectatio aliquem ſecum fert angorem.

v. 20. Ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη) Philonis iſta de Cherub. p. 123. quibus HVGO GROTIVS ad haec illuſtranda vſus eſt, quaeque repetiit CARPZOV. Strict. p. 186. quibus mundi partes dicuntur κάμνειν, κοκοπαθεῖν etc. non ſatis ſimilia ſunt. Sed ſimillima iis quae diſputantur apud Ciceronem N. D. I. 20. etc.

v. 22. Συνωδίνει) Ὠδίνω ſignificat *indignor, doleo.* Philo de vit. Moſ. I. p. 645. C. ταῦτ' ἀκέων ὁ Βαλάκης ΩΔΙΝΕΝ ΕΝ ΕΑΥΤΩι. *His auditis Balaces indoluit.* Sic ὠδῖνες *de doloribus* Leg. ad Cai. p. 1019. B, ἕτεροι παρῆσαν τὰς αὐτὰς φέροντες ΩΔΙΝΑΣ, *ſupervenerunt alii, eiusdem doloris nuncii.* Compoſitum autem verbum pro ſimplici poſitum eſt. Sic συνευδοκεῖν Act. VIII, 1. συνθεωρεῖν, Theophraſt. Char. Prooem.

v. 26. Τὸ Πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν) Ὑπερεντυγχάνειν, ſiue ἐντυγχάνειν, quod eiusdem poteſtatis eſt, verſu ſequenti, ſignificat *cauſſam alicuius agere vel deprecando, vel defendendo.* Philo de Nom. Mut. 1064. E, βέλεται γὰρ ὁ τῶν ὅλων ἡγεμὼν κἂν ἀφόρητα ἀδικέντές τινες μέλλωσι κολάζεσθαι, ΠΑΡΑΙΤΗΤΑΣ ἔχειν τὲς ΕΝΤΕΥΞΟΜΕΝΟΥΣ ΥΠΕΡ αὐτῶν, οἳ τὴν τε πατρὸς ἵλεω δύναμιν ἀπομιμέμενοι μετριώτερον καὶ φιλανθρωπότερον χρήσονται ταῖς τιμωρίαις. *Etenim ſtatuit huius vniuerſi gubernator, licet nonnulli ob delicta non ferenda puniendi ſint, deprecatores habere, qui pro ipſis intercedant quique Patris vim propitiam imitantes moderatius benigniuſque ſuppliciis vtantur.* Hinc ἔντευξις eſt *deprecatio*, cum apud ſcriptores diuinos, vt 1 Tim. 2, 1. tum apud Lucianum Scyth. ἀτὰρ ἐκεῖνο δέδια μὴ δυσπρόσοδος καὶ ἐν παρέργῳ θῆται σε τὴν ΕΝΤΕΥΞΙΝ ΥΠΕΡ ἡμῶν. *ſed illud timeo ne difficilis ſit aditu, et deprecationem pro nobis factam contemnat.* Obſeruandum autem eſt hic ea ratione

tione dici, qua non de mediatoria Chriſti pro nobis interceſſione apud deum eſt, ſed de Spiritu S. efficaces ad preces motus producente, et infirmis nobis, vel ignorantibus ſuggerente.

v. 38. Οὔτε ἀρχαὶ οὔτε δυνάμεις) Coactior eſt procul dubio ſententia Ven. CARPZOVII Strictur. ad h. l. p. 197. haec verba explicantis de *elementis*, *terra*, *aqua*, *aere et igni* quae in cruciatum veritatis teſtium a ſaeuitia improborum adhibita fuerint. Nam etſi cum in Nouo Teſtamento, tum apud Philonem loca, in quibus haec ſignificatio vocum obtineat, reperiuntur, vt vel exempla ab ipſo prolata demonſtrant, tamen in libris diuinis nullum exſtat in quo αἱ δυνάμεις ſimpliciter ſic dicantur, ſed ſemper addito τοῦ οὐρανοῦ, vel αἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς: Apud Philonem autem poſt voces ΑΡΧΑΙ καὶ ΔΥΝΑΜΕΙΣ, ab antiquis philoſophis receptas, (v. Cicer. N. D. I.) explicationis cauſſa ſemper adduntur nomina γῆς, ὕδατος, ἀέρος etc. vt apertum ſit, iſta quidem loca in reperienda et confirmanda horum verborum interpretatione momentum non facere. Nec probanda eſt eorum, qui de *angelis* intellegunt ſententia, in qua ornanda olim elaborauit I. ELSNERVS Obſſ. T. II. p. 42. allatis in hanc rem Philonis quoque locis; quae ratio, refutatione noſtra non eget. Itaque manendum eſt in eo, vt intellegamus *potentes in his terris*, *magiſtratus*, qui poteſtate ſua Apoſtolos affligebant, quae ſignificatio vocum, quemadmodum ſeriei orationis accommodatiſſima eſt, ita cum diuinis, tum profanis ſcriptoribus vſitatiſſima inuenitur.

Capvt IX.

v. 23. Ἃ προητοίμασεν ε. δ.) Vulgarium Lexicorum N. T. hic error eſt, vt cum aliis verbis ex praepoſitione aliqua iunctis, quibus falſam plerumque ſignifi

cationem attribuunt, hoc quoque *ante praeparare* eſſe velint. Eſt nimirum idem quod *parare*, *condere*, vt eſt quoque in Philone Opif. p. 17. A. ὁ Θεὸς τὰ ἐν κόσμῳ πάντα ΠΡΟΗΤΟΙΜΑΣΑΤΟ — εἰς ἔρωτα καὶ πόθον αὐτοῦ, *deus partes huius vniuerſi omnes — ad amorem et deſiderium ſui excitandum parauit.*

Capvt X.

v. 4. Τέλος γὰρ νόμου Χριστὸς) Τέλος hoc loco in ea ſignificatione dicitur, qua indicat *finem* ad quem quis contendit, quem attingere vult; ſic apud Philonem de vit. Moſ. 1. p. 626. A, προὔκειτο ἓν αὐτῷ ΤΕΛΟΣ ἀναγκαιότατον ὀνῆσαι τοὺς ἀρχομένους, *vnum ſibi graviſſimum finem propoſitum habuit iuuare quibus praeeſſet.* et alibi paſſim. 2 Alleg. p. 69. B. τὸ ΓΑΡ ΤΕΛΟΣ τοῦ λόγου ἀλήθειά ἐστιν *Finis enim rationis veritas eſt.* add. de Cher. p. 123. D.

v. 17. Ἄρα ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς) Ἀκοὴ ſunt hoc loco praecepta credendorum agendorumque diuinis libris conſignata. Eam vim idem vocabulum, quatenus ea quae *praecipiuntur*, *traduntur* ſignificat, habet apud Philonem de Sacr. Ab. et Cain. p. 131. C, οὐδὲ γὰρ ὀλίγος ἐστιν ἀριθμὸς τῶν ΕΞ ΑΚΟΗΣ καὶ ὑφηγήσεως μανθανόντων, *nec enim paruus numerus eſt eorum, qui ex auditu et doctrina diſcunt.*

v. 20. Ἡσαΐας δὲ ἀποτολμᾷ καὶ λέγει) Verbum ἀποτολμᾶν probum eſt, et occurrit apud Philonem Leg. ad Cai. p. 1003. A, ἐπειδὴ ἅπαξ ἐθρασύνατο καὶ ΑΠΕΤΟΛΜΗΣΕΝ εἰς τοὺς πολλοὺς ἐξενεγκεῖν τὴν ἀθεωτάτην ἐκθέωσιν αὐτοῦ τὰ ἀκόλουθα καὶ συνῳδὰ πράττειν ἐπεχείρει, *poſteaquam ſemel auſus eſt, in vulgus efferre impiam ſui conſecrationem, pergebat ea facere quae cum ea coniuncta ſunt.* Dictum autem accipi poteſt vel per Hendiadyn verbale pro ἀποτολμᾷ λέγειν; vel per pleonaſmum, ad quem referas illa Philonis 3. de vit. Moſ. p. 624. B, ποῦ γὰρ ἔθ᾽ ὅμοιον ζημία χρημάτων

καὶ

καὶ στέρησις ἐλευθερίας, ὑπὲρ ἧς ȣ̓ μόνον προΐεσθαι τὰς ȣ̓σίας οἱ νῦν ἔχοντες, ἀλλὰ καὶ ἀποθνήσκειν ΤΟΛΜΩΣΙΝ, *nec enim eſt par iactura pecuniae et libertatis, pro qua non modo opes neglig*e*re prudentes, verum etiam intermori ſolent.* Sic de tenebris denſiſſimis Aegyptum quondam prementibus ita refert 1 vit. Moſ. p. 621. D, *τότε φασὶ τȣ̀ς μὲν ἐῤῥιμμένȣς ἐν ταῖς εὐναῖς μὴ* ΤΟΛΜΑιΝ *ἐξανίστασθαι, tunc aiunt in lectis iacentes non ſurrexiſſe.* In Hebraico enim Exod. X, 23. eſt: וְלֹא־קָמוּ אִישׁ מִתַּחְתָּיו et Alexandrini Interpretes: *ȣ̓κ ἀνέστη ȣ̓δεὶς ἐκ τῆς κοίτης αὐτȣ̃.* Nam verbum hoc ſicut *ἄρχομαι* cum alius verbi Infinitiuo iunctum, pleonaſtice poni, vt Ioh. XXI, 12. *ȣ̓δεὶς ἐτόλμα — ἐξετάσαι,* cenſent HEINSIVS in Exercitatt. ad iſtum locum p. 252. et IER. MARKLANDVS Lect. Lyſiac. p. 559 A. Sed non incommode vim ſuam, *audere, a ſe impetrare* retinet, vt etiam in locis Demoſthenicis in Ind. REISK. Occurrit etiam *ἐπιτολμᾷν* 1 Leg. Alleg. p. 47. B, *ȣ̓ γὰρ ἂν* ΕΠΕΤΟΛΜΗΣΕ *τοσȣ̃τον ἀναδραμεῖν ὁ ἀνθρώπινος νȣ̃ς, ὡς ἀντιλαβέσθαι θεȣ̃ φύσεως, nec enim auſa fuiſſet humana mens tam alte adſcendere vt attentaret dei naturam.* Quod ipſum verbum legitur apud Homer. Od. A. 353. *Σοὶ δ' ἐπετολμάτω κραδίη καὶ θυμὸς ἀκȣ́ειν. Tibi vero ſuſtineat cor et animus audire.* add. de Cher. p. 120. A.

Capvt XI.

v. 8. *Ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας*) Τȣτέστιν, vt Philo interpretatur 1 Alleg. p. 56. D, *ἀεί· ὁ γὰρ αἰὼν ἅπας τῷ* ΣΗΜΕΡΟΝ *παραμετρεῖται. μέτρον γὰρ τȣ̃ παντὸς χρόνȣ ὁ ἡμέρινος κύκλος. Hoc eſt* SEMPER. *Nam aeuum omne hodierno metitur. Menſura enim omnis temporis eſt diurnus circulus.*

v. 16. *Εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία*) Populum Iudaicum eſſe deo ſacrum eodem verbo Philo exprimit de Creat.

Princip. p. 727. B, Τῆς ὀρφανίας αὐτῦ (τῦ Ἰυδαίων ἔθνυς) καὶ ἐρημίας ἔλεον καὶ οἶκτόν φησι Μωϋσῆς ἀεὶ λαμβάνειν τὸν ἡγεμόνα τῶν ὅλων — διότι τῦ σύμπαντος ἀνθρώπων γένυς ἀπενεμήθη οἷά τις ΑΠΑΡΧΗ τῷ ποιητῇ καὶ πατρὶ, *huic orbitati deſolationique* [gentis Iudaeorum] *numquam defore benignitatem et miſericordiam coeleſtis numinis — tanquam auctori ſibi et patri, ſacratis totius humani generis primitiis.*

CAPVT XII.

v. 1. Παραςῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν) Verbum hoc, cum ſignificat *aris hoſtiam admouere*, proprie dicitur. Philo Leg. ad Cai. p. 1026, B, αὐτοὶ κατάρξομεν τῶν θυμάτων οἱ καλοὶ ἱερεῖς ΠΑΡΑΣΤΗΣΟΜΕΝΟΙ τῷ ἱερῷ γυναῖκας οἱ γυναικοκτόνοι etc. *Nos ipſi egregii ſacerdotes victimas immolabimus adducendo ad templum mulieres, uxoricidae* etc. Conf. Lucian. de Sacrif. c. 15. Philonis locos huc pertinentes, alterum de Naziraeis, alterum de Eſſenis, quos *ſemet ipſos offerre* dicit, non adſcripſimus, ne actum ageremus. Vid. praeter WOLFIVM Cur. p. 237 et DEYLINGIVM Obſ. Sacr. T. III. Obſ. 41. §. 5. p. 313. CARPZOVIVM S. R. Strictur. p. 288. ſeq.

v. 8. Ὁ μεταδιδὺς ἐν ἁπλότητι) Vox ἁπλότης indicat *candorem et ſinceritatem*, quam in erogandis beneficiis maxime expetit probatque numen diuinum. Quo intellectu apud Philonem eſt Opif. 36. B, vbi dicit primores homines guſtus pomi ἐξαπιναίως ἀμφοτέρυς ἐξ ΑΚΑΚΙΑΣ καὶ ΑΠΛΟΤΗΤΟΣ ἠθῶν εἰς πανυργίαν μετέβαλεν, *repente ex innocentia ſimplicitateque morum ad calliditatem mutauit.* Ibid. p. 39. C, τοιῦτος μὲν ὁ βίος τῶν ἐν ἀρχῇ μὲν ΑΚΑΚΙΑι καὶ ΑΠΛΟΤΗΤΙ χρωμένων, *Talis erat vita innocenter ab initio ſimpliciterque viuentium.* Sic Aduerbium vſurpatur de Temul. p. 251. ὅπω γὰρ τὸ ἀνθρώπων γένος τὴν ἄκρατον κακίαν ἐκαθήρατο, μήτε τῶν εἰς εὐσέβειαν, μήτε

μήτε τῶν εἰς κοινωνίαν μηδὲν ΑΠΛΩΣ *δρᾶν ἐγνωκότες, nondum hominum genus a mera malitia repurgatum eſt, qui nec eorum quae ad pietatem, nec quae ad ſocietatem pertinent quidquam candide fideliterque facere poſſunt.* Ad quam notionem, tanquam ad genus ſuum, forma pertinet, ſi dicas *ἁπλότητα* indicare *copiam* et *affluentiam* in dando, quam ſententiam WOLFIVS tenet Cur. ad h. l. ſed hoc praeceptum tum non valeret in vniuerſum, ſed quosdam tantum attingeret et cum conditione accipiendum foret. Neque enim omnes poſſunt largiter dare. Poſſis etiam, quod nemo Interpretum monuit, reddere, *facile, promte, non ambitioſis precibus cedendo.* Philo de ſacrif. Ab. et Cain. p. 134. D, *Φρόνησις καὶ ἀνδρεία καὶ δικαιοσύνη καλαὶ πᾶσαι καὶ τέλεια ἀγαθὰ, ἀλλ' οὐχ* ΑΠΛΩΣ *ληπταὶ, ἀγαπητὸν δὲ εἰ συνεχέσι ταῖς ἐπιμελείαις ἐξευμενισθήσονται, Prudentia, fortitudo, iuſtitia, pulchrae omnes et inter perfecta bona cenſendae, non FACILE obueniunt, ſed praeclare agitur ſi adſidua cura flecti poſſint.* vid. autem etiam FISCHER. Specim. Clau. Verſſ. Graec. V. T. p. 24.

v. 16. *Τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι)* Non omnino reprehendendus eſt Vulgatus vertens: *Humilibus conſentientes*, nam quibuscum conſentimus, iis fere gaudemus et delectamur. Quem quidem ſenſum ineſſe huic loco ſtatuo, ita vt vertendus ſit, *modeſtia gaudentes*, vel, *modeſtiam ſequentes.* Quo pertinent loci Philonis ad Galat. II, 13. prolati.

v. 19. *Δότε τόπον τῇ ὀργῇ) χώραν* vel *τόπον διδόναι* eſt, *cedere.* Philo de Nom. Mut. extr. ΔΙΔΩΣΙ *γὰρ ὁ διδάσκαλος τῷ μαθόντι* ΤΟΠΟΝ *πρὸς τὴν ἄνευ ὑποβολῆς ἑκούσιον μελέτην, dat praeceptor locum ei qui didicit ad ſpontaneam meditationem nullo ſuggerente.* Igitur hoc loco erit, vel *dare facultatem ſuae irae detumeſcendi*, vel, *dare facultatem irae diuinae vim ſuam*

proferendi. Priori modo dixit Lactantius de Ira Cap. 18. *Ego vero laudarem ſi cum fuiſſet iratus dediſſet irae ſuae ſpatium, vt reſidente per interuallum temporis animi tumore, haberet modum caſtigatio.* Hoc ipſum Philo de Ioſ. p. 550. B, ſic exprimit: ἐκράτησε τὸ πάθος ἐνεγκὼν καὶ ταμιευσάμενος αὐτῷ τῇ ψυχῇ. *Imperauit ſuis affectibus premens atque recondens eos in animo.*

Caput XIII.

v. 3. Ἕξεις ἔπαινον ἐξ αὐτῆς) *Praemium inde reportabis*. ſaepius ἔπαινος et τιμὴ pro *praemio* dicuntur. Conf. 1 Cor. IV, 5. Qui vſus vocis etiam Philonis auctoritate confirmatur de vit. M. I, p. 626. C, vbi inter vere imperatorias virtutes in Moſe conſpicuas referuntur προτροπαὶ πρὸς τὰ βέλτιστα, ψόγοι καὶ κολάσεις ἁμαρτανόντων ἔννομοι, ΕΠΑΙΝΟΙ καὶ ΤΙΜΑΙ πάλιν κατορθέντων σὺν νόμῳ, *ad virtutem exhortationes obiurgationes caſtigationeſque peccantium legitimae, et laudes praemiaque recte facientium ex ratione legis.*

v. 5. Διὸ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι) Int. ἐστί. Quod omittitur quoque a Philone de Opif. M. p. 15. E, τὴν μὲν ἐν ἀληθεστάτην αἰτίαν Θεὸν ΑΝΑΓΚΗ μόνον εἰδέναι. *huius rei cauſſam veriſſimam neceſſe eſt deum ſolum ſcire.* Alias: ἀναγκαῖον. v. c. ibid. p. 38. E.

v. 6. Λειτεργοὶ γὰρ Θεοῦ εἰσιν) Prima et propria notione vocabulum λειτεργὸς ſignificat *eum qui munere quodam publico fungitur.* Eleganter itaque dicitur de *magiſtratibus*, cum apud alios ſcriptores tum apud Philonem. Quod omn. prob. lib. p. 866. B, πῶς γὰρ οὐκ ἐκτόπια καὶ θαύματ᾽ ὄντως φυγάδας μὲν καλεῖν τοὺς μὴ μόνον ἐν μέσῃ τῇ πόλει διατρίβοντας, ἀλλὰ καὶ βουλεύοντας καὶ δικάζοντας καὶ ἐκκλησιάζοντας ἐστὶ δ᾽ ὅτε καὶ ἀγορανομίας καὶ γυμνασιαρχίας καὶ τὰς ἄλλας ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣ ὑπομένοντας, *An non abſurdum et mirum videtur exules dici qui non*

modo

modo verſantur in vrbe media, ſed curias, tribunalia, roſtra occupant, nonnunquam etiam aedilitates et praefecturas gymnaſii et alia munera gerunt. Significat etiam *publice conferre pecuniam* apud Lyſiam non vno in loco. Quo ſenſu eſt Cap. XV, 27. 2 Cor. IX, 12. Eccleſiae vſus vocem communem peculiariter adaptauit miniſterio et cultui qui publice deo exhibetur, et eius cultus miniſtris. Vid. interpp. ad Luc. I, 23. Refertur denique etiam ad eos, qui aliquo opere faciendo, reipublicae proſunt, etſi ſuam priuatam vtilitatem ſpectant. Quod docte demonſtrauit IS. CASAVBONVS Exercit. adu. Baron. Annal. p. m. 533. ſeqq. Ed. Lond.

v. 8. Νόμον πεπλήρωκε) Sic Philo de Abrah. p. 384. C, ΝΟΜΟΝ δὲ φύσεως ΕΠΙΜΠΛΑΣ ἀναγκαῖον. *ad neceſſariae legi naturae ſatisfaciendum.*

v. 14. Τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας) Sic Philo de Tem. p. 252. C, vbi de duplici officio hominis, ciuili et erga deum verba facit, duabus aris, vna victimarum, altera ſuffitus, praefigurato: ὅτος κατὰ μὲν τὸν περιφανῆ βωμὸν ἢ βίον καὶ δορᾶς καὶ ΣΑΡΚΩΝ καὶ αἵματος καὶ πάντων ὅσα περὶ σῶμα δόξει πολλὴν ΠΟΙΕΙΣΘΑΙ ΠΡΟΝΟΙΑΝ, ὡς μὴ μυρίοις ἀπέχθοιτο κρίνουσιν ἀγαθὰ μετὰ τὰ ψυχῆς δευτερείοις τετιμημένα τὰ περὶ σῶμα· κατὰ δὲ τὸν ἔνδον πᾶσιν ἀναίμοις, ἀσάρκοις, ἀσωμάτοις, τοῖς ἐκ λογισμοῦ μόνοις χρῆσθαι. *Hic in ara ſeu vita conſpicua tergoris, carnis, cruoris et huiusmodi corporeorum videbitur magnam curam gerere, ne vulgarem multitudinem offendat, quae bona corporis facit animi bonis proxima. In interiore vero omnibus rebus incruentis, incorporeis, non carneis, rationalibus ſolis vtetur.* Et de migr. Abr. p. 402. D, ὥσπερ οὖν ΣΩΜΑΤΟΣ ἐπειδὴ ψυχῆς ἐστιν οἶκος ΠΡΟΝΟΗΤΕΟΝ, *ſicut corporis, quia animi domicilium eſt, cura eſt habenda.* add. Iſocrat. Pan. c. 37. Demoſthenis loca citat REISK. Ind.

Capvt XIV.

v. 1. Τὸν ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε) Apertum facit ſenſus ipſe loci, προσλαμβάνεσθαι eſſe, *comiter, benigne tractare.* Quemadmodum qui infirmus aut proſtratus eſt, ſolet manibus aliorum porrectis ſubleuari. Quo quidem ſenſu ἀντιλαμβάνεσθαι dicitur Luc. I, 54. et apud Achill. Tat. Lib. IV. p. 239. Ed. salmas. et ὑπολαμβάνειν, Thucyd. VI, 28. Nec non apud Philonem de immut. d. p. 304. B, ὁ θεὸς κἂν τὸ σύμπαν ἢ τὸ πλεῖστον ἀνθρώπων πλῆθος — περιπίπτει τὴν δεξιὰν — ὀρέγων ΥΠΟΛΑΜΒΑΝΕΙ καὶ ἐξανίστησιν, *Deus etiamſi omnes homines aut maxima eorum multitudo ruat in perniciem dexteram porrigens ſuſtentat et erigit.* Leg. ad Cai. p. 1030. B, μικροῦ κατέπεσεν, εἰ μὴ τῶν παρεστώτων τινὲς ΥΠΕΛΑΒΟΝ αὐτὸν, *parum, quin collapſus fuiſſet abfuit, niſi e proximis quidam eum ſuſtentaſſent.* Pro quo in dialecto et ſermone communi videtur dictum προσλαμβάνειν. Nam locus eſt Luciani de non cred. cal. c. 17. vbi verba ὑπολαμβάνοντες οἱ κόλακες τὴν μειρακιώδη τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐπιθυμίαν quae verti debent, *adulatores iuuenili Alexandri cupiditati fauentes, eam adiuuantes, ſuſtentantes,* Scholiaſtes expoſuit ΠΡΟΣΛΑΜΒΑΝΟΝΤΕΣ. Quam lectionem contra eos qui προλαμβάνοντες emendarunt, integritati ſuae vindicat abresch. Dilucidatt. Thucyd. p. 593. Hoc ſenſu συνεπικουφίσαι καὶ συνεγεῖραι Philo dicit, de Carit. p. 707. B, vbi de iumento prolapſo ſermo eſt: διεγείρειν et διανίστασθαι de Decal. p. 764. C. ἀνεγείρειν et ανακουφίζειν de ſpec. Legg. p. 776. C. Poterat quidem verbum in Actiua forma poni; ſed nec Medii loco Actiui exempla plane inuſitata. Vid. dorvill. ad Char. p. 778.

v. 8. Ἐάν τε γὰρ ζῶμεν, τῷ Κυρίῳ ζῶμεν) Omni ambiguitate locus caret. Ζῆν τινὶ dicuntur qui alicuius

arbitrio

arbitrio viuunt, ſiue agunt quae alter velit. Ariſtotel. Rhet. II, 12. de iuuenibus, *ζῶσι τὰ πλεῖστα ἐλπίδι, plerumque a ſpe reguntur.* Et paullo poſt: *τῷ ἤθει ζῶσι μᾶλλον, ἢ τῷ λογισμῷ, moribus magis quam rationi obedientes viuunt.* Quam ſignificationem illuſtrarunt ad hunc locum L. BOSIVS et IOH. ALBERTVS. Philonis huc referri verba poſſunt de Nom. Mut. p. 1078. A, vbi ait, minime fallacem eſſe vitam eorum quibus contigerit *τὰς τῶν ἀνθρώπων φυγεῖν σπουδὰς καὶ ΘΕΩι μόνῳ ΖΗΣΑΙ, humana effugere ſtudia et deo ſoli viuere.* Alius locus eſt Quis rer. diu. her. p. 496. C, *εἰ δὲ δύναιτό τις πᾶσι τοῖς μέρεσι ΖΗΤΗΣΑΙ ΘΕΩι μᾶλλον ἢ ἑαυτῷ, ſi quis poſſit omnibus partibus deo magis quam ſibi quaerere,* vbi lectionem MSS. Aug. Coll. Nou. ΖΗΣΑΙ ΘΕΩι MANGEVS recepit: ſed vt mihi quidem videtur non ſatis feliciter, nec ſententiae verborum conuenienter. Loquitur enim Philo de philoſophiae ſtudio, quod in quaerendo vero conſiderandaque rerum natura verſatur.

v. 18. *Δόκιμος τοῖς ἀνθρώποις*) *Δόκιμοι* dicuntur *qui dignitate praeſtant.* Sic Philo alicubi commemorat *τὸν* ΔΟΚΙΜΟΤΑΤΟΝ *τῶν ἱερέων, ſacerdotem dignitate praeſtantiſſimum;* de Ioſ. p. 555. C. *συνειστιῶντο δὲ καὶ ἄλλοι τῶν παρ' Αἰγυπτίοις* ΔΟΚΙΜΩΝ, *adfuerunt conuiuio et alii quorum praecipua erat apud Aegyptios dignitas.* add. de Opif. m. p. 29 A.

CAPVT XV.

v. 16. *Ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ*) Verbum *ἱερουργεῖν* vt etiam WETSTENIVS obſeruat, ſacrificiis proprium eſt, diciturque *de iis qui ſacris operantur remque diuinam faciunt.* Philo 3. de Vit. Moſ. p. 687. C, *ταῦτ' ἀκούσας ἑώρα μὲν καὶ τὴν δικαιολογίαν οὐκ ἀπῳδὸν καὶ τὴν τοῦ μὴ* ΙΕΡΟΥΡΓΗΣΑΙ *πάλαι πρόφασιν ἀναγκαίαν,*

ἀγκαίαν, *His auditis intellexit et poſtulationem non abſurdam et ſacrificii intermiſſi excuſationem idoneam.* Ibid. D, ἐπιδαψιλευόμενος δὲ καὶ περὶ τῶν κατ᾽ ἄλλας αἰτίας ἐ δυνηθέντων ΙΕΡΟΥΡΓΗΣΑΙ, κατὰ παντὸς τῦ ἔθνες προσεπιθεσπίζει. *Cauens etiam de iis, qui aliis de cauſſis ad ſacrificium adcurrere non poſſent, oraculum edit ad vniuerſam pertinens gentem.* Ipſa *actio ſacra faciendi* ΙΕΡΟΥΡΓΙΑ dicitur, quae vox aliquoties eodem loco legitur. E quibus cognoſcitur elegantia metaphorae, quae in his Paulli verbis ineſt.

v. 20. Φιλοτιμέμενον εὐαγγελίζεσθαι) Neque STEPHANVS in Theſ. nedum alii Lexicographi vim huius verbi ſatis demonſtratam dederunt. Compoſitum autem ex φίλος et τιμή, ſignificat *Facere aliquid honoris cauſſa.* Iam vero, quae honoris et ambitionis cauſſa fiunt, ſtudioſe ſolent agi, quoniam vt Poeta ait, *magnum gloria calcar habet.* Eſt igitur φιλοτιμέμενος εὐαγγελίζεσθαι, *qui magno et acri ſtudio doctrinam euangelicam tradit.* Sic 2 Cor. V, 9. Διὸ καὶ φιλοτιμέμεθα — εὐάρεστοι αὐτῷ εἶναι, *ambitioſi ſumus — in eius gratia et beneuolentia promerenda.* Conf. DRESIGII de V. M. Nou. Foed. Commentarius I, 144. add. Aelian. V. H. IX, 29. quo loco vtitur FISCHER. Ind. Palaephateo in φιλότιμον εἶναι. Exempla quae hanc poteſtatem verbi demonſtrent apud Philonem nobis in promtu ſunt, ac potiſſimum quidem in voce φιλοτιμίας. de Opif. p. 18. C. αἱ περὶ τῦ ἀδικεῖν σπεδαί τε καὶ ΦΙΛΟΤΙΜΙΑΙ, *iniuſtitiae ſtudium.* de ſacr. Ab. et Ca. p. 134. D, αἱ ἐν πόνοις ΦΙΛΟΤΙΜΙΑΙ, *pertinax labor.* leg. ad Cai. p. 1000, D, ὁ ἐν Μάκρων πάντα ἐπ᾽ ἀληθείας πραγματευσάμενος μετ᾽ ΕΚΤΕΝΕΣΤΑΤΗΣ ΣΠΟΥΔΗΣ καὶ ΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣ, *Certe Macro qui omnia e vero et cum intenſiſſimo ſtudio et conatu agebat.* pag. 1016. B, de Helicone quodam, Ἀπεγεύσατο γὰρ

τῶν

τῶν ἐγκυκλίων κατὰ ΦΙΛΟΤΙΜΙΑΝ τῦ πρωτέρυ δεσπότυ, *Artes liberales guſtarat cura prioris heri.* Lib. 3. de Vit. M. p. 673. E. ἃ μετὰ σπυδῆς καὶ ΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣ ἁπάσης αἱ γυναῖκες ἐξήνεγκαν, *quae mulieres magno ſtudio et ſumma alacritate contulerant.* De Somn. p. 1110. C, σοφία — τὰς διὰ τῶν αἰσθήσεων ΣΠΟΥΔΑΣ καὶ ΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣ ἐπράϋνε, *ſapientia ſtudia et ambitiones e ſenſibus oriundas ſedauit.* Verbum autem exſtat de Decal. p. 752. E, ΦΙΛΟΤΙΜΗΘΕΝΤΕΣ ἂν πάσας ΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣ εἴπως ἰδεῖν οἷόντε ἦν, *NIHIL NON FACTVRI vt ſibi liceret videre.*

v. 28. Σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τῦτον) *Vbi ipſis cum fide hanc eleemoſynam tanquam chriſtianae fidei fructum, reddidero:* quandoquidem ea, quae obſignata ſunt, fideliter aſſeruantur. Sic σφραγίσασθαι *in tutum locare, tutum praeſtare* ſignificat apud Philonem 1. de vit. Moſ. p. 607. C, homines beatiores de felicitate ſua gloriantur, inopeſque prae ſe contemnunt, ὥσπερ τὸ ἀκλινὲς τῆς εὐπραγίας ἐν βεβαίῳ παρ' αὐτοῖς εὖ μάλα ΣΦΡΑΓΙΣΑΜΕΝΟΙ, *tanquam ſua felicitate probe conſtabilita munitaque.* De Somn. p. 588. E. ὁ ἀσφαλὴς θεός ἐστιν, ΕΝΣΦΡΑΓΙΖΟΜΕΝΟΣ οἷς ἂν ἐθέλῃ τὸ ἀσάλευτον. *firmus eſt Deus, qui quorumcunque velit ſalutem in tuto collocet.* Sic Demoſthenes Epiſt. ad Theram. extr. τῶν θεῶν ΠΡΟΣΕΠΙΣΦΡΑΓΙΖΟΜΕΝΩΝ τὴν ἀγαθὴν τύχην ἐν τῇ πόλει εἶναι παρ' ὑμῖν. add. Phil. de Agric. p. 212. C.

v. 30. Συναγωνίσασθαί μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑπὲρ ἐμῦ πρὸς τὸν θεόν) *Rogo vos vt vna mecum in precibus ad deum faciendis, magnum ſtudium, magnam contentionem adhibeatis.* Ἀγωνίζεσθαι vt ſupra φιλοτιμεῖσθαι dicitur pro, *magno ſtudio et contentione aliquid facere.* Exempla e Philone notauimus ad Luc. XIII, 24.

Nunc

Nunc autem bene de precibus dicitur, quandoquidem et Latinis vſitata eſt forma: *precibus contendere.*

Capvt XVI.

v. 2. Ἵνα παραστῆτε αὐτῇ) *Vt eam adiuuetis.* Metaphora petita a militibus, qui in acie ſibi adſtant mutuumque praeſtant auxilium. Hinc παραστάτης dicitur. Sic apud Philonem de leg. ad Cai. p. 1007. E, τὴν Ἄρεως — δύναμιν οὐκ ἴσμεν ἀλεξίκακον οὖσαν, καὶ βοηθὸν καὶ ΠΑΡΑΣΤΑΤΗΝ ἀδικουμένων; *Certe Martis — nomine vim ſcimus beneficam et adiutricem auxiliatricemque oppreſſorum iniuria?*

v. 18. Ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων) Ἄκακος fere conuenit cum nominis ἁπλοῦς ſignificatione, vnde etiam haec nonnumquam coniunguntur vt ſupra ad Cap. XII, 8. demonſtrauimus. Dicitur autem de *homine ingenuae ſimplicitatis, qui nec ipſe fraudibus vtitur, nec aliis ineſſe ſuſpicatur.* Philo in Flacc. p. 974. E, μὴ γῆρας, μὴ νεότητα μὴ παίδων ΑΚΑΚΟΝ ἡλικίαν οἰκτισάμενοι, *nec ſenium, nec iuuentutem, nec puerorum innocentem aetatem miſerati.* Leg. ad Cai. p. 1026. B, κατάρξομεν τῶν θυμάτων — παραστησόμενοι τῷ ἱερῷ — κόρους καὶ κόρας, τὴν ΑΚΑΚΟΝ ἡλικίαν οἱ παιδοφόνται. *Immolabimus victimas — adducentes ad aram — pueros et puellas, innocentem aetatem puericidae.* Huic aetati ἀκακία tribuitur etiam apud Ariſtotelem Rhet. II, 12. extr. Ita quoque ſerpens primorum hominum integritatis deceptor, dicitur ἐνσοφιστεύων τοῖς ΑΚΑΚΩΤΑΤΟΙΣ ἤθεσι καὶ γυναῖκα ΑΠΑΤΩΝ, *mores ſanctiſſimos circumueniens et mulierem decipiens* apud Philonem de Agric. p. 201. D. Add. dav. rvhnkenivs ad Gloſſarium Timaei Platonicum p. 11. Cel. fischer. Specim. Clau. Verſſ. Gr. p. 17.

v. 20. Ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης συντρίψει τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν) Obſeruanda eſt forma dicendi,

qua

qua per quandam comprehenſionem vno in verbo, duplex notio vel Antecedentis, vel Conſequentis latet. Prioris rationis exemplum eſt in hoc loco, vbi in *συντρίβειν* ſimul inuenitur notio *ſubiiciendi*, vt adeo vertendum ſit: *deus ſalutis auctor ſubiiciet et confringet Satanam pedibus veſtris.* Qui Hebraicum ſermonem cognitum habent, in eo ipſo hanc rationem animadvertiſſe debent v. Pſ. IX, 10. X, vlt. Qui Thucydidem inprimis aliosque bonos ſcriptores Graecos legerunt, notiſſimam hanc formam habeant, neceſſe eſt. Nec Latinis eiusdem vſus eſt inſolens. Liuius 38, 46. *in fugam conſternati ſunt.* Iuſtin. XI, 10. *Amota imbelli aetate Carthaginem*, pro amota ab vrbe ſua et miſſa Carthaginem. Virgil. Georg. III, 413. *Ingentem clamore premes ad retia ceruum*, i. premes et ad retia ages. Sic apud Philonem Leg. ad Cai. p. 1013. B, *οὗτος ὁ τὰς πόλεις ἁπάσας εἰς ἐλευθερίαν ἐξελόμενος*, pro *τ. π. ἁ. ἐκ τῆς δουλείας ἐξελόμενος καὶ εἰς ἐλευθερίαν καταστήσας*, *Hic ciuitates vniuerſas in libertatem vindicauit.* Conf. RAPHELIVS Annot. Xenophont. p. 183. Ergo idem valet quod *ὑποτάσσειν τοῖς ποσὶν*, vt eſt apud Ariſtaenet. Ep. I, 22. et *συντρίβειν*, *caedere: contundere.* Caeterum hic locus ex more victorum, pedibus inſiſtendo proſtratos hoſtes conculcandi, intellegendus eſt. Cuius exemplum in ſacris litteris praebet Dauides, qui Goliatho deuicto pedes impoſuiſſe fertur 1 Sam. XVII, 51. Apud Liuium 38, 53. *ſub pedibus veſtris ſtabit — domitor ille Africae Scipio.* Cf. BVRMANNVS ad Val. Flacc. IV, 312. p. 359.

IN
EPISTOLAM PRIOREM
AD CORINTHIOS.

Capvt I.

v. 28.

Τὰ μὴ ὄντα) *Tenuitate imbecillitateque abiecta* vulgo *et contemta.* Sic fere Plato Theaet. 25. ὢ ἀνεμέσητον εὐήθει δοκεῖν καὶ ΟΥΔΕΝΙ ΕΙΝΑΙ. *qui ſine culpa ſtultus videtur et nullus eſſe.* Philo de Char. p. 716. B, τοὺς ἄλλους ὑπολαμβάνει πένητας, ἀδόξους—ΤΟ ΜΗΔΕΝ. *alios habet pro pauperibus, ignobilibus — nihili homunculis. Nihil eſſe*, Tibullus I, 5. 30. vbi vid. brovckhvs. add. p. mollvs ad Long. Paſt. p. 76. valkenar. ad Eurip. Phoen. p. 227.

Capvt II.

v. 10. Πάντα ἐρευνᾷ καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ) *Ad cognoſcenda penetrat omnia, etiam occulta dei conſilia.* Βαθὺς et βάθος ad intellectum referuntur. Philo Leg. ad Cai. p. 997. A. ὁ γὰρ Τιβέριος φρονήσει ΒΑΘΕΙΑι χρώμενος, — καὶ τοσοῦτον συνέσει διενεγκὼν, ἐφ᾽ ὅσον καὶ εὐτυχίᾳ, *Tiberius enim alta mentis vi pollens et tantum intellegentia praeſtans, quantum felicitate.* Videndus de hac vocis notione h. valesivs ad Polybium p. 3 6. Ed. gron. Verbum autem ἐρευνᾷν vt demonſtratum eſt in ſuperioribus, caret fictitia, quam vulgus vrget, emphaſi. cf. Rom. VIII, 27. ὁ ἐρευνῶν τὰς καρδίας. i. *qui cognoſcit mentes.* Neque vero μεταλλᾷν in Homeri verſu Il. E, 516 — μετάλλησαν

λησαν γε μὲν ἔτοι, plus eſt quam *percontari: interrogare. Indagare* et *quaerere verum* promiſcue dici, Latinitatis Ciceronianae gnaros non fugit. Quin etiam διερευνᾶν, *conſiderare*, exſtat in Philon. de vit. Moſ. 1. p. 607. A. iungitur cum ἀνασκοπεῖν leg. ad Cai. p. 1029. D.

v. 13. Πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες) Verbum συγκρίνειν nonnulli pro *comparare*, pro παραβάλλειν accipiunt, quo ſenſu eſt apud Philon. de Tem. p. 246. D, θεοῖς τοῖς ψευδωνύμοις ἐκ ἂν πιςὸν ἀληθῆ θεὸν ΣΥΓΚΡΙΝΕΙΝ ὑπέμεινεν, *cum falſo dictis diis nunquam certum verumque comparare ſuſtinuiſſet;* ſed veremur vt ſatis conuenienter rei, de qua ſermo eſt conſilioque diuini ſcriptoris. Rectius igitur ſtatuimus verbum ſignificare *interpretari*, quo ſenſu apud Alexandrinos interpretes pro Hebraico פתר paſſim vſurpatur. Eadem ſignificatione verbo διακρίνειν Philo vtitur. Eſſe autem συγκρίνειν idem quod διακρίνειν, nimirum *interpretari, exponere*, maxime demonſtrari poteſt loco libri de Ioſ. p. 539. C, Ἀποκρινομένων δὲ ὡς ὀνείρες ἰδόντες ἄσης καὶ ἀδημονίας πεπλήρωνται, μηδενὸς ὄντως τȣ̃ ΔΙΑΚΡΙΝΟΥΝΤΟΣ, θαρσεῖτε ἔφη etc. *Reſpondentibus, ortam ex ſomniis anxietatem quod non adeſſet interpres, bono animo eſtote, ait* etc. Nam pro his in Alexandr. verſione Geneſ. XL, 8. reperitur συγκρίνειν apud Aquilam ἐπιλύειν, apud Symmachum denique, quod Philo retinuit, διακρίνειν. Ita mox διάκρισιν Philo vbi Alexandr. σύγκρισιν. Verba ſunt: ὁ δὲ ἀρχισιτοποιὸς ἀποδεξάμενος τὴν ΔΙΑΚΡΙΣΙΝ — φησὶν, *Tum piſtorum praefectus approbans INTERPRETATIONEM — ait.* Conf. p. ſeqq. At p. 549. κατὰ τὴν τῶν ὀνειράτων ΣΥΓΚΡΙΣΙΝ, *ex ſomniorum interpretatione.* Ex quibus intelligitur, cum et Symmachum et Philonem puritatis et elegantiae ſtudioſiſſimos fuiſſe ſciamus, magis Graece dici διακρίνειν quam συγκρίνειν, ſed notione ipſa nihil differre. Quin etiam ſimplex

κρίνειν hac notione Theocr. Id. XXI, 29. dixit. Caeterum tamen vtramque vocem coniungit de Somn. p. 1111. D, διὰ τὸ καὶ πεποιθέναι — ὅτι μόνȣ τȣ̃ θεȣ̃ ἡ ΚΡΙΣΙΣ ἐςὶ, παρ᾽ ὃν αἱ ΣΥΓΚΡΙΣΕΙΣ καὶ αἱ ΔΙΑΚΡΙΣΕΙΣ τῶν ἁπάντων, *eo quod ſibi perſuaſum habeat — vnius Dei eſſe iudicium, ſecundum quem ſunt interpretationes et diiudicationes omnium.*

v. 15. Ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνει μὲν πάντα, αὐτὸς δὲ ὑπ᾽ ȣ̓δενὸς ἀνακρίνεται) Πάντα eſſe quartum caſum numeri ſingularis ſciſcit L. BOSIVS; Hinc ALBERTVS in Muſeo Brem. comparat Philonis verba de Opif. m. p. 22. D, vbi diſputat de praeſtantia numeri ſeptenarii: τὸ μὲν ἓν ἐν γεννᾷ τȣ̀ς ἑξῆς ΑΠΑΝΤΑΣ ἀριθμȣ̀ς ΥΠ᾽ ΟΥΔΕΝΟΣ γεννώμενον τὸ παράπαν· τὰ δὲ ὀκτὼ γεννᾶται μὲν ἀπὸ τȣ̃ δὶς τέσσαρα, γεννᾷ δὲ ΟΥΔΕΝΑ τῶν ἐν δεκάδι. *Vnum quidem gignit omnes deinceps ſequentes numeros, ipſum a nullo omnino genitum. Octo autem gignuntur quidem a bis quatuor, ſed nullum gignunt ex his, qui ſunt intra denarium.* Immo πάντα ſunt capita doctrinae diuinae, vt Marc. IV, 34. 1 Ioh. II, 20.

Capvt III.

v. 9. Θεȣ̃ γεώργιον) Voce γεώργιον ad denotandum *agrum cultum*, cum Alexandrini Interpretes vſi ſunt, tum quoque Philo de Plant. N. init. προσήκει τὸν μέλλοντα περὶ τῶν κατὰ μέρος φυτῶν τε καὶ ΓΕΩΡΓΙΩΝ διεξιέναι, κατανοῆσαι πρῶτον τὰ τελειότατα τȣ̃ παντὸς φυτὰ, καὶ τὸν μέγαν φυτȣργὸν καὶ ἐπιςάτην αὐτῶν, *Oportet eum qui de plantis et agris ſingulatim dicere velit, primum conſiderare ſtirpes in hoc vniuerſo perfectiſſimas et magnum illum agricolam earum praeſidem.*

Capvt IV.

v. 2. Ἵνα πιςός τις εὑρεθῇ) Εὑρίσκεσθαι vt Hebraicum נמצא et Latinorum *Reperiri* pro *eſſe* vſurpari

nec

nec Philonis auctoritate caret. Sic enim de Temul. p. 265. B, ἐπειδὴ δὲ διαφόρως ἀπ᾽ αὐτῶν ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΘΑ κεκινημένοι, βέβαιον περὶ ὀυδενὸς ὀυδὲν ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν, *Sed quoniam alias aliter ab iis afficimur, non poſſumus quidquam certo aſſeuerare.* Nec non p. 270. A, ὁπότε ἄριστα βεβουλεῦσθαι δοκεῖ, τότε μάλιστα ἀβουλότατος ὢν ΕΥΡΙΣΚΕΤΑΙ, *cum optime conſuluiſſe putatur, inconſultiſſimus deprehenditur.* De Gigant. init. ἀεὶ γὰρ ἐπειδὰν τὸ σπάνιον φανῇ πάμπολυ· τὸ ἐναντίον ΕΥΡΙΣΚΕΤΑΙ. *Semper collatus cum paucis magnus numerus contrariorum deprehenditur.* Cf. Gal. II, 17. Philipp. II, 8. 1 Petr. II, 22.

v. 9. Θέατρον ἐγεννήθημεν) His verbis reſpicitur ad morem veterum qui in theatro exhibere ſolebant homines, quos ludibrio et ignominiae aliorum obiicere vellent; vt loci ſententia haec ſit: *Nos Apoſtoli cunctis*, (hoc enim eſt τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις) *tanquam qui in theatro proponuntur, ludibrio ſumus.* Apud Plautum ſaepius *aliquem ludos facere.* Sic Philo ludis comparat modum rationemque, qua Caius Imperator Iudaeorum legatos excepit de Leg. ad Cai. p. 1041. E. εἶτα ἡμεῖς ἐλαυνόμενοι παρηκολουθοῦμεν ἄνω κάτω, χλευαζόμενοι κατακερτομούμενοι πρὸς τῶν ἀντιπάλων, ὡς ἐν ΘΕΑΤΡΙΚΟΙΣ μίμοις. *Deinde protruſi aſſectabamur eum*, (Caium) *ſurſum deorſum deriſi dicteriisque petiti ab aduerſariis non aliter quam in ſcenicis ludis.* Et p. 1043. A, τοιοῦτον ἀντὶ δικαστηρίου ΘΕΑΤΡΟΝ ὁμοῦ καὶ δεσμωτήριον ἐκφυγόντες· ὡς μὲν γὰρ ἐν ΘΕΑΤΡΩι κλωσμοσυριττόντων, καταμωκωμένων, ἄμετρα χλευαζόντων etc. *Poſtquam hoc non tam iudicium quam THEATRVM pariter et carcerem effugimus. nam quaſi in THEATRO exſibilantium, ſubſannantium et irridentium ſupra modum, ludibria euaſimus.* In theatris autem Graecorum, non ſolum de rebus grauioribus agebatur, v. Act. XIX, 29, ſed etiam qui ſuppliciis eſſent

 afficiendi,

afficiendi, grauioris ignominiae et ludibrii cauſſa per theatrum deducebantur. Inſignis Philonis locus eſt in Flacc. p. 977. Καὶ ταῦτ' εἰργάζετο μετὰ τὸ πληγαῖς αἰκίσασθαι ἐν ΜΕΣΩι ΤΩι ΘΕΑΤΡΩι καὶ πυρὶ καὶ σιδήρῳ βασανίσαι, καὶ ἡ θέα διενενέμητο· τὰ μὲν γὰρ πρῶτα τῶν θεαμάτων ἄχρι τρίτης ὥρας ἢ τετάρτης ἐξ ἑωθινοῦ ταῦτα ἦν, Ἰουδαῖοι μαστιγούμενοι, κρεμάμενοι, τροχιζόμενοι, καταδικαζόμενοι, διὰ μέσης τῆς ὀρχήστρας ἀπαγόμενοι τὴν ἐπὶ θανάτῳ. *Nihilominus flagellabantur IN MEDIO THEATRO et igne ferroque torquebantur ſpectaculis diſtributis in hunc modum. Mane vſque ad horam tertiam quartamue Iudaei flagellabantur, ſuſpendebantur, rotis alligabantur, damnabantur, per mediam Orcheſtram ducebantur ad ſupplicium.* Obſeruandum autem in verbis Apoſtoli θέατρον non ſolum pro ignominia et poena, ſed etiam pro homine omne ignominiae ſuppliciique genus perpeſſo dici.

v. 13. Περικαθάρματα τοῦ κόσμου) Proprie περικάθαρμα denotat hominem vilem, qui ſe vendidit ciuitati, vt fieret piaculum eius. Talem hominem antea bene ſaginatum, mactabant. De qua ſignificatione omnino videndus eſt L. BOSIVS in Obſſ. ad h. l. et PHIL. OLEARIVS diſſertatione, quae inſcribitur: καθάρματα *Gentilium* Lipſ. 1707. Tum porro, *nequiſſimum, viliſſimae contemtiſſimaeque ſortis hominem* deſignat, plane vt κάθαρμα apud Philonem de Vit. Moſ. I. p. 607. B, οἱ μὲν οὖν πολλοὶ — καταλαζονευόμενοι τῶν ἀφανεστέρων ΚΑΘΑΡΜΑΤΑ καὶ παρενοχλήματα, καὶ γῆς ἄχθη, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀποκαλοῦσιν, *multi quidem — ſuperbe illudentes obſcurioribus, piacula, impedimenta terraeque onera eos appellant.* De Carit. p. 716. B, rurſus de homine nimia ſuperbia inflato, qui ſibi omnia tribuit, εἶτα τοὺς ἄλλους ὑπολαμβάνει πένητας, ἀδόξους, ἀτίμους, ἄφρονας, ἀδίκους, ἀνεπιστήμονας,

μονας, ΚΑΘΑΡΜΑΤΑ, *τὸ μηδὲν*, *alios vero habet pro pauperibus, obſcuris, contemtis, imprudentibus, iniuſtis, inſipientibus, piacularibus nihilique homuncionibus.* Eleganter non minus Ioſephus, quem locum OTTIVS et KREBSIVS commemorant, *ἀθύρματα* et *καθάρματα* coniungit, i. *ludibria* [ſic potius quam *ſcelera;* nam *ἄθυρμα* eſt *παίγνιον*, vid. Thomas Magiſt.] et *purgamenta.* Eſt autem *κάθαρμα* idem quod *περικάθαρμα*, ſicuti *περικαθαίρειν* nihil differt a *καθαίρειν*, quod oſtendit ad hunc locum GROTIVS. Eſt enim locus apud Theophr. Ch. c. 16.

Capvt V.

v. 8. *Ὥστε ἑορτάζομεν*) Quoad verbum *ἑορτάζειν* denotat *magno cum gaudio et oblectatione in vero dei cultu recteque agendi ſtudio occupari, et aeque lubenter in his obeundis, quam in diebus feſtis agendis verſari,* illuſtrationem capit e Philonis de Congreſſ. er. qu. gr. p. 447. D, *ψυχῆς* ΕΟΡΤΗ, *ζῆλος, ὁ τῶν ἀρίστων καὶ τελεσφορουμένων πόνος. οὗ χάριν διείρηται καὶ ἐπὶ πικρίδων τὰ ἄζυμα ἐσθίειν — ἐπειδὴ τὸ μὴ οἰδεῖν καὶ ἀναζεῖν τὰς ἐπιθυμίας — πρὸς ἀηδίας οἱ πολλοὶ τίθενται — ὅπερ ἐστὶν* ΕΟΡΤΗ *καὶ εὐφροσύνη διανοίᾳ φιλάθλῳ.* *Animae feſtum eſt aemulatio rerum optimarum et labor ad perfectionem properantium. Quamobrem praeceptum eſt, ut azyma cum amaris lactucis ederentur — quia cohibere concupiſcentias ne tumeſcant et ferueant — ad dolores nonnulli referunt — quod mens certaminum amans pro feſtiuis deliciis habet.* GROTIVS putat *ἑορτάζειν* per ſe ſignificare deum recte colere, in quo tamen errauit. Conf. WASSIVS ad Thucyd. L. I. c. 70. ABRESCH. Dilucidatt. Thuc. ad h. l. p. 66. BAVERVS ad Orationes Thucyd. p. 25.

v. 9. *Μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις*) Non de *venerea conſuetudine*, ad quam opinionem inclinat DRESIGIVS de

de V. M. N. F. I, 129. ſed de *familiari magnoque vſu* intelligendum. Sic vtitur hoc verbo Philo l. 1. de vit. Moſ. p. 645. C, vbi Bileamus in ceteris Iudaeorum laudibus fatetur, eos a reliquorum populorum conſortio non tam terrarum finibus, quam inſtitutorum diſcrimine ſeiunctos eſſe, *μὴ* ΣΥΝΑΝΑΜΙΓΝΥΜΕΝΩΝ *ἄλλοις εἰς τὴν τῶν πατρίων ἐκδιαίτησιν*, *non contaminatorum vlla externa cerimonia.* Alexandrini Interpretes habent Hoſ. VII, 8. item Prou. XI, 15. ad exprimendum Hebraicum התבולל. Demoſthenes in Zenoth. dicit, *συμμίξαι πονηροῖς ἀνθρώποις*, vid. Ind. REISK. Plato Theaet. 29. *συμπροσέμιξα τῷ ἀνδρὶ*, *locutus ſum cum homine*, np. Parmenide, de quo ibi ſermo eſt. Frequentat Herodotus. V. P. WESSELING. Diſſert. Herodot. p. 170. ERNESTI ad Callimach. in Iou. 13. p. 8.

Capvt VI.

v. 11. Ἀλλὰ *ἀπελέσασθε*) Valde veroſimile eſt in his reſpici ad baptiſmum; cf. Actor. XXII, 16. caeterum qui vitia mentis vitaeque ſuae corrigunt, paſſim ea *abluere* dicuntur. Lucianus Tyrann. p. n. 93. Ald. *Ἐπειδὴ τάχιστα φιλοσοφεῖν ἠρξάμην, κατ᾽ ὀλίγον ἀπάσας τὰς κηλῖδας ἐκ τῆς ψυχῆς* ΑΠΕΛΟΥΣΑΜΗΝ, *Simul ac philoſophiae operam dare coepi, breui omnes labes ex animo elui.* Sic quoque Philo de Nom. Mut. p. 1051. E, *ἄπειρα ἐστὶ τὰ καταῤῥυπαίνοντα τὴν ψυχὴν, ἅπερ ἐκνίψασθαι καὶ* ΑΠΟΛΟΥΣΑΣΘΑΙ *παντελῶς οὐκ ἔνεστιν*, *Innumera ſunt quae animum inquinent, quae abſtergere atque omnino eluere non licet.* De Somn. p. 1112. A, *μηδέποτε νομίσαντας ἱκανοὺς εἶναι ἑαυτοὺς ἄνευ θείας ἐπιφροσύνης τῶν κηλίδων ἀνάμεστον ἐκνίψαι καὶ* ΑΠΟΛΟΥΣΑΙ *βίον*, *nunquam exiſtimantes ſe poſſe ſine diuina ſuggeſtione macularum plenam lauare et abluere vitam.* De Nom. Mut. p. 1064. A, *ὄντως γὰρ ἐκνιψαμένη τὰ καταῤῥυπαίνοντα καὶ τοῖς φρονήσεως* ΛΟΥΤΡΟΙΣ *χρησαμένη καὶ*

καθαρ-

καθαρσίῳ ἔμελλε φαιδρύνεσθαι· At enim cum re ipſa ſordida abluiſſet (animus) *prudentiae lauacris vſus et purgante medicamine ſplendidus erat euaſurus.* Quas autem κηλῖδας Graeci, eas *labes* Latini appellant. Virgilivs Aen. VI, 745.

Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit LABEM.

Et paullo ante:

aliis ſub gurgite vaſto
Infectum ELVITVR ſcelus.

Capvt VII.

v. 1. Γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι) Verbum hoc pro *rem habere* eſt apud Alexandrinos Geneſ. XX, 4. vbi in Hebraico eſt בוא. Philo eadem notione ψαύειν dicit de Spec. legg. p. 781. C, φορὰ τῶν μηνιαίων ὁπότε γένοιτο ΜΗ ΨΑΥΕΤΟ ΤΗΣ ΓΥΝΑΙΚΟΣ ὁ ἀνήρ· *menſtruorum fluxus tempore maritus vxorem ne TANGAT.* Nimirum Latini quoque ſic verbum TANGERE dicunt. Vid. gatakervs de Stilo N. T. Cap. XI. westerhovivs ad Terent. Eunuch. Act. II. Sc. III. v. 81.

v. 3. Τῇ γυναικὶ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω) Iſta quidem Codd. mere Graecorum lectio quae ſimul Commentatorum, Chryſoſtomi, Theophylacti, Oecumenii conſenſu ſuſtentatur, ſine controuerſia melior eſt quam Cod. Alexandrini caeterorumque Graecolatinorum, qui habent ὀφειλὴν, *debitum*, quae vox, quamquam alio ſenſu, legitur Rom. XIII, 7. Etenim in hoc loco ὀφειλομένην εὔνοιαν intellegere debemus *de officio mariti cum vxore concumbendi*, quod vulgo *debitum coniugale* nominant. Quam etiam vim vocis eiusdem mihi videor reperiſſe apud Philonem de Abrah. p. 384. C, vbi Sara ſterilem ſe

ſentiens, Abrahamo prolis quaerendae facultatem ancillae connubio, his fere verbis concedit, μὴ δὴ παραπόλαυε τῆς ἐμῆς ἀγονίας, μηδ᾽ ἕνεκα τῆς πρὸς ἐμὲ ΕΥΝΟΙΑΣ, αὐτὸς δυνάμενος εἶναι πατὴρ κεκώλυσε, *Non eſt aequum vt te tangant meae ſterilitatis incommoda, aut per officium erga me tuum, quo minus pater fias, prohibeare.* Verbum ἀποδοῦναι in hac re proprium, occurrit etiam apud Ariſtophan. Plut. Act. IV. Sc. IV. extr.

v. 5. Ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ) Hoc verbo vtitur Philo I. de V. M. p. 621. E, ἡσυχίᾳ καὶ λιμῷ παρέτεινον αὐτοὺς, οὐδεμιᾷ τῶν αἰσθήσεων ΣΧΟΛΑΖΟΝΤΕΣ, *per ſilentium fame cruciabantur nulli vacantes ſenſui.* Et alibi paſſim.

v. 31. Οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ ὡς μὴ καταχρώμενοι.) Quamquam verbi καταχρᾶσθαι ea nonnumquam, quae a plurimis huic loco ineſſe putatur, ſignificatio eſt, vt indicet *aliqua re male vti*, quemadmodum καταχρᾶσθαι ὀνόματι, *verbo improprie vti* de Congr. er. qu. gr. p. 447. C, et κατάχρησις ὀνομάτων *abuſus nominum* opponitur τῷ κυριολογεῖσθαι de Sacr. Ab. et Cain. p. 147. E: tamen antecedentibus conuenientius accipitur vel pro *vti* ſimpliciter, Compoſitum pro Simplici, vel pro *valde, frequenter* vti, vt κατὰ praepoſitio in hoc, vt in aliis notionem intendat, quod ABRESCHIVS cenſet Lect. Ariſtaen. p. 278. quod tum aliorum ſcriptorum veluti Iſocratis, qui in Panegyr. bis ſic vſus eſt, Platonis Thaet. 23. tum Philonis loci declarant. Sic enim apud Aeſchinem Dial. I. extr. πολλαχοῦ δὲ καὶ Ὅμηρος τῷ αὐτῷ τούτῳ ΚΑΤΑΧΡΗΤΑΙ καὶ οἱ ἄλλοι ποιηταὶ, *Saepe etiam Homerus eodem VTITVR et reliqui poetae.* Nec non Dial. II. §. 34. Similiter apud Ioſephum, cuius exempla attulit Cel. KREBSIVS. Non aliter Philo de Opif. p. 39. D, de deo huius vniuerſi conditore πάσῃ ΚΑΤΕΧΡΗΣΑΤΟ

τῇ

τῇ ὀσίᾳ εἰς τὴν τῦ ὅλυ γένεσιν· omni vſus eſt ſubſtantia ad vniuerſi perfectionem. De Vict. off. p. 858. A, ὐ γὰρ ἦν θέμις ἀπείρυ καὶ πεφυρμένης ὕλης ψαύειν τὸν ἴδμονα καὶ μακάριον· ἀλλὰ ταῖς ἀσωμάτοις δυνάμεσιν ὧν ἔτοιμον ὄνομα αἱ ἰδέαι, ΚΑΤΕΧΡΗΣΑΤΟ πρὸς τὸ γένος ἕκαςον τὴν ἁρμότ͂υσαν λαβεῖν μορφήν. Neque enim fas erat rudem indigeſtamque ab illo ſapiente et beato attingi: ſed incorporeis potentiis quarum verum nomen eſt ideae, VSVS FVIT ad apte formanda ſingula genera. Pro male, immodice vti dicit παραχρᾶσθαι: de Ioſeph. p. 546. E, ἀλλότριον τῦτο, μὴ ἐπιθύμει· ἴδιον τῦτο, ΧΡΩ, μὴ ΠΑΡΑΧΡΩΜΕΝΟΣ· περιυσιάζεις μεταδίδυ· Hoc alienum eſt, ne concupiſcas; hoc tuum, vtere, ſed modice. Affluunt opes, impartire. Quid? quod Abuti pro Vti dicitur apud Liu. XXVII, 46. Cicer. de Inuent. I, 41. Nec ſemper quinque partibus abuti.

Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τῦ κόσμυ τύτυ) Vocabulo σχήματος reſpicitur ad formam huius mundi, quod licet aſſerere ſalua aliorum ſententia, qui ex 1 Ioh. II, 17. ὁ κόσμος παράγεται, mundum ipſum intelligunt. Philo de Temul. p. 246. D, τῆς αὐτῆς προαιρέσεως ἐςὶ πᾶς ὅτῳ τὰ μὲν ψυχῆς ἀπέγνωςαι, τὰ δὲ περὶ σώματα καὶ ἐκτὸς χρώμασι καὶ ΣΧΗΜΑΣΙ πεποικιλμένα πρὸς ἀπάτην αἰσθήσεως εὐπαραγώγυ, θαυμάζεται. In qua ſententia nemo non eſt, qui rebus animae derelictis miratur corpora coloribus figuriſque variata, vt ſenſus in fraudem facile inducendos decipiant. Crebro cum apud hunc, tum apud alios ſcriptores Graecos χρώματα et σχήματα coniunguntur; Σχῆμα καὶ τάξιν, formam et locum coniungit Demoſthenes, v. Ind. REISK. Σχῆμα καὶ θέσιν Plutarch. Alcib. c. 17. Pro illo autem poterat etiam dicere εἶδος, nam in Gloſſario Heſychiano hoc vocabulum per illud explicatur. Sic σχηματίζειν, formare, ducere formam vel figuram eod. l. p. 252.

v. 35. Οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω) *Non vt vobis vim faciam, non vt vos cogam.* Hoc ſenſu eſt apud Philonem haec forma lib. 3. de vit. Moſ. p. 691. A, vbi Dei auxilio fretus Moſes populi confirmans animos, ait, μέλλουσαν κονιεῖσθαι βλέπω [βοήθειαν] ΒΡΟΧΟΥΣ ΤΟΙΣ ΑΥΧΕΣΙ ΠΕΡΙΒΑΛΛΟΥΣΑΝ κατὰ τῶν ἀντιπάλων, *pugnaturam video* (opem) *laqueos iniecturam aduerſariorum ceruicibus*, ſumta alluſione ab auibus laqueo irretitis, vt docet POTTER. ad Lycophr. p. 145. add. tamen Heliodor. Aethiop. X, 35.

Πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον) Senſum quidem non mutat varietas lectionis quae in libris inter εὐπάρεδρον et εὐπρόσεδρον reperitur. BENGELIVS et ALBERTVS ad Gloſſar. Gr. N. T. p. 125, vbi gloſſa ad hunc locum pertinens legitur haec: Εὐπάρεδρον· εὐχερῶς παραμένον, defendunt lectionem εὐπάρεδρον; ſed ſi Commentatores veteres, Theophylactum, Oecumenium, Hieronymum [contr. Iouin. lib. I. p. 468. edit. MARIANI VICTORII] reſpicias, apparebit, propter eorum conſenſum εὐπρόσεδρον praeferendum eſſe. Caeterum vox huic perſimilis τὸ εὔεδρον, non de vnaquaque facilitate commoditateque, vt in hoc loco, ſed proprio ſenſu, de *ſedendi facilitate* legitur apud Philonem de Mund. Opif. p. 19. E, de equo, τὰ νῶτα κοιλάνας εὖ μάλα πρὸς τὸ ΕΥΕΔΡΟΝ δέχεται τὸν ἐπόχον, *tergoribus ad apte ſedendum cauatis excipit ſeſſorem.*

Capvt VIII.

v. 5. Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ) Philo de Cher. p. 122. B, Οἱ δὲ ΛΕΓΟΜΕΝΟΙ δεσπόται δόξῃ μόνον οὐ πρὸς ἀλήθειαν νομίζονται· ἀνάγκη δ᾽ ὡς ὑπήκοον καὶ δοῦλον οὕτως ἡγεμόνα ἐν τῷ παντὶ εἶναι καὶ κύριον. γένοιτ᾽ ἂν ὁ τῷ ὄντι ἄρχων καὶ ἡγεμὼν ΕΙΣ Ο ΘΕΟΣ ᾧ λέγειν ἦν πρεπῶδες, ὅτι πάντα αὐτοῦ κτήματα·

ματα· Quos VVLGVS dominos VOCAT, opinione magis quam vere ſunt domini: et neceſſe eſt, vt ſubiectum et ſeruum, ita rectorem in hoc vniuerſo eſſe ac dominum. Princeps autem ac imperator VNVS DEVS habendus eſt, quem decet haec vox: Omnes res meae ſunt. Quae verba mirum in modum cum Paullinis conſpirant.

Capvt IX.

v. 1. Οὐ τὸ ἔργον μȣ ὑμεῖς ἐϛε) Sic etiam apud alios ſcriptores *operis alicuius eſſe* dicuntur, qui ab aliquo commendantur, ad honores et amplitudinem euehuntur; de eo autem qui ab altero eruditur, quo ſenſu hoc in loco dicitur, habetur etiam apud Philonem Leg. ad Cai. p. 1000. B, vbi de Claudio Macron ait: ἐμόν ἐϛι τȣ͂ Μάκρωνος ΕΡΓΟΝ Γάϊος· *Meum opus eſt Caius.*

v. 2. Ἡ γὰρ σφραγὶς τῆς ἐμῆς ἀποϛολῆς ὑμεῖς ἐϛε) Proprie σφραγὶς notat *annulum ſignatorium*, qui quemadmodum litteris impreſſus, eis dat auctoritatem et fidem, ſic Corinthii a Paullo ad chriſtianam religionem adducti, fidem faciebant hominibus diuinitus dati Paullo apoſtolici muneris. Poterat ergo etiam dicere ὑμεῖς ἐνεσφραγίσατε τὴν ἀποϛολήν μȣ, phraſi Philoniana, quam illuſtrauimus ad ſuperiora.

v. 9. Οὐ φιμώσεις βȣ͂ν ἀλοῶντα) Hoc praeceptum diuinum e Deuter. XXV, 4. inter ea, quae manſuetudinem et lenitatem commendent, recenſet Philo de Carit. p. 711. E, Ἄγαμαι δὲ κἀκεῖνον τὸν νόμον, ὃς καθάπερ ἐν χορῷ παναρμονίῳ συνᾴδων τοῖς προτέροις διαγορεύει ΒΟΥΝ ΑΛΟΩΝΤΑ ΜΗ ΦΙΜΟΥΝ· ȣ͂τος γάρ ἐϛιν ὁ πρὸ μὲν τῆς σπορᾶς ȣ͂σης βαθυγείȣ πεδιάδος ἀνατεμὼν εἰς αὔλακας προετοιμασάμενος ȣ͂ρανῷ καὶ γεωπόνῳ τὰς ἀρȣ͂ρας, τῷ μὲν ἵνα καιρίως κατασπείρῃ, τῷ δ' ἵνα κόλποι βαθεῖς ὑποδεξάμενοι τὰς

διὰ

διὰ τῶν ὑετῶν χάριτας, ταμιεύσωσι καὶ χορηγήσωσιν ἐκ τοῦ κατ᾽ ὀλίγον τῷ σπόρῳ τροφὰς πίονας, ἄχρις ἂν σταχυοφορήσας, τελεσιγονήσῃ τὸν ἐτήσιον καρπόν· μετὰ δὲ τὴν τελείωσιν πάλιν βοῦς ἐστὶ πρὸς ἑτέραν ὑπηρεσίαν ἀναγκαίαν, κάθαρσιν δραγμάτων καὶ διάκρισιν σκυβάλων ἀπὸ τοῦ γνησίου καὶ χρησίμου· *Illa quoque lex laudabilis tanquam in concentu muſico ſuperioribus conueniens, quae vetat boui trituranti os obturari. Huius enim opera ante ſementem aruum ſulcis proſcinditur praeparaturque, vt fauente coelo reſpondeat agricolae votis ac laboribus conceptoque tempeſtiue ſemine pluuias quoque coelitus intra ſe recipiat facilius, diſpenſandas mox in nutrimenta ſegetum, donec maturae ſpicae annonam vberem proferant. Abſoluto autem hoc opere rurſum bos adhibetur ad aliud neceſſarium miniſterium, vt purgentur fruges et a reiectamentis ſecernantur.* Caeterum ex hoc loco etiam argumentum confirmandae lectionis φιμώσεις ſumi poteſt; cum varient libri inter κημώσεις et φιμώσεις. Quae tamen verba ſenſu nihil differunt. Nam gloſſa Fabriciani Gloſſarii Nou. Foed. ab ALBERTO editi p. 127, alterum altero interpretatur: Κημώσεις· φιμώσεις. Sic Proverb. XXVI, 3. pro Hebraico vocabulo מֶתֶג Aquila et Theodotio κημὸς, Symmachus autem φιμὸς habet. Quod etiam apud Heſychium Gloſſa confirmat: Φιμός· δεσμὸς, κημὸς, ἐπιστόμιον.

v. 12. Ἵνα μὴ ἐγκοπήν τινα δῶμεν τῷ εὐαγγελίῳ) *Ne impedimentum obiiciamus euangelicae doctrinae.* Affine eſt ἀνακοπὴ *repreſſio*; ἀνακοπὴ eſt apud Philonem 3. de vit. Moſ. p. 683. D, αἱ ἀπροσδόκητοι νεωτεροποιΐαι καινοὺς νόμους εἰς ΑΝΑΚΟΠΗΝ ἁμαρτημάτων ἐπιζητοῦσιν· *improuiſa delicta nouas leges ad cohibenda peccata requirunt.* Item de Creat. Princ. p. 731. A, et de Char. p. 709. A, ΑΝΑΚΟΠΗΝ τῆς ἐπιῤῥοίας λαμβανούσης. *affluxu repreſſo.*

v. 18.

v. 18. Ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ) Non neceſſe eſt cum GROTIO verbum τιθέναι eo ſenſu accipere quo dicitur, *locare beneficium:* Sed, cum non ſolum apud Homerum reliquosque Poetas, verum etiam apud proſaicos ſcriptores exempla non deſint, in quibus Τιθέναι pro *facere* vſurpetur, multo minus in Nouo Teſtamento, cuius ſtilus maximam partem Hebraicam conſuetudinem ſequitur, ea ſignificatio debet noua videri. Illius generis exemplum eſt apud Philonem de Nom. mut. p. 1049. A, διὰ γὰρ ταύτης τῆς δυνάμεως ΕΘΗΚΕ τὰ πάντα ὁ γεννήσας καὶ τεχνιτεύσας πατήρ· *Hac enim vi conſtituit omnia pater qui genuit et fabricatus eſt.* Verbum autem τεχνιτεῦσαι ſicut ἀδάπανον apud Paullum, propemodum ſuadeat in vtroque loco reſpici ad artifices et ſtatuarios, qui proprie dicuntur *opera ponere.* Horatius A. P. vſ. 34.

Infelix operis ſumma quia PONERE totum
Neſcit.

CAPVT X.

v. 4. Ἀκολουθούσης πέτρας) *Qua vtebantur: quam ſecum habebant.* Demoſth. in Conon. (Ind. Reisk. p. 677.) πυρετοὶ δέ μοι ΠΑΡΗΚΟΛΟΥΘΟΥΝ συνεχεῖς. Philo in Flacc. p. 981. C, δέκα ἢ πεντεκαίδεκα τῶν διακονικῶν ἀνδραπόδων ΕΠΗΚΟΛΟΥΘΗΚΕΙ. *decem aut quindecim ſeruos ſecum habebat.*

Ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστὸς) Hic apertum eſt εἶναι dici pro *ſignificare*, vt adeo vertam: *petra typus erat Chriſti.* Quo ſenſu dicitur apud Philonem de Sacr. Ab. et Ca. extr. νόμος γὰρ ὁλοκαυτωμάτων οὗτος, μηδὲν ἔξω τροφῆς, σκυβάλων καὶ δέρματος, ἃ σωματικῆς ἀσθενείας δόγματα οὐ κακίας ΕΣΤΙΝ, ὑπολείπεσθαι τῷ γεννητῷ. *Haec enim lex eſt holocautomatum, vt nihil praeter*

praeter ciborum recrementa et pellem, quae corporalis infirmitatis non malitiae ſententias indicant, reſiduum de creatura relinquatur.

v. 6. Ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγ.) Iuuat comparaſſe iſta Philonis de Opif. p. 36. C, ἐστὶ ΔΕ ΤΑΥΤΑ ȣ πλάσματα μύθȣ — ἀλλὰ δείγματα ΤΥΠΩΝ, ἐπ' ἀλληγορίαν καλȣ́ντων. *Sunt haec non figmenta fabuloſa — ſed figurata documenta ad allegoriam inuitantia.* Τύποι, *formae, imagines*, alibi coniunguntur τύποι et μορφαὶ, v. ad Act. VII, 43.

v. 7. Ἀνέστησαν παίζειν) Nempe *remotis menſis.* Ruth. II, 15. καὶ ἀνέστη τȣ̃ συλλέγειν. Nonnulli autem παίζειν de *re venerea* interpretantur; inter antiquos quidem Tertullianus de Ieiunio, conſentiente P. BVRMANO ad Petron. p. 44. Cf. GRONOV. ad Arrian. II, 5. p. 67. Geneſ. XXVI, 8. ibique DRVSIVS. Sed ſi contextum Exod. XXXII. conſulimus, in quo verſus 18. et ſeqq. de ſaltatione circa aram vituli aurei tradunt, dubium non eſt, quin de *ſaltatione* intelligi debeat. Quod animaduertit etiam GROTIVS prolato illo Virgiliano Ecl. VI, 27.

Tum vero in numerum Faunosque ferasque videres
Ludere.

Cui ſimile illud Horatii 3 Od. XI, 9.

Quae velut latis equa trima campis
Ludit exſultim

quibus expreſſum eſſe Anacreonticum σκιρτῶσα παίζεις monent Interpretes. Sed ne quis calumnietur, dicatque *in numerum ludere*, nec non, *ludere exſultim* eſſe quidem *ſaltare*, ſed ſimpliciter *ludere* hoc ſenſu non dici, audiatur Horat. ibid. XV, 11.

Illam cogit amor Nothi
Laſciuae ſimilem ludere capreae.

add. Tibull. I, 3, 63. Sed extra dubitationem rem ponit Philonis auctoritas, de V. M. 3. p. 677. D, ita ſcribentis:

bentis: εἶτα χρυσοῦν ταῦρον κατασκευασάμενοι μίμημα τοῦ κατὰ τὴν χώραν ἱερωτάτου ζώου δοκοῦντος εἶναι, θυσίας ἀθύτους ἀνήγαγον, καὶ ΧΟΡΟΥΣ ἀχορεύτους ΙΣΤΑΣΑΝ, ὕμνους τε ᾖδον θρήνων οὐδὲν διαφέροντας καὶ ἐμφορηθέντες ἀκράτου, διπλῇ μέθῃ κατέχοντο, τῇ μὲν ἐξ οἴνου, τῇ δὲ καὶ ἀφροσύνης ΚΩΜΑΖΟΝΤΕΣ τε καὶ παννυχίζοντες, ἀπρόοπτοι τοῦ μέλλοντος, ἥδεσι κακοῖς ἐπεβίουν ἐφεδρευούσης δίκης, *Deinde facto aureo iuuenco ad imitationem animalis eius terrae ſacratiſſimi, ei profana ſacra fecerunt et CHOREAS EGERVNT inconditas, hymnos concinendo lamentis ſimiles et expleti mero congeminarunt temulentiam, vino pariter ac inſania furentes, in COMMESSATIONIBVS pernoctando oblectandoque ſe factis peſſimis inſidiante vindicta* etc. Et p. 694. A, vbi de eodem facto diſſerit, ΧΟΡΟΥΣ ΙΣΤΑΣΑΝ καὶ βωμοὺς κατεσκεύαζον καὶ θυσίας ἀνῆγον ἐκλαθόμενοι τοῦ πρὸς ἀλήθειαν θεοῦ· *CHOREAS agitabant exſtructisque aris mactabant victimas, obliti veri numinis.* Idem placet SELDENO de Diis Syr. Synt. I, Cap. 4. init. nec non BOCHARTO Hierozo. P. I. Lib. II, c. 34. Nam in ſacris ſolemnibus conſuetae circa aras ſaltationes. Cuius moris memoriam ſeruat Callimachus in Dian. extr. verbis: περὶ βωμὸν κυκλώσασθαι, vbi vid. Ven. ERNESTI.

v. 8. Ἔπεσον ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ εἴκοσι τρεῖς χιλιάδες) In texto Hebraico ſunt viginti quatuor, vnde SVRENHVSIVS, Βίβλῳ καταλλαγῆς, corrigi volebat εἰκοσιτέσσαρες. Cum texto Hebraico conueniunt Philo et Ioſephus, ille de V. M. Lib. I, p. 649. A, τετρακισχιλίους δέ φασι πρὸς τοῖς δισμυρίοις ἀναιρεθῆναι ΜΙΑι ΗΜΕΡΑι συναναιρεθέντος εὐθὺς τοῦ κοινοῦ μιάσματος ὃ πᾶσαν τὴν στρατιὰν ἐκηλίδου· *Dicuntur vno die caeſa VIGINTI QVATVOR millia moxque ſublatum publicum piaculum, quo tota caſtra contaminata fuerant.* add. de Fortit. p. 742. D, ἦσαν δὲ ΤΕΣΣΑΡΕΣ ΠΡΟΣ

ΤΑΙΣ

ΤΑΙΣ ΕΙΚΟΣΙ ΧΙΛΙΑΔΕΣ. *Erant autem quatuor cum viginti millibus;* hic autem Ant. IV, 6, 12. Rationem iſtius diſcrepantiae conciliandae iniit BERNARDVS ad Ioſephi locum, HAVERCAMPI, Ven. ERNESTI et KREBSII iudicio probatam, qua ſtatuendum eſt, viginti tria millia vi diuina, mille hominum gladio zelotarum interiſſe. Caeterum Philonis teſtimonio, I. ALBERTI in verbis ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ emphaſin hanc ponentis, vt vno die viginti tria millia tantum, reliqui ſequentibus diebus interiiſſe indicentur, opinio euaneſcit.

v. 21. Οὐ δύνασθε τραπέζης Κυρίȣ μετέχειν, καὶ τραπέζης δαιμονίων) Obſeruanda eſt in verbo μετέχειν proprietas. Sic apud Philonem de Abrah. p. 365. C, vbi angelos viatores comiter ab Abrahamo inuitatos ad prandium commemorat, προσδραμὼν ἱκέτευε λιπαρῶς μὴ παρελθεῖν αὐτȣ̃ τὴν σκηνὴν, ἀλλ' ὡς πρέπον εἰσελθόντας ξενίων ΜΕΤΑΣΧΕΙΝ, *accurrens ſuppliciter petiit, ne tranſirent tabernaculum, ſed introgreſſi paterentur ſe hoſpitio excipi.* De Ioſ. p. 554. E, κελεύει — πολυτελὲς ἄριςον εὐτρεπίζειν καὶ τȣ̀ς ἄνδρας εἰσάγειν, ἁλῶν καὶ ΤΑΡΠΕΖΗΣ ΜΕΘΕΞΟΝΤΑΣ, *iubet diſpenſatorem parare epulum lautum et viros inducere, ad ſalis menſaeque communionem.* De Vit. Moſ. 1. p. 611. D, vbi pater ad virgines ab iniuria per Moſen defenſas ſic: ἴτε μετὰ σπȣδῆς καὶ καλεῖτε ξενίων μὲν πρότερον, αὖθις δὲ καὶ ἀμοιβοῖς ΜΕΘΕΞΟΝΤΑ, *ite propere, vocate, vt primum hoſpitii, deinde etiam gratiae particeps fiat.* De Vit. Moſ. 3. p. 687. B, ΜΕΤΑΣΧΕΙΝ τῆς τῶν διαβατηρίων θυσίας, *vna frui ſacris paſchalibus.* Conf. GRONOVIVS ad Herodot. IV, 154.

CAPVT XI.

v. 13. Ἐν ὑμῖν αὐτοῖς κρίνατε) Leui mutatione Philo de Spec. legg. p. 785. C, ἡ δὲ γυνὴ — ΚΡΙΝΑΤΩ ΠΑΡ' ΑΥΤΗι τὸ πρᾶγμα. *At femina rem ipſa ſecum expendat.*

CAPVT

CAPVT XII.

v. 1. Πρὸς τὰ εἴδωλα — ἀπαγόμενοι) Non probem eos qui haec ſic accipiant: *Vi quaſi ad eorum cultum, tanquam quibus libertas non eſt, rapti.* Nam quamquam apud Philonem eſt Alleg. 2. p. 89. E, ΑΓΟΜΕΝΟΣ ὑπὸ δεσποτῶν ἀτιθάσσων θεαμάτων καὶ ἀκουσμάτων, καὶ τῶν ὅσα διὰ μυκτῆρος καὶ γεύσεως ἡδονὰς ἀπεργάζεται, *abſtractus a dominis immanſuetis, qui ſpectatu, auditu, odoratu, guſtuque voluptatem pariunt.* Et quod prob. lib. p. 882. C, ἐπειδὴ αἰχμάλωτος ΑΠΗΧΘΗ ὑπό τινος τῶν Ἀντιγόνου, *cum captiuus duceretur a quodam Antigoni milite;* tamen et ἀγόμενος, de eo qui libenter nec inuitus ſequitur et pro *obnoxius* ſimpliciter, eſt in l. de Merc. Mer. p. 864. E. Conf. ad Galat. II, 13.

v. 23. Τούτοις τιμὴν περισσοτέραν περιτίθεμεν) Περιτιθέναι proprie *circumponere* dicitur de iis indumentorum generibus, quae corporis partes quas ornant, ſimul etiam circumdant et ambiunt. De ornatu eodem verbo vtitur Philo 3. de Vit. Moſ. p. 689. D, ἐπὶ μετουσίαν καλῶν τῶν πατρῴων, εἰ μὴ εἶεν υἱοὶ δευτέρας θυγατέρας οἷς φησὶ δεῖν ΠΕΡΙΤΙΘΕΝΑΙ τὸν κλῆρον, ὡσανεὶ κόσμον ἔξωθεν, ἀλλ᾽ οὐχ ὡς ἴδιον καὶ συγγενὲς κτῆμα. τὸ γὰρ ΠΕΡΙΤΙΘΕΜΕΝΟΝ οὐδεμίαν οἰκείωσιν ἔχει πρὸς τὸ διακοσμούμενον, ἁρμονίας καὶ ἑνώσεως ἀλλοτριούμενον· *Ad paternarum facultatum hereditatem, niſi adſint filii, ſecundas vocat filias, quibus dicit oportere hereditatem tribuere, vt ornamentum externum, non vt poſſeſſionem propriam. Quod enim additur, nihil habet proprii cum eo, quod ornatur, vtpote a coniunctione et vnione alienum.* Legitur quidem παρατιθέμενον, ſed praepoſitionum περὶ et παρὰ huic ipſi verbo iunctarum, confuſionis exempla non deſunt. Vid. VALESIVS ad Harpocr. p. 33. HEMSTERHVSIVS ad Ariſtoph.

Plut. p. 242. Iam porro περισσοτέρα τιμὴ eleganter dicitur *magnus, exquiſitus, praeclarus honor.* Sic περιτ]ῶς τιμᾶν eſt apud Philonem lib. de verbis, Reſipuit Noe p. 274. B, οἱ τȣ̃ σώματος ὀφθαλμοὶ καὶ τὸ αἰσθητὸν φῶς ΠΕΡΙΤΤΩΣ πρὸς ἡμῶν πάντων ΤΕΤΙΜΗΤΑΙ, *oculi corporis et lux ſenſibilis apud nos omnes habetur in ſummo honore.* Nam περιτ]ὸς *eximius et excellens.* Philo I Alleg. p. 46. D, commemorat dei τὸν ΠΕΡΙΤΤΟΝ πλȣ̃τον, *inſignem amplitudinem et copiam.*

v. 28. Ἀντιλήψεις) Ἀντιλαμβάνω ſignificat proprie *capeſſo, arripio, apprehendo.* Iam cum illud fit animo, denotat *percipere, ſentire, participem eſſe.* Philo Alleg. II. p. 71. B, Ἡ ἀκοὴ προσπεσȣ́σης φωνῆς ΑΝΤΙΛΗΨΕΤΑΙ πάντως, κἂν ὁ νȣ̃ς φιλονεικῶν διακελεύηται αὐτῇ μὴ ἀκȣ́ειν· καὶ μὴν ἥγε ὄσφρησις ἀτμῶν χωρεσάντων εἰς αὐτὴν ὀσφρήσεται κἂν ὁ νȣ̃ς ἀπαγορεύῃ μὴ ΑΝΤΙΛΑΒΕΣΘΑΙ. *Auditus quoticscunque vox illabetur eam omnino percipiet, etiamſi mens contentioſe interdicat ne audiat. Odoratus quoque vapores ad ſe venientes olfaciet, etiamſi mens velit obſiſtere.* Pag. 72. A, ὅταν ἡ αἴσθησις ἐπιβάλλȣσα τῷ αἰσθητῷ πληρωθῇ τῆς αὐτȣ̃ φαντασίας, εὐθὺς καὶ ὁ νȣ̃ς συμβέβηκε καὶ ΑΝΤΕΛΑΒΕΤΟ καὶ τρόπον τινα τροφῆς τῆς ἀπ᾽ ἐκείνȣ πεπλήρωται· *Quoties ſenſus ſubiectum ſuum appetens ſatiatus imaginatione fuerit, confeſtim et mens accedit et percipit quodammodo ſe explens cibo ab illo accepto.* De Vit. Moſ. I. p. 604. C, dicit, ἡδονῶν καὶ ἀλγηδόνων ΑΝΤΙΛΑΜΒΑΝΕΣΘΑΙ, *voluptates et dolores percipere.* Hinc ἀντίληψις eſt *ſenſus, perceptio, comprehenſio,* veluti Alleg. II. p. 71. E, πάνυ ἀληθῶς εἴρηται ὑπὸ τȣ̃ νȣ̃ ὅτι τὰς τῶν σωμάτων ΑΝΤΙΛΗΨΕΙΣ δίδωσί μοι μόνη ἡ αἴσθησις. *Recte dicit mens, vt corpora percipiam, ſolus mihi ſenſus dedit.* De Sacrif. Ab. et Cain. p. 134. C, φωτὸς ἄνευ ἀμήχανον ἰδεῖν, μήτε χρωμάτων, μηδὲ

ὀμμά-

ὀμμάτων ἱκανῶν ὄντων πρὸς τὴν δι' ὄψεως ΑΝΤΙΛΗΨΙΝ. *Sine luce videre non poſſumus, cum nec colores nec oculi ad videndum ſufficiant.* De Vit. Moſ. III. p. 687. B, de mortuis, τοῖς μὲν ὀυδενός ἐστιν ΑΝΤΙΛΗΨΙΣ τῶν ἀβουλήτων, *quibus nullus eſt malorum ſenſus.* In Flacc. p. 974. D, ἵνα μὴ θᾶττον τελευτήσαντες, θᾶττον καὶ τὴν τῶν ὀδυνηρῶν ΑΝΤΙΛΗΨΙΝ ἀπόθονται· *ne accelerata morte, cito cruciatibus eriperentur.* Conf. GRAEVIVS ad Lucian. Soloeciſt. p. 100. Deinde autem etiam ſignificat, *curam ſuſcipere alicuius,* de qua notione vid. ELSNER. Obſeruatt. T. I. p. 175. eaque in hoc loco obtinet. Quam etiam confirmat Gloſſarium N. T. p. 132. vbi reperitur gloſſa huc pertinens, Ἀντιλήψεις· προστασίαι. Conf. ad Rom. XIV, 1.

Caput XIII.

v. 8. Ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει) Verbum ἐκπίπτειν varie dicitur. Inter caetera autem vſurpatur de exſulibus, quo ſenſu eſt apud Philonem de Cherub. initio p. 108. B, τῷ μήπω κραταιῶς ὑπὸ κακίας καταληφθέντι δέδοται μετανοήσαντι καθάπερ εἰς πατρίδα τὴν ἀρετὴν ἀφ' ἧς ΕΞΕΠΕΣΕΝ, ἀνελθεῖν, *Qui nondum valde a malitia tenetur, ei datur reditus tanquam in patriam ad virtutem vnde exciderat.* Quibuscum conferas Apocal. II, 5. μνημόνευσε, πόθεν ἐκπέπτωκας. Iam quoniam exſules ſuas res fere relinqunt eas que nonnunquam amittunt, fit, vt ἐκπεπτωκότες dicantur ii quibus res ſuae ereptae ſunt, veluti apud Lyſiam Orat. XXXIII. p. n. 537. ἧκον πρὸς ἐμὲ οἰκτρῶς ὑπὸ τοῦ πάθους διακείμενοι καὶ ἀθλίως ΕΚΠΕΠΤΩΚΟΤΕΣ, κλαίοντες, *miſere incommodo afflicti indigneque ſuis priuati et pulſi, flentes ad me venerunt.* Hi autem *periiſſe* dicuntur. Alios, qui in promtu ſunt, locos addere longum foret. Nec vero ceteris opus eſt, ſi teneatur ἐκπίπτειν eſſe *interire: intercidere* et reſpondere Hebraico נפל.

v. 9. Ἐκ μέρȣς γὰρ γινώσκομεν) Cf. cum tota hac ῥήσει locus Philonis de Cherub. p. 127. in quibus et haec: ἀλλὰ νῦν ὅτε ζῶμεν — γνωριζόμεθα μᾶλλον ἢ γνωρίζομεν. *Nunc cum viuimus — noſcimur magis quam noſcimus.*

v. 13. Πίςις, ἐλπὶς, ἀγάπη, τὰ τρία ταῦτα) Forma iſta in computando et numerando optimo cuique ſcriptori eſt in vſu. Ariſtoph. Nub. 423. Τὸ Χάος τȣτὶ καὶ τὰς νεφέλας, καὶ τὴν γλῶτταν ΤΡΙΑ ΤΑΥΤΑ, *chaos hocce, nubes et linguam, tria iſta*, Demoſthenes de Corona p. 344. A, ΤΡΙΑ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ — ἔδειξαν ἐγκώμια Θηβαῖοι — ἓν μὲν, ἀνδρίας, ἕτερον δὲ δικαιοσύνης, ΤΡΙΤΟΝ δὲ σωφροσύνης· *Tres eo die laudes — Thebani declararunt — vnam fortitudinis, alteram iuſtitiae, tertiam temperantiae.* Cf. Thucydides I, 123. cum adnotatione WASSII. MARKLAND. ad Max. Tyr. Diſſ. XXXIII. c. 3. Sed Philo adhibendus eſt, qui et ipſe huius formae vſum comprobat. I Alleg. p. 57. D, διαφέρει δὲ ΤΡΙΑ ΤΑΥΤΑ, πρόςαξις, ἀπαγόρευσις, ἐντολὴ καὶ παραίνεσις. *Intereſt inter haec tria, praeceptum, interdictum, mandatum, ſiue monitum.* II Alleg. p. 107. A, vbi de bruto impetu tanquam de igne loquitur, ὅταν δὲ εὕρῃ καταφλέγει ΤΡΙΑ ΤΑΥΤΑ, ἀρετὴν τελείαν, προκοπὴν, εὐφυΐαν· *cum inuenerit, exurit ISTA TRIA: virtutem perfectam, profectum et ſollertiam.* Lib. I. de Vit. Moſ. p. 637. C, ἃ δὲ γνῶναι ποθȣμεν, ΤΡΙΑ ΤΑΥΤ᾽ ἐςίν. *quae vero ſcire cupimus haec tria ſunt.*

CAPVT XIV.

v. 1. Μᾶλλον δὲ ἵνα προφητεύητε) Verbum προφητεύειν ſignificare *Interpretari*, et orationis ordo et Alexandrinae verſionis vſus, in qua ſaepius προφήτης pro ἑρμηνεὺς dicitur, [Vid. Diſſert. noſt. §. 14.] ſatis demon-

demonſtrant. Neque tamen poſſumus, quin apponamus Philonis locum in quo eandem hoc verbum vim habet. Is eſt 2. de Vit. Moſ. p. 659. C, de Interpretum Alexandrinorum in vertendis Hebraicis conſenſu: *καθάπερ ἐνθȣσιῶντες* ΠΡΟΕΦΗΤΕΥΟΝ *ȣ̓κ ἄλλα ἄλλοι καὶ τὰ δ' αὐτὰ πάντες ὀνόματα καὶ ῥήματα, ὥσπερ ὑποβολέος ἑκάςοις ἀοράτως ἐνηχȣ̃ντος· Tanquam numine correpti interpretabantur non alia alii, ſed quaſi eadem nomina verbaque ſingulis monitor quidam occulte ſubiiceret.* Item de Ioſ. p. 540. B, ſomniorum interpretibus conuenit veris eſſe *θεῖα λόγια διερμηνεύȣσι καὶ* ΠΡΟΦΗΤΕΥΟΥΣΙ *tanquam oraculorum diuinorum interpretibus.*

v. 10. *Εἰ τύχοι*) Alias ſignificat, *Ni fallor, opinor:* ſed hoc loco, *verbi cauſſa*, quae interpretatio probatur eruditiſſimis. Sed etiam vſus eſt conſulendus, qui confirmatur tum ab ipſo Paullo, Cap. XV, 37. tum a Philone. Sic enim de Nom. Mut. p. 1067. C, *Τὸ καλὸν ȣ̓κ ἐν πλήθει μᾶλλον ἢ δυνάμει πέφυκεν ἐξετάζεσθαι. μȣσικὸν μὲν γὰρ* ΕΙ ΤΥΧΟΙ, *καὶ γραμματικὸν καὶ γεωμετρικὸν καὶ δίκαια φρόνιμα καὶ ἀνδρεῖα καὶ σώφρονα πάμπολλά ἐςι. αὐτὸ δὲ τȣ̃το τὸ μȣσικὸν καὶ γραμματικὸν — καὶ ἀνδρεῖον ἓν αὐτὸ μόνον, Quod pulcrum et honeſtum eſt, non tam copia quam vi et facultate ſpectari ſolet. Muſica VERBI CAVSSA Grammatica et Geometria eruditi plures, nec non iuſta, prudentia, fortia et moderata ſunt quamplurima. Illud ipſum autem muſicum et grammaticum — et forte, vnum tantum eſt.*

v. 16. *Ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τȣ̃ ἰδιώτȣ*) Ex more Hebraeorum ſignificat, *idiotam ſeu imperitum.* Sed Graeci quoque ab hac loquendi forma parum alieni ſunt. Philo quidem Quod det. inſ. pot. p. 181. E, vbi felices ait eſſe liberos, qui parentes ſuperſtites habeant,

εἰ δὲ μὴ, δευτέρων γοῦν ἡγεμόνων ἐπιλαχόντες, οὓς ὀρφανίας ἔλεος ἐπιτρόπους εἴωθε χειροτονεῖν τὴν γονέων ἐν ἅπασι τοῖς συμφέρουσι ΤΑΞΙΝ ΕΚΠΛΗΣΟΝΤΑΣ *ſin minus ſecundarios praefectos adepti, quos orbitatis miſeratio conſtituere tutores ſolet, qui parentum perſonam in rebus vtilibus quibuscunque ſuſtineant.* In Flacc. p. 979. C, πρεσβευτοῦ ΤΑΞΙΝ ΕΚΠΛΗΣΩ, *legati fungar munere.* Eandem vim habet ἐπέχειν τὸν τόπον τινος, apud Philonem noſtrum de Somn. p. 600. E, τοῦτ' ἐννοητέον, ὅτι τὸν ἀγγέλου ΤΟΠΟΝ ΕΠΕΣΧΕ, *Quod intellegendum eſt, eum tenuiſſe locum angeli.* Item de Abrah. p. 364. B, ἡ μὲν ἀρετὴ ΤΑΞΙΝ ἔχειν γυναικὸς δοκοῦσα — ὁ δὲ λογισμὸς εἰς τὴν ἀνδρὸς ΧΩΡΑΝ τάττεσθαι νομισθεὶς, *virtus quae cenſetur femina — intellectus autem qui mariti tenere ordinem videtur* etc. In quibus locis omnibus τόπος, τάξις, χώρα de *ſtatu* et *conditione* dicuntur. Cf. FISCHER. Ind. Palaephat. v. μοῖρα.

v. 20. Μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσίν· ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζετε, ταῖς δὲ φρεσὶ τέλειοι γίνεσθε) Τέλειοι in oppoſitione τῶν παίδων vel νηπίων ſunt *adulti.* Clariſſimus locus eſt apud Philonem de Congr. er. quaer. gr. p. 446. D, ὁ παιδίσκην εἰπὼν, ἀμφότερα ὁμολογεῖ, τό, τε δούλην, καὶ τὸ ΝΗΠΙΑΝ εἶναι — συνομολογεῖ δὲ πάντως εὐθὺς καὶ τἀναντία τῇ μὲν ΤΕΛΕΙΑι τὴν ΝΗΠΙΑΝ, τῇ δὲ δούλῃ τὴν κυρίαν, *qui puellam dicit vtrumque fatetur, et conditionem ſeruilem et aetatis imperitiam — ſimul fatetur et contraria puellam adultae, dominam opponens ancillae.* Alleg. II. p. 57. extr. Οὐδενὸς ὁ ΤΕΛΕΙΟΣ δεῖται — τῷ δὲ ΝΗΠΙΩι χρεία ἐστὶ παραινέσεως καὶ διδασκαλίας, *Adultus nullius eget — tenero autem opus eſt admonitione et doctrina.* Ibid. p. 94. B, ὁ τρέφων ἐκ νεότητος καὶ πρώτης ἀκμῆς μέχρι ΤΕΛΕΙΟΥ φωτός. *qui nutrit a iuuentute primoque flore vſque ad virilem aetatem,* non, *extremam lucem,* vt vertit

Inter-

Interpres. Leg. ad Cai. init. Ἄχρι τινὸς ἡμεῖς οἱ γέροντες ἔτι ΠΑΙΔΕΣ ἐσμεν, τὰ μὲν σώματα — πολιοὶ, τὰς δὲ ψυχὰς — ΝΗΠΙΟΙ? *Quouſque tandem nos ſenes erimus pueri, corpore quidem — cani, animo vero — rudes.* Add. Ariſtotel. Eth. IX, 3.

Capvt XV.

v. 8. Ὥσπερ τῷ ἐκτρώματι) Exſtat hoc vocabulum in Alexandrina verſione Iob. III, 16. Grammatici antiqui ſtatuunt non adhiberi ab iis, qui purae dictionis et Atticae elegantiae laudem ſequantur; neque tamen eius vſum refugit Philo 1. Leg. Alleg. p. 54. C, ὃ πέφυκε γόνιμον ὀδὲν τελεσφορεῖν ἡ τῦ φαύλυ ψυχή· ἂν δὲ καὶ δοκεῖ προσφέρειν ἀμβλωθρίδια εὑρίσκεται καὶ ΕΚΤΡΩΜΑΤΑ, *non eſt aptus ad gignendum quidquam perfectum ignaui animus: Quodſi quando videtur foetus gignere, abortiui reperiuntur.* Conf. trillervs ad Tho. Mag. p. 319. Caeterum lectio τῷ non eſt ſollicitanda. Nam Paullo cum reliquis ſcriptoribus diuinis ſolenne eſt ה Articuli Hebraeorum, quod vim Pronominis indefiniti habet, exprimere Articulo praepoſitiuo Graecorum. Vid. fischer. Animadu. ad Welleri Gramm. p. 112. et ad Platon. Phaed. 25.

v. 27. Πάντα γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τὺς πόδας αὐτῦ) De dominio hominis in res creatas ſic ait Philo de Opif. m. p. 19. B, ὅσα γὰρ θνητὰ ἐν τοῖς τρισὶ ςοιχείοις, γῇ, ὕδατι, ἀέρι, ΠΑΝΤΑ ΥΠΕΤΑΤΤΕΝ ΑΥΤΩι τὰ καθ' ὐρανὸν ἐξελόμενος, *quidquid eſt mortale in tribus elementis, terra, aqua, aere, TOTVM EI SVBIECIT, coeleſtibus tantum exceptis.*

v. 31. Καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω) Vult ſignificare Apoſtolus, aſſiduis aerumnis, cruciatibus, vitae periculis ita ſe confici, vt parum abſit quin vita eius lenta mors haberi debeat. Sic Philo in Flacc. p. 990. A, ΚΑΘ'

ΕΚΑΣΤΗΝ ΗΜΕΡΑΝ μᾶλλον δὲ ὥραν ΠΡΟΑΠΟΘΝΗΣΚΩ, πολλὰς θανάτȣς ὑπομένων, ἀνθ' ἑνὸς τȣ̃ τελευταίȣ, [ita ipſe Flaccus ſuorum malefactorum conſcientia agitatus, loquens inducitur.] *Quotidie, vel potius ſingulis horis morior, multas ſuſtinendo mortes ante illam vnam et vltimam.* Add. de Abrah. p. 359. A.

v. 40-47. Καὶ σώματα ἐπȣράνια καὶ σώματα ἐπίγεια — Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκὸς —) Cum tota hac ῥήσει Paullina magna conuenientia ſimilitudoque eſt illius Philonianae 1 Alleg. p. 46. A, διτlὰ ἀνθρώπων γένη· ὁ μὲν γάρ ἐςιν ΟΥΡΑΝΙΟΣ ΑΝΘΡΩΠΟΣ ὁ δὲ ΓΗΙΝΟΣ. ὁ μὲν ȣ̃ν ΟΥΡΑΝΙΟΣ ἅτε κατ' εἰκόνα θεȣ̃ γεγονὼς, φθαρτῆς καὶ συνόλως γεώδȣς ȣ̓σίας ἀμέτοχος. ὁ δὲ ΓΗΙΝΟΣ ἐκ σποράδος ὕλης ἣν ΧΟΥΝ κέκληκεν ἐπάγη· διὸ τὸν μὲν ȣ̓ράνιόν φησιν ȣ̓ πεπλάσθαι, κατ' εἰκόνα δὲ τετυπῶσθαι· τὸ δὲ ΓΗΙΝΟΝ πλάσμα, ἀλλ' ȣ̓ γέννημα εἶναι τȣ̃ τεχνίτȣ. ΑΝΘΡΩΠΟΝ δὲ τὸν ΕΚ ΓΗΣ λογιςέον εἶναι νȣ̃ν εἰσκρινόμενον σώματι, ȣ̓́πω δ' εἰσκεκραμένον. ὁ δὲ νȣ̃ς ȣ̃τος γεώδης ἐςὶ τῷ ὄντι καὶ φθαρτὸς εἰ μὴ ὁ θεὸς ἐνέπνευσεν αὐτῷ δύναμιν ἀληθινῆς ζωῆς· τότε γὰρ γίνεται καὶ ȣ̓κέτι πλάτlεται εἰς ψυχὴν ȣ̓κ ἀργὴν καὶ ἀδιάπlωτον, ἀλλ' εἰς νοερὰν καὶ ζῶσαν ὄντως· *Duplex hominum genus, alter eſt COELESTIS, alter TERRESTRIS. COELESTIS quidem vtpote ad imaginem dei factus, expers corruptibilis et omnino terrenae eſſentiae. TERRESTRIS vero e ſeminali materia quam HVMVM vocat compactus eſt. Ideo coeleſtem non fictum dicit, ſed formatum ad imaginem: TERRESTRE vero figmentum irrationalis eſſe progeniem artificis. Caeterum HOMO TERREVS accipiendus eſt intellectus qui inſeritur corpori nondum ei concretus. is terrenus vere eſt et corruptibilis niſi quod deus inſpirauit ei vim verae vitae. ac tum demum fit iam non fingitur anima non otioſa et ignaua, ſed intelligens vereque viuens.*

Capvt XVI.

v. 2. Παρ' ἑαυτῷ τιθέτω) *Apud ſe* h e. *in domo ſua reponat.* Sic Ioh. XX, 10. et apud Philonem de Cherub. p. 116. A, ταμιευσάμενοι δὲ ΠΑΡ' ΕΑΥΤΟΙΣ φυλάττετε θησαυρὸν, *recondite haec apud vos et tanquam theſaurum ſervate.* Leg. ad Cai. p. 1090. D, vbi Agrippae iniquo Caii, de ſtatua ſua in templum inferenda, mandato plane perculſo, quaerentique vbi eſſet, reſpondent, θάῤῥει, ΠΑΡΑ ΣΑΥΤΩι διατρίβεις, Γάϊος ȣ πάρεστιν· *Bono ſis animo DOMI ES, Caius non adeſt.* Heliodor. I, 10. ἔρχομαι οἴκαδε ὡς ΕΜΑΥΤΟΝ. Plutarch. Alcib. c. 4. ἐκέλευσε οἴκαδε κομίζειν ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΝ.

Ὅ, τι ἂν εὐοδῶται) *Pro benignitate dei*, vt interpretatur HEINSIVS, ſiue, quod idem eſt, *pro rerum ſuarum proſpero ſucceſſu.* Verbum εὐοδεῖν ſignificat *proſpere agere* proprie in itinere, quo ſenſu accipere licet verbum εὐοδεῖσθαι Rom. I, 10, deinde etiam *in re quauis*, quo ſenſu iterum verbum hoc in medio habetur Iohann. Ep. III, vſ. 2. Tenendum enim eſt in Nouo Teſt. hoc verbum Medium eſſe, cum apud alios ſcriptores in eadem ſignificatione Actiuum ponatur. Atque id praeterire nolui, quod a DRESIGIO in Comm. de Verb. M. N. F. nihil de vi et vſu huius verbi obſeruatum reperiatur. Philo de her. rer. diu. p. 521. B, vbi explicat quid ſit μετ' εἰρήνης τραφεὶς, nimirum, ὁ γαληνὸν καὶ εὔδιον κτησάμενος βίον, εὐδαίμονα ὡς ἀληθῶς καὶ μακάριον· πότε ȣ̃ν τȣ̃το συμβήσεται· ὅταν ΕΥΟΔΗι μοι τὰ ἐκ τοῖς πρὸς εὐπορίαν καὶ εὐδοξίαν, ΕΥΟΔΗι τὰ σώματος πρὸς ὑγείαν τε καὶ ἰσχὺν, ΕΥΟΔΗι δέ μοι τὰ ψυχῆς πρὸς ἀπόλαυσιν ἀρετῶν, *cui ſerena tranquilla que vita contigit, vere felix ac beata. at quando haec contingit? quando in rebus externis bene ſe habent facultates et exiſtimatio, corpus robore et proſpera valetudine*

tudine fruitur, animo vero bene eſt quoad fructum virtutis. Quae vltima interpretationem adiuuant verborum diui Iohannis l. c., καθὼς εὐοδοῦταί σου ἡ ψυχή. Conf. Marc. Antoninus VI. §. 17. VIII. §. 7. Iterum noſter de Vit. M. III. p. 695. B, rationem reddens, cur Moſes deum rogauerit ne ſeditioſorum ſacrificia accipiat, ὅτι καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ θεοφιλοῦς τὸ κατ' αὐτὴν μέρος οὐχ ὑποσιωπᾷ σπεύδουσα μὴ ΕΥΟΔΕΙΝ ἀνοσίους ἀλλ' ἀεὶ τῆς προθέσεως διαμαρτάνειν, *quia deum amantis animus pro ſua parte non tacet, cupiens non proſpere improbos agere, ſed ſemper a propoſito aberrare.* Leg. ad Cai. p. 1010. A, ὅταν αἱ θύραθεν αὖραι μετρίως ψυχραὶ καταπνέωσιν, ΕΥΟΔΕΙ τὰ τῆς ἀναπνοῆς ὄργανα ταῖς εὐκρασίαις, *vbi extrinſecus aurae mediocriter frigidae afflarint, bene reſpirationis inſtrumenta iſta temperie afficiuntur.* Add. io. alberti ad Gloſſarium N. T. p. 137.

v. 22. Μαρὰν ἀθά) Diſtincte legendum eſſe oſtendit mangevs ad Philon. p. 522. To. II. Significat autem ex lingua Syriaca *dominus venit.* Vid. albert. ad Gloſſar. N. F. p. 43. et 141. vbi coniunctim legitur Gloſſa, Μαραναθάν· ὁ Κύριος ἦλθεν. Vim vocis indicat Philo in Flacc. p. 970. D, ἐξήχη βοή τις ἄτοπος Μάριν ἀποκαλούντων· οὕτως δέ φασιν τὸν Κύριον ὀνομάζεσθαι παρὰ Σύροις· *inconditus quidam perſonuit clamor Marin appellantium, quod nomen Syris ſignificat dominum.*

IN

IN EPISTOLAM POSTERIOREM AD CORINTHIOS.

CAPVT II.

v. 5.

Ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ πάντας ὑμᾶς) *Ne vobis moleſtus ſim.* Philo de Exſecr. p. 935. B, ΕΒΑΡΥΝΑΝ μὲν ἀνθρώπους ἀσθενεστέρους οἱ δυνατότεροι συνεχέσι καὶ ἀδιαστάτοις ἐπιτάγμασιν· ΕΒΑΡΥΝΑΝ δὲ καὶ τὰς ἀρούρας ἀεὶ κέρδη μεταδιώκοντες ἐκ πλεονεξιῶν ἄδικα, *grauarunt homines infirmiores ipſis, continuis laborum exactionibus, grauarunt agros lucris indeſinenter per auaritiam quaeſitis.* Alias eodem valore dicitur κακοῦν et φθείρειν infra VII, 2.

v. 6. Ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία) Vocabulum ἡ ἐπιτιμία ſignificat *honorem:* caput, integritatem famae iurisque ciuilis apud Demoſthenem quidem in Ind. REISK. et apud Iudaeum Alexandrinum libr. Quis rer. diu. her. p. 485. C, σύ μοι δέσποτα ἡ πατρὶς ἡ συγγένεια — σὺ ἡ ΕΠΙΤΙΜΙΑ, *Tu mihi domine es patria, tu cognatio, — tu HONOR.* In Flacc. p. 976. C, ἔστι γὰρ ἐστι καὶ ἐν ἀτιμίᾳ βραχύ τι τῶν εἰς ΕΠΙΤΙΜΙΑΝ εὑρεῖν, καὶ ἐν ὕβρει παραφερόμενόν τι τῶν εἰς τὸ ἀνύβριστον, *Licet enim, licet etiam in dedecore aliquid honoris reperire et in ignominia cernitur aliquid quod pertineat ad eam mitigandam.* Hic eadem notione nomen ἐπιτιμίας ponitur, qua ſaepius τὰ ἐπιτίμια apud auctores probos dicuntur, nempe pro *poena legibus conſtituta.* Lycurgus contra Leocrat. p. n. 159. ed. TAYLOR.

TAYLOR. ὁ κατήγορος [πέφυκε] μηνύειν τὰς ἐνόχους τοῖς ἐκ τῶν νόμων ΕΠΙΤΙΜΙΟΙΣ καθεστῶτας; *accuſator ſolet denuntiare eos, qui ſint legum poenae obnoxii.* Philonis de Praem. et Poenis liber, inſcribitur περὶ ἄθλων καὶ ΕΠΙΤΙΜΙΩΝ, et init. eiusdem, τὸ ἱστορικὸν μέρος, ἀναγραφὴ πονηρῶν καὶ σπουδαίων βίων ἐστι, καὶ τὰ ὁρισθέντα ἑκατέροις ΕΠΙΤΙΜΙΑ καὶ γέρα ἐν ἑκάσταις γενεαῖς, *pars hiſtorica vitas malorum bonorum que continet et vtriusque generis cum poenas tum praemia in ſingulis aetatibus.* Et paullo poſt, μέτειμι κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἐπὶ τὰ προτεθέντα καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἆθλα καὶ τοῖς πονηροῖς ΕΠΙΤΙΜΙΑ, *nunc, ſeriem rerum ſecutus tranſeo ad propoſita bonis praemia, poenasque maleficis debitas.* De Nom. Mut. p. 1082. E, Μωσῆς τὴν μὲν γνώμην ἐγκλημάτων καὶ ΕΠΙΤΙΜΙΩΝ ἀπήλλαξεν, *Moſes mentem quidem a criminibus et poenis liberauit.* Add. de Reſip. No. p. 280. D, de Spec. legg. p. 773. D.

v. 17. Οὐ γάρ ἐσμεν — καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ) Ἐσμὲν καπηλεύοντες pro καπηλεύομεν non ſolum ex Hebraiſmo, ſed etiam ex Graecae Linguae vſu dicitur. Vid. Miſcell. Obſſ. Vol. I. p. 149. Nec pauca huius formae Philo, cultiſſimae orationis ſcriptor praebet exempla. Verbum autem καπηλεύειν nonnulli accipiunt pro κιβδηλεύειν, *adulterinum facere,* quam vim etiam habet in nonnullis dicendi formis, tanquam cum dicuntur lucripetae, καπηλεύειν τὸν οἶνον: ſed iſta ſignificatio non eſt propria. Etenim prima et propria verbi notio eſt, *cauponem agere, quaeſtum ſequi mercatorium,* omnino, *vendere, pretio quamcunque rem permutare.* Philo de Carit. p. 707. C, ὡς ἑταίραν τὸ τῆς ὥρας ἄνθος ΚΑΠΗΛΕΥΟΥΣΑΝ, *vt meretricem formae florem venditantem.* Leg. ad Cai. p. 1021. D, de Apelle quodam ὃς ἀκμῇ μὲν τῆς πρώτης ἡλικίας, ὥς φασιν ΕΚΑΠΗΛΕΥΣΕ τὴν ὥραν, *qui in primae aetatis flore,*

vt

vt fertur, formam vendiderat. Sicuti apud Tibullum I, 13, 51.

Sit procul a nobis FORMAM cui VENDERE cura eſt.

Petron. 126. *FORMAM proſtituis vt VENDAS.* Hinc igitur intelligi poteſt καπηλεύειν τὸν λ. τ. Θ. eſſe, in Euangelio tradendo aliud pretium quam ſalutem animorum, hoc eſt vel laudis et gloriae, vel opum et facultatum quaerendarum cauſſam ſpectare. Conf. 1 Theſſ. II, 5. ſeqq. Sic plane *cauponanteis bellum* apud Ennium Ann. p. 61. Ed. HESSELII, pro iis, *qui ob quaeſtum pugnant:* ad quem locum dicendi formas καπηλεύειν μάχην, ex Aeſchylo, καπηλεύειν εἰρήνην χρυσίῳ, ex Herodoto profert HIERON. COLVMNA. Add. SALMASIVS Obſſ. ad I. A. p. 172.

Capvt III.

v. 5. Οὐχ ὅτι ἱκανοί ἐσμεν) *Non quod poſſimus.* Apud optimum quemque ſcriptorum ἱκανὸν εἶναι pro *poſſe, valere, idoneum eſſe* paſſim reperitur. Nos autem qui nunc potiſſimum Philone vtimur, hanc ex illo ſignificationem demonſtrandam ſumſimus. De Opif. p. 4. D, de deo, τίς ἂν εἴη τῶν δυνάμεων αὐτοῦ τόπος ἕτερος ὃς γένοιτ' ἂν ΙΚΑΝΟΣ — μίαν ἄκρατον ἡντινοῦν δέξασθαί τε καὶ χωρῆσαι, *Quis enim alius poſſit eſſe locus virtutum dei, idoneus ad concipiendam — vnam tantum ſimpliciſſimam ideam.* Leg. Alleg. II. p. 87. C, ὁ προκόπτων — ΙΚΑΝΟΣ οὐκ ἐστι πᾶσαν ἡδονὴν διώσασθαι. *Proficiens — non poteſt omnem voluptatem expellere.* Eod. l. p. 92. C, ὁ θεῖος λόγος ὀξυδερκέστατός ἐστιν ὡς πάντα ἐφορᾶν εἶναι ΙΚΑΝΟΣ, *ratio diuina cernit acutiſſime, ita vt omnia perluſtrare poſſit.* De Sacrif. Ab. et Ca. p. 132. A, τίς γὰρ ἂν γένοιτο ΙΚΑΝΟΣ, τὴν πρὸς τὸν ὄντα μετανάστασιν ψυχῆς τελείας κατανοῆσαι· *Quis poſſit migrationem animae perfectae ad eum,*

Qui

Qui eſt, cogitatione comprehendere. Pag. 150. B, ὁ περὶ ἀγαθῶν καὶ καλῶν τελείων πόνος κἂν ὑστερίζῃ τοῦ τέλους, ΙΚΑΝΟΣ ἐξ αὐτοῦ προσωφελῆσαι τοὺς χρωμένους, *Qui bonarum rerum et perfectae honeſtatis cauſſa ſuſcipitur labor, etiamſi ad ſcopum non perueniat, per ſe ipſe ad iuuandos qui eo vtuntur, idoneus eſt.* Quod det. inſ. pot. p. 160. E, ἡ ἐπιμένουσα τοῖς καλοῖς ψυχὴ ΙΚΑΝΗ μέν ἐστι τὴν αὐτομαθῆ σοφίαν καταλαμβάνειν — οὔπω δὲ ΔΥΝΑΤΗ τὸν τῆς σοφίας ἡγεμόνα θεὸν ἰδεῖν, *Anima in honeſtate perſeuerans poteſt quidem ſapientiam per ſe docilem comprehendere — ſed nondum tamen deum ſapientiae auctorem videre.* Pag. 163. B, in re medica οἱ μὲν περὶ λόγους εἰσὶ δεινοὶ, σημείων καὶ αἰτίων καὶ θεραπείας ἐξ ὧν ἡ τέχνη συνέστηκεν, ἑρμηνεῖς ἄριστοι· τὰ δὲ πρὸς καμνόντων ἐπιμέλειαν σωμάτων φαυλότατοι, τῶν εἰς ἴασιν ἀλλ᾽ οὐδὲ τὸ μικρότατον παραχεῖν ΙΚΑΝΟΙ, *quidam vehementer facundi, ſignorum et cauſſarum et curationum, ex quibus ars conſtat, interpretes optimi, in tractandis autem aegrorum corporibus peſſimi, ne minimam quidem medelam adhibere poſſunt.* De Agric. p. 201. A, ἐὰν — ἤδη νομίσῃς ΙΚΑΝΟΣ εἶναι δύνασθαι κρατεῖν ἵππων, ἀναβὰς ἔχου τῶν ἡνίων, *Si — tibi viſus fueris poſſe regere equos, aſcende et habenas arripe.* Tantum non res ipſa loquitur, in his verbis τὸ δύνασθαι e gloſſemate in textum irrepſiſſe adeoque delendum eſſe. Caeterum illud ipſum mirum in modum nobis in hac ſignificatione intellegenda fauet. De Temul. p. 244. D, τῶν δωρεῶν ΙΚΑΝΟΣ οὐδεὶς χωρῆσαι τὸ ἄφθονον πλῆθος· *Donorum ingentem numerum capere nemo poteſt.* Pag. 267. D, τὸ μὴ ἑαυτῷ μαρτυρεῖν ΙΚΑΝΟΝ, τῆς δ᾽ ἀφ᾽ ἑτέρου χρῄζων συνηγορίας ἀβέβαιον εἰς πίστιν, *Quidquid de ſe ipſum teſtari non poteſt, egens alterius patrocinio, fidem infirmam habet.* Pag. 271. B, πᾶς δημιουργὸς ἡδονῆς σοφίας ἐστὶν ἄγονος — διὰ τοῦτο μηδὲ διδόναι, μηδὲ λαμβάνειν τὰ πρὸς ἀφθαρσίαν ΙΚΑ-

NON

NON εἶναι σπέρματα etc. *decretum ſtatuitur vtiliſſimum omnem opificem voluptatis eſſe ad gignendam ſapientiam ineptum — et propterea nec indere nec excipere poſſe immortalitatis ſemina.* Eod. libro extremo: precamur deum ἵνα γενναίους καὶ ἄῤῥενας ὡς ἀληθῶς καρποὺς καὶ λόγους χαρίσηται, ΔΥΝΑΜΕΝΟΥΣ μὲν σπείρειν καλὰς πράξεις, ΔΥΝΑΜΕΝΟΥΣ δὲ συναύξειν ἀρετὰς, ΙΚΑΝΟΥΣ δὲ τὴν εὐδαιμονίας ἅπασαν συνέχειν — συγγένειαν, *vt largiatur nobis fructus ac rationes vere maſculas, a quibus ſeminari poſſint actiones honeſtae et virtutes incrementum accipere, et omnis felicitatis familia conſeruari.* In quo loco aperte δύνασθαι et ἱκανὸν εἶναι pro Synonymis ponuntur. De Conf. Ling. p. 341. C, εἰ μήπω ΙΚΑΝΟΙ θεοῦ παῖδες νομίζεσθαι γεγόναμεν, ἀλλά τοι τῆς ἀϊδίου εἰκόνος αὐτοῦ λόγου τοῦ ἱερωτάτου, *Si nondum idonei ſumus vt dei filii habeamur, ſimus ſaltem ſermonis illius ſacratiſſimi qui eius aeterna imago eſt.* Pag. 357. C, οὔτε γὰρ διδασκαλίαν ἄνευ φύσεως καὶ ἀσκήσεως τελειωθῆναι ΔΥΝΑΤΟΝ· οὔτε φύσις ἐπὶ πέρας ἐστὶν ἐλθεῖν ΙΚΑΝΗ δίχα τοῦ μαθεῖν καὶ ἀσκῆσαι· *Nec doctrina ſine natura et exercitatione perfici poteſt, nec natura ad optatam metam peruenire, absque diſciplina et meditatione.* Lib. 1. de Vit. Moſ. p. 608. E, ἐπὶ δὴ τούτοις ἀθυμῶν καὶ δυσχεραίνων διετέλει μηδ' ἀμύνασθαι τοὺς ἀδικοῦντας, μήτε βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις ΙΚΑΝΟΣ ὤν· *Haec ille continuo indigniſſime ferebat, cum nec prohibere iniuriam POSSET, nec oppreſſis ſuccurrere.*

v. 7. Ὥστε μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ πρόσωπον Μωσέως, διὰ τὴν δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ) Haec Philo his verbis refert 3. Vit. Moſ. p. 665. A, εἰς γὰρ ὄρος ὑψηλότατον καὶ ἱερώτατον τῶν περὶ τὸν τόπον ἀνελθὼν προστάξεσι θείαις, ὅπερ ἀπρόσιτον καὶ ἄβατον ἦν, εἰς ἐκεῖνον λέγεται διαμεῖναι τὸν χρόνον, οὐδὲν ἐπιφερόμενος τῶν εἰς ἀναγκαίαν ἀπόλαυσιν

λαυσιν τροφῆς, καὶ ἡμέραις ὕστερον — τετλαράκοντα κατέβαινε, πολὺ καλλίων τὴν ὄψιν, ἢ ὅτε ἀνήει, ὡς τὲς ὁρῶντας τεθηπέναι καὶ καταπεπλῆχθαι καὶ μηδὲν ἐπιπλέον ΑΝΤΕΧΕΙΝ ΤΟΙΣ ΟΦΘΑΛΜΟΙΣ ΔΥΝΑΣΘΑΙ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΠΡΟΣΒΟΛΗΝ ΗΛΙΟΕΙΔΟΥΣ ΦΕΓΓΟΥΣ ἀπαστράπλοντος. *Cum enim adſcendiſſet ſacrum montem in eo tractu celſiſſimum deo iubente, quod alioqui nemini licuit impune facere, fertur ibi duraſſe quadraginta diebus quamuis nihil ſecum tulerat quo naturali deſiderio ſatisfaceret. attamen exacto ibi tanto tempore, reuerſus ad ſuos praeſtolantes ad montis radicem, viſus eſt pulcrior quam cum adſcenderet: adeo vt ſtupentes miraculo NE OBTVERI quidem POSSENT EIVS OS SPLENDORE SOLARI FVLGIDVM.*

v. 18. Κατοπλριζόμενοι) Κατοπλρίζεσθαι *in ſpeculum intueri, eaque res quae conſpicitur* ἐν κατόπλρῳ διαφαίνεσθαι *dicitur apud Philonem* de Opif. m: p. 16. E. Haec in Muſeo Bremenſi obſeruat ALBERTVS. Sed κατοπλρίζεσθαι eſt potius, *in ſpeculo ſe*, vel *aliquid intueri*, quam notionem tenet apud Philonem 2. Alleg. p. 79. E, vbi Moſen precatum fuiſſe refert: μὴ γὰρ ἐμφανισθείης μοι δι᾽ ἐρανῦ, ἢ γῆς, ἢ ὕδατος, ἢ ἀέρος, ἤ τινος ἁπλῶς τῶν ἐν γενέσει, μηδὲ ΚΑΤΟΠΤΡΙΣΑΙΜΗΝ ἐν ἄλλῳ τινὶ τὴν σὴν ἰδέαν ἢ ἐν σοὶ τῷ Θεῷ. *Nolo mihi te oſtendas per caelum, terram, aquam, aerem, aut quidquid creatum: nec in vlla re alia tanquam in ſpeculo contempler tuam ſpeciem, praeterquam in te deo.* Quam verbi notionem pluribus confirmat DRESIGIVS de V. M. N. T. I, 68. h. l. videtur habere ſimplicem *ſpectandi* notionem, ſicut etiam ἐνοπλρίζεσθαι, reſpectu tamen ad ſpecula habito, apud Philon. de migr. Abr. p. 403. C, ἵν᾽ οἱ μέλλοντες ἱερεργεῖν ΕΝΟΠΤΡΙΖΟΝΤΑΙ ἑαυτὲς, κατὰ μνήμην τῶν ἐσόπλρων ἐξ ὧν ὁ λετὴρ δεδημιέργηται. *Vt ſacra facturi — ſe ipſos ſpecularentur admoniti a ſpeculis, ex quibus labrum factum eſt.*

CAPVT

Capvt IV.

v. 2. Ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης) Verbi ἀπειπεῖν in Actiuo, inter ceteras ſignificationes hanc etiam frequentant veteres Graeci ſcriptores qua denotat *vetare: interdicere alteri.* Philo de Decal. p. 763. D, κλέπτειν δὲ ΑΠΕΙΠΩΝ, εὐθὺς ψευδομαρτυρεῖν ἀπαγορεύει, *poſt vetitum furtum mox vetat falſum teſtimonium.* Et p. 778. B, τὸ περσικὸν ἔθος εὐθὺς ἀποστραφεὶς καὶ μυσαξάμενος ΑΠΕΙΠΕΝ ὡς μέγιστον ἀνοσιούργημα, *Perſarum conſuetudinem*, ſc. in iungendis nuptiis cum matribus et ſororibus, *odio eius indignationeque correptus, tanquam maximum flagitium lege prohibuit.* Haec vnice apta eſt ad explicandum Medii vſum qua eſt aliquid *fugere: omittere*, vel *ſemet ab aliqua re continere*, vt ſcite docet Dresigivs de Verb. M. N. T. I, 16. Quam confirmat Maxim. Tyr. Diſſert. V, 5. Ἄμασις ΑΠΕΙΠΑΤΟ Πολυκράτην, *Amaſis neglexit Polycratem.* Plutarch. Coriol. c. 8. τῶν δ' ΑΠΕΙΠΑΜΕΝΩΝ, *cum detrectarent pugnam.* Thomas Magiſter: Ἀπειπάμην κάλλιον ἢ ἀπεῖπον. Moeris: Ἀπειπάμην Ἀττικῶς (ſic enim legendum eſſe conſtat inter Interpretes) ἀπεῖπον Ἑλληνικῶς. Quibuscum facit etiam Phauorinus. Nec tamen adhuc iſtius praecepti ſententia ſatis perſpicua eſt.

v. 7. Ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως) Eleganter pro ὑπερβάλλουσα δύναμις, *ſumma vis.* Sic Philo 2 Alleg. p. 46. C, ΥΠΕΡΒΟΛΗΝ πλούτου, *immenſas, ſummas copias.* Quod deus ſ. immut. p. 294. E, χρεῖος δ' οὐδενὸς ὢν κελεύει προσφέρειν αὐτῷ δι' ΥΠΕΡΒΟΛΗΝ τῆς πρὸς τὸ γένος ἡμῶν εὐεργεσίας, *Nullius rei indigus offerri ſibi poſtulat propter ſummam erga genus noſtrum benignitatem.* P. 296. D, vbi impium eſſe ait, deum exiſtimare poenituiſſe creationis hominum, ἴστωσαν ὅτι ταῦτα δοξάζοντες ἐπιλαφρίζουσι — τὰ τῶν παλαιῶν

ἐκείνων ἁμαρτήματα, δι' ΥΠΕΡΒΟΛΗΝ τῆς περὶ αὐτοὺς ἀθεότητος. *Sciant ſe iſtiusmodi opinione extenuare priſcorum hominum peccata, ſuae impietatis magnitudine.* De Conf. Ling. p. 355. A, Magna et praeclara largiri deum σαφεστάτη πίστις αἱ τῶν χαρίτων ΥΠΕΡΒΟΛΑΙ ὧν οὗτος ἔτυχεν, *Argumento eſt gratiarum magnitud·, quas hic conſecutus eſt.* Ibid. p. 357. A, amicos dei dictos eſſe διὰ τὰς ΥΠΕΡΒΟΛΑΣ τῶν ἀρετῶν αἷς συνεβίουν, *propter ſummas virtutes quibuscum vixerunt.* Sic ΥΠΕΡΒΟΛΗ ὠμότητος, *ſumma crudelitas*, de Creat. princ. p. 730. C, μανίας ΥΠΕΡΒΟΛΗ, *ſummus furor,* de Monarch. p. 819. B, ΥΠΕΡΒΟΛΗ τῆς εὐγενίας, *ſumma nobilitas* de Nobilit. p. 906. B, et in multis aliis locis. At ΥΠΕΡΒΑΛΛΟΥΣΑ ΔΥΝΑΜΙΣ eſt ap. Philon. de Opif. m. p. 34. B.

v. 8. Ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι) Operam viri docti nauarunt vt horum verborum in re athletica vſum demonſtrarent, ad quem confirmandum pertinet hic locus Philonis de Tem. p. 258. C, ἔνιοι οὐ τῷ μαλθακωτέροις τοῖς ψυχῆς κεχρῆσθαι τόνοις ἀνέπεσον ἄκοντες, ὑπ' ἐρρωμενεστέρας τῶν ἀντιπάλων ἰσχύος ΠΙΕΣΘΕΝΤΕΣ· ἀλλὰ etc. *Nonnulli non quod molliores animi neruos habeant ſuccumbunt, inuiti oppreſſi adverſariorum validioribus viribus, ſed* etc. Eſt autem πιέζειν idem quod θλίβειν, vnde coniunguntur apud Philonem de Special. Legg. p. 794. D, vbi de infanticidis dicitur, τὰς γὲ μὴν ἀνδροφονίας καὶ τεκνοκτονίας ἐναργεστάταις βεβαιοῦνται πίστεσιν, οἱ μὲν αὐτόχειρες γινόμενοι καὶ τὴν πρώτην εἰσπνοὴν τῶν βρεφῶν πιέζοντες καὶ ΑΝΑΘΛΙΒΟΝΤΕΣ, *Homicidas et infanticidas ſe demonſtrant apertiſſime, qui manibus ſuis, primum infantum ſpiritum elidunt et praefocant.* Sicuti Florus in eadem re de Cimbrorum mulieribus, III, 3, 17. *Suffocatis eliſisque paſſim infantibus*, vbi vid. DVKERVS.

v. 10. Τὴν νέκρωσιν τȣ̃ Κυρίȣ Ἰησȣ̃ ἐν τῷ σώματι περιφέροντες) Aliquid fere ſimile ineſſe putes verbis apud Philonem 2 Alleg. p. 73. C, μὴ γὰρ ἄλλο ποιήσειε ἕκαςος ἡμῶν ἢ ΝΕΚΡΟΦΟΡΕΙΝ τὸ νεκρὸν ἐξ ἑαυτȣ̃ σῶμα, *Quid enim aliud vnusquisque noſtrum facit, quam quod corpus ſuapte natura caducum ſecum fert.* Sed Philo naturalem tantum corporis fragilitatem intellegit, Paullus vero ſummas propter Euangelii praedicationem afflictiones. Περιφέρειν, dixit ſicut Philo Quod pr. lib. p. 883. A, ἀμιγῆ τὴν εὐδαιμονίαν τῆς ἀρετῆς ἑαυτοῖς ΠΕΡΙΦΕΡΟΝΤΑΣ, *ſapientes credimus frui ſincera felicitate, dum ſecum ferunt virtutes.*

v. 17. Τὸ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν) pro ἡ παρȣ̃σα καὶ ἐλαφρὰ θλίψις. Vid. BAVERI Diſſert. *de lect. Thucyd. optima interpret. diſcipl.* p. 15. et 59. Aduerbium pro Adiectiuo optimus quisque ſcriptor ponit. In his Philo de praem. et poe. p. 926. B, vbi de perpetua fertilitate obedientibus a deo promiſſa loquitur, τὸ πλῆθος τῶν γινομένων ἐξαρκέσει καὶ πρὸς τὴν ΠΑΡΑΥΤΙΚΑ χρῆσιν καὶ ἀπόλαυσιν καὶ πρὸς τὴν τȣ̃ μέλλοντος ἄφθονον περιȣσίαν· *Copioſi prouentus, et ad praeſentes vſus et ad reponendum in futurum ſufficient.*

Capvt V.

v. 3. Εἴ γε καὶ ἐνδυσάμενοι ȣ̓ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα) ἐνδυσάμενοι eſt: *in corpore:* γυμνοὶ *ſine corpore:* in proximis, ἐπενδυσάσθαι *cum corpore ſpirituali poſt reſurrectionem.* Sic MARKLANDVS ad Maxim. Tyr. Diſſert. XIII, 5. vbi eodem intellectu eſt γυμνωθῆναι; qui illuſtrationis cauſſa vtitur loco Philonis, quem is perperam laudat e libris de vita Moſis, eſt enim de Charit. p. 701. A, de Moſe iam moriente: ἐκ τȣ̃ καθ' ὀλίγον συνησθάνετο τῆς ἐξ ὧν συνεκέκρατο διαζεύξεως, τȣ̃ μὲν σώματος ὀςέȣ δίκην περιαιρȣμένȣ, τῆς δὲ ψυχῆς

ΑΠΟΓΥΜΝΟΥΜΕΝΗΣ, *ſenſit paullatim ſeparationem rerum e quibus concretus fuiſſet, corpore teſtae in morem diſcedente nudanteque animum.* Addamus Platonem Crat. 20. καὶ ὅτι ἡ ψυχὴ ΓΥΜΝΗ τοῦ σώματος παρ' ἐκεῖνον ἀπέρχεται, *quod animus corpore nudus ad orcum abit.* Animus enim in corpore, vt nucleus incluſus putamine vel κειμήλιον pretioſum theca viliori reconditum, habetur. Conf. 2 Cor. IV, 7. vbi σκεῦος corpus dicitur, vnde etiam ἀγγεῖον, de quo vid. ad 1 Theſſ. IV, 4. σκῆνος denique ſupra v. 1. vnde σκηνῶσαι Ioh. I, 14. *corpus habere*, vt vult PEARCIVS ad Longin. 32.

v. 9. Εὐάρεστοι αὐτῷ εἶναι) Philo de Ioſeph. p. 554. D, vbi Iacobus abeuntibus in Aegyptum filiis praecepiſſe commemoratur, ἐπιφέρεσθαι μέντοι καὶ τὰς ἡμετέρας εὐχὰς ἃς πρὸς τὸν σωτῆρα ποιοῦμεθα θεὸν, ἵνα καὶ ΕΥΑΡΕΣΤΟΙ τοῖς ἐγχωρίοις ξενιτεύοντες ΗΤΕ, *inſuper etiam meas afferte preces quas ad ſeruatorem deum facio, vt apud indigenas vos hoſpites gratioſi ſitis.*

v. 14. Ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς) Vertunt fere συνέχει, *impellit:* cur non *continet?* Hinc apud Lucam XIX, 43. συνέχειν de iis qui vrbem cingunt, item XXII, 63. οἱ συνέχοντες τὸν Ἰησοῦν, vbi eſt idem quod κρατεῖν. Ac Philo alicubi coniungit συνέχειν et φυλάττειν, tum etiam ei verbo addit περιέπειν, quod in primis huc facit: de Leg. ad Cai. p. 1016. E, ΣΥΝΕΙΧΕ καὶ περιεῖπε τὸν Γάϊον, *continebat adſectabaturque Caium.*

v. 20. Καταλλάγητε τῷ Θεῷ) Quemadmodum Matth. V, 24. vbi vid. quae annotauimus, διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ eſt: *in gratiam redi cum altero*, ſic hoc loco, *in gratiam redite cum deo.* Eodem ſenſu eſt apud Philonem de Decal. p. 757. A, cui ibi opponitur, ἀσπονδεῖν et πολεμεῖν, κἂν μὲν ἰσχύσῃ πεῖσαι, γεγηθὼς ΚΑΤΑΛΛΑΤΤΕΤΑΙ, μὴ δυνηθεὶς δὲ ἀσπονδεῖ, πολεμεῖ, *Si perſuadere potuerit, gaudens accuſatum recipit in gratiam,*

gratiam, *ſin minus*, *iraſcitur et hoſtiliter agit.* Sic ΚΑΤΑΛΛΑΓΑΙ de Charit. p. 713. B, *reconciliatio gratiae.* add. p. 707. D.

Caput VI.

v. 14. Τὶς δὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος;) Sic apud Philonem Leg. ad Cai. p. 1007. C, τίς ἂν ΚΟΙΝΩΝΙΑ πρὸς Ἀπόλλωνα τῷ μηδὲν οἰκεῖον ἢ συγγενὲς ἐπιτετηδευκότι. *Quid igitur commune habet cum Apolline qui nihil unquam fecit ſimile?*

v. 16. Τὶς δὲ συγκατάθεσις) *Quinam conſenſus?* Philo eadem notione 3. de V. M. p. 687. C, ἀρνήσεως καὶ ΣΥΓΚΑΤΑΘΕΣΕΩΣ μεταξὺ φορούμενος ἱκετεύει τὸν αὐτὸν δικαστὴν γενέσθαι καὶ χρησμῷ τὴν κρίσιν ἀναφῆναι, *Inter aſſenſum et negationem pendens ad ſupplicationem ſe vertit, vt ipſe Deus oraculo decerneret.*

Ὑμεῖς γὰρ ναὸς Θεοῦ ἐστε ζῶντος.) Aliud domicilium deo nullum, praeter animum, conuenire affirmat etiam Philo de Cherub. p. 125. B, Ἀξιόχρεως μέντοιγε ΟΙΚΟΣ ΨΥΧΗ ἐπιτήδειος· ΟΙΚΟΝ οὖν ἐπίγειον τὴν ἀόρατον ΨΥΧΗΝ τοῦ ἀοράτου ΘΕΟΥ λέγοντες ἐνδίκως καὶ κατὰ νόμον φήσομεν, *Dignum eo domicilium animus eſt, modo idoneus. Igitur domum in terris animum inuiſibilem inuiſibilis dei dicentes recte et legitime loquemur.* De Somn. p. 587. E, σπούδασον ὦ ψυχὴ θεοῦ ΟΙΚΟΣ γενέσθαι ΙΕΡΟΝ ΑΓΙΟΝ, *da operam anime vt fias dei domus et ſanctuarium.*

Ἐμπεριπατήσω) Ad eundem locum e Leuit. XXVI, 12. deſumtum] reſpicit Philo de Nom. mut. p. 1085. E, ait enim de deo: παντὸς μὲν ἀσεβοῦς μακρὰν ἀφέστηκεν, ἀρετώσαις δ' ΕΜΠΕΡΙΠΑΤΕΙ ψυχαῖς· περιπατήσω γάρ, φησι ἐν ὑμῖν καὶ ἔσομαι ὑμῶν θεός, *longe ab omni impio refugit, animis autem virtuti deditis obuerſatur. Ambulabo enim inter vos, inquit et*

ero deus veſter. Item, de Somn. l. c. ταῖς τῶν ἄκρως ἐκκεκαθαρμένων διανοίαις ἀψοφητὶ μόνος καὶ ἀοράτως ὁ τῶν ὅλων θεὸς καὶ ἡγεμὼν ΕΜΠΕΡΙΠΑΤΕΙ, *purgatiſſimas quidem mentes ſolus deus omnipotens inſenſibiliter inuiſibiliterque dignatur inuiſere.*

v. 17. Ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε) Sic Philo 2. Vit. Moſ. p. 662. D, μηδενὸς ἀδικήματος ἑκουσίου ΠΡΟΣΑΨΑΣΘΑΙ, *purum ſe a ſcelere voluntario ſeruare.* De Ioſ. p. 528. B, ΕΦΑΨΑΣΘΑΙ τοῦ μιάσματος, *contagio ſceleris pollui* ſc. fratris occidendi. Quod prob. lib. p. 885. D, Παιδείας ΑΨΑΜΕΝΟΙ, *diſciplinae liberalis participes.* Intelligitur hinc quoque τὸ ἀκάθαρτον eſſe, τὸ ἀσεβές; τὸ μίασμα.

Caput VII.

v. 2. Οὐδένα ἐφθείραμεν) De hominibus aliisque rebus vſurpatum φθεῖραι et διαφθεῖραι non ſemper denotat *perdere*, *interimere*, verum etiam *vexare*, *affligere*, *vires frangere*. v. abresch. Dilucidatt. Thuc. p. 267. Vertamus ergo haec: *iniuſte neminem laeſimus*, *nullius commodo aut ſaluti obfuimus.* Philo 1. Vit. Moſ. p. 649. D, feminae auctore Bileamo Iudaeis obiectae, τὰ μὲν σώματα λαγνείαις, τὰς δὲ ψυχὰς ἀσεβείᾳ τῶν χρωμένων ΔΙΕΦΘΕΙΡΑΝ, *ingentem claedm, cum libidine corporibus, tum animabus impietate inflixerunt.* De Leg. ad Cai. p. 1005. A, ſemideorum propter praeclare facta immortalitatem conſecutorum inſignia et honores affectans Caius dicitur κακωτὴς καὶ ΔΙΑΦΘΟΡΕΥΣ ὧν ἔδρασαν ἐκεῖνοι, *qui malefactis ſuis noceat et obſit iſtorum beneficiis.*

v. 6. Ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινοὺς) Per Hebraiſmum ταπεινοὶ dicuntur *afflicti*, vid. drvsivs ad h. l. Ad afflictionum tantum ſpeciem refertur hoc nomen etiam apud Philonem libro Quod det. pot. inſ.

p. 161. C,

p. 161. C, Οἱ λεγόμενοι Φιλάρετοι ἄδοξοι χεδὸν ἅπαντες, εὐκαταφρόνητοι, ΤΑΠΕΙΝΟΙ, τῶν ἀναγκαίων ἐνδεεῖς, ὑπηκόων, μᾶλλον δὲ καὶ δέλων ἀτιμότεροι, *Qui virtutis amatores vocantur propemodum omnes, contemti, humiles, egeni, ſubditis vel potius ſeruis viliores* etc. Ταπεινὰς πόλεις, *humiles ciuitates.* Iſocr. Pan. vbi vid. MOR. p. 48.

v. 10. Ἡ τȣ̃ κόσμȣ λύπη θάνατον κατεργάζεται) *Triſtitia de rebus terrenis, mortem vel ipſam, vel aſſiduos angores morti proximos affert.* Simillima vſus forma dicendi Philo Leg. ad Cai. p. 1026. C, ὀργαὶ δεσπότȣ ΘΑΝΑΤΟΝ ΑΠΕΡΓΑΖΟΝΤΑΙ, ἢ παραπλησιόν τι θανάτῳ, *Ira domini mortem affert, aut quiddam morti proximum.*

Capvt VIII.

v. 3. Κατὰ δύναμιν [μαρτυρῶ] καὶ ὑπὲρ δύναμιν αὐθαίρετοι) *Ad aequam viribus, quin etiam ad maiorem quam pro veſtris facultatibus liberalitatem promti.* Eandem ſententiam Philo, narrationem defenſarum per Moſen ab Aegyptiorum iniuria virginum, aquam petentium, ingreſſus, eleganter his verbis exprimit 1 de Vit. Moſ. p. 610. D, ΤΗΣ ΥΠΟΥΣΗΣ ΔΥΝΑΜΕΩΣ ἐςὶν ὅτε ΠΛΕΟΝ ἐνεανιεύετο ΔΥΝΑΜΙΝ ΑΥΘΑΙΡΕΤΟΝ τὸ δίκαιον ἡγȣ́μενος, *nonnumquam audentior quam pro viribus erat; promtam et ſpontaneam ineſſe iuſtitiae vim exiſtimans.* Caeterum vocis αὐθαίρετος Grammaticorum veterum explicationes videantur apud ALBERTVM ad Gloſſarium N. T., p. 143.

v. 12. Εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται) *Si promtus ad benefaciendum animus adſit,* ſiue, *ſi ad promtum animum reſpexeris.* Προκεῖσθαι ſaepius ea dicuntur quae *adſunt*, vt in illo Homerico Il. I, 91. etc. Οἱ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοιμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον, de cibis appoſitis. Hinc πρόκειται in Gloſſa apud Heſychium,

quae huc procul dubio pertinet, explicatur παράκειται, quemadmodum etiam Philo leg. Alleg. 3. p. 1099. C, ΠΑΡΑΚΕΙΤΑΙ δὲ ἡ αἰτία, *Additur vero cauſſa.* Ac eleganter quoque προκεῖσθαι dicuntur, *quae animus, tanquam finem, propoſita habet, quae ſequitur, quae expetit.* Sic Philo de Agric. p. 196. D, ἐπειδὴ περὶ τῶν ἐν ψυχῇ δυνάμεων — ΠΡΟΚΕΙΤΑΙ σκοπεῖν, *quoniam animi facultates — conſiderare propoſitum eſt.* Lib. de her. rer. diu. initio: νυνὶ δὲ ΠΡΟΚΕΙΤΑΙ ζητεῖν τὶς ὁ τῶν θείων πραγμάτων κληρονόμος ἐστίν· *nunc propoſitum eſt quaerere, quis rerum diuinarum heres ſit.* Eod. libr. p. 517. A, ΠΡΟΚΕΙΤΑΙ δὲ νῦν οὐ περὶ τούτων ἀκριβολογεῖσθαι, *Non hoc nunc agitur vt de his accurate diſputemus.* De Ioſepho p. 544. A, ΠΡΟΚΕΙΤΑΙ μετὰ τὴν ῥητὴν ἀπόδοσιν καὶ τὴν τροπικωτέραν ἐξετάζειν, *propoſitum eſt, poſt rei narrationem etiam figuram explicare.* Item 1. de Vit. Moſ. p. 626. A, de Moſe ita refert, ΠΡΟΥΚΕΙΤΟ ἐν αὐτῷ τέλος ἀναγκαιότατον ὀνῆσαι τοὺς ἀρχομένους, καὶ πάνθ' ὑπὲρ τῆς τούτων ὠφελείας ἔργῳ καὶ λόγῳ πραγματεύεσθαι. *Vnum enim praeſtantiſſimum finem propoſitum habebat iuuare quibus imperaret, et dictis factisque eorum conſulere vtilitati.*

v. 22. Ἐν πολλοῖς πολλάκις σπουδαῖον) Eleganter Graeci Latinique frequentant figuram ſermonis, qua verba priores easdem ſyllabas habentia iunguntur. Sic Philo de Temul. p. 270. C, ἔφαμεν τοίνυν ἐκ τοῦ μεθύειν τὴν ΠΟΛΛΟΥΣ ΠΟΛΛΑΚΙΣ μεγάλα βλάψασαν γαστριμαργίαν δηλοῦσθαι, *diximus igitur temulentiae nomine, quod MVLTIS MVLTVM ſaepe nocuit ignaui ventris ſtudium indicare.*

Capvt IX.

v. 4. Ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ τῆς καυχήσεως) Ὑπόστασιν τῆς καυχήσεως vocat Paullus *fiduciam tam certam*

certam et firmam, vt de Corinthiis gloriari auderet. Vocem autem ὑποστάσεως ſignificare *fiduciam*, ex eo intelligitur, quod verbum ὑφίστασθαι inter alia denotat *tolerare, perferre.* Cuius poteſtatis exemplum eſt apud Philonem de Sacr. Ab. et Ca. p. 149. E, vbi aſini naturam ſymbolum conſtantiae in labore perferendo proponit, μὴ ὀλιγώρως μηδὲ ῥαθύμως, ἀλλὰ μετὰ φροντίδος τῆς πάσης παρεσκευακότα τὴν σαυτοῦ διάνοιαν ΥΠΟΣΤΗΝΑΙ καρτερῶς πάντα κάματον, *ne ſegniter nec remiſſe, ſed cum cura ſumma praeparata mente toleremus fortiter omnem laborem.* Cernitur autem fiducia in conſtanti et immota rerum ſperandarum exſpectatione, πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις, Hebr. XI, 1. Quodſi ὑπόστασιν ad *certitudinem* referas, praeſidium habebis loci de Confuſ. Ling. p. 348. A, vbi monet auctor, in interpretandis oraculis diuinis putari debere τὰ μὲν ῥητὰ τῶν χρησμῶν σκιάς τινας ὡσανεὶ σωμάτων εἶναι, τὰς δ᾽ ἐμφαινομένας δυνάμεις τὰ ΥΦΕΣΤΟΤΑ ἀληθείᾳ πράγματα, *diuina oracula eſſe quasdam umbras corporum: caeterum quae his ſignificentur vires, eſſe res certiſſimas.* De Ioſeph. p. 544. A, μόνον ἔν τι ΥΦΕΣΤΑΘΩ καλοκαγαθίας ἐμπύρευμα ταῖς ψυχαῖς, *modo ſubſidat aliqua in animo probitatis ſcintilla.*

v. 7. Ἕκαστος καθὼς προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ) Multis profecto controuerſiis res chriſtiana ſuperſedere potuiſſet, ſi veram vim verborum προαιρεῖσθαι, et προτίθεσθαι nominumque inde deductorum recte perſpectam ex vſu Graecorum ſcriptorum habuiſſent, qui ſe interpretes librorum diuinorum profiterentur. Nihil aliud eſt προαιρεῖσθαι in hoc Paulli loco, quam *velle*, qua notione exſtat apud optimum quemque auctorem. Non enim placere cuiquam poſſe nonnullorum rationem putamus, qui praepoſitioni πρὸ ineſſe volunt hanc emphaſin, vt προαιρεῖσθαι ſit *praeoptare*, aut *aliquid*

facere ANTE facta deliberatione, ſi modo ad vſum et conſuetudinem Graecae Linguae reſpexerit. Eius autem Philo quoque tenaciſſimus eſt, vt haec exempla confirmant. De Sacr. Ab. et Ca. p. 135. A, ὥσπερ τοῖς ψυχὴν τὴν ἑαυτῶν ἵλεων σπεδάζεσι λαβεῖν, θεραπευτέον ἐξ ἀνάγκης τὰς τῆς ψυχῆς ἀρετὰς, ὅτω καὶ τοῖς ἵλεων τὸ σῶμα ἔχειν ΠΡΟΑΙΡΟΥΜΕΝΟΙΣ θεραπευτέον ὑγείαν καὶ τὰς συγγενεῖς αὐτῇ δυνάμεις, *Sicuti qui animum ſibi propitium reddere conantur neceſſario colunt virtutes animi, ita qui proſpera valetudine corporis CVPIVNT frui, curare ſanitatem et coniunctas cum ea vires.* Leg. ad Cai. p. 1005. D, ἐθαύμαζον πῶς ὁ τὰ ἐναντία δρῶν οἷς ἰσότιμος εἶναι ΠΡΟΑΙΡΕΙΤΑΙ τὰς μὲν ἀρετὰς αὐτῶν ἐπιτηδεύειν ὀκ ἀξιοῖ, τοῖς δὲ παρασήμοις εἰς ἕκαστον σκευάζεται, *admirabantur quod honores adfectaret eorum quorum virtutes adſpernaretur, inſignibus tamen eorum ſe exornaret.* 3. Alleg. p. 1103. A, ὁ κινῶν θεὸς καὶ ἄγων ᾗ ἂν ΠΡΟΑΙΡΗΤΑΙ τὸ τῆς ψυχῆς ὄχημα, *mouens deus et agens quocunque VELIT animi vehiculum.* Hinc προαίρεσις, *voluntas*, *ſtudium*, *ratio.* Vnde de *religione* eſt apud Philonem de Abrah. p. 384. E, vbi Sara ſuadet Abrahamo connubium cum Hagare ancilla, quam dicit eſſe, γένει μὲν αἰγυπτίαν τὴν δὲ ΠΡΟΑΙΡΕΣΙΝ ἑβραίαν, *genere quidem Aegyptiam, Hebraeam autem religione.* De *vitae genere* eſt de Creat. princ. p. 729. B, προστάττει τοῖς καπήλοις καὶ ἐμπόροις, καὶ οἵτινες ἄλλοι τὴν τοιαύτην ΠΡΟΑΙΡΕΣΙΝ ἐπανῄρηνται τῦ βίυ, ζυγὰ δίκαια — κατασκευάζεσθαι· *Praecipit cauponibus mercatoribus et caeteris huiusmodi vitae inſtitutum ſequentibus, vt iuſta pondera — habeant.* 1. de Vit. Moſ. p. 646. E, de Bileamo, ἄλλως δὲ καὶ μόλις ἐνενόησεν ὅτι ὀ συνᾴδει τῷ τῦ θεῦ βυλήματι ἡ τῦ μισθωσαμένυ ΠΡΟΑΙΡΕΣΙΣ αὐτὸν βασιλέως, *Inprimis vix tandem ſenſerat repugnare dei voluntati, regis, qui eum mercede inuitauerat, propoſitum.*

In

In quo clarum eſt, *βϐλημα* et *προαίρεσιν* in eadem ſignificatione poni. Lib. 3. p. 669. E, deum reſpicere docet *ȣ̓ τὰ μέλη καὶ τὰ μέρη τῶν ἱερȣργȣμένων* — *ἀλλὰ τὴν* ΠΡΟΑΙΡΕΣΙΝ *τȣ̃ προσφέροντος*, *non membra partesque victimarum, ſed voluntatem offerentium.* De Carit. p. 734. A, *ἐξ ȣ̃ δῆλον ὅτι τῶν Ἰȣδαίων ἔθνος ἔνσπονδον μὲν καὶ φίλον πᾶσι τοῖς ὁμογνώμωσι καὶ τὴν* ΠΡΟΑΙΡΕΣΙΝ *εἰρηνικοῖς, ἐςίν*· *Vnde liquet Iudaeorum gentem fidam et amicam eſſe omnibus conſentientibus pacemque amantibus.* De Monarch. p. 819. C, *τὴν δ' ὁμοίαν* ΠΡΟΑΙΡΕΣΙΝ *ὁ ἱερώτατος Μωσῆς καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπαξαπάντων σώζειν ἔοικεν*, *Eandem rationem ſanctiſſimus Moſes per omnia caetera tenuit.* De Vit. Cont. p. 894. B, *αἱ γυναῖκες ἐξ ἔθȣς συνακροῶνται τὸν αὐτὸν ζῆλον καὶ τὴν αὐτὴν* ΠΡΟΑΙΡΕΣΙΝ *ἔχȣσαι*, *mulieres quoque auſcultant ex more, quae idem ſtudium inſtitutumque ſectantur.* In Flacc. p. 986. A, *τύποι τινες ἦσαν ἀείδηλοι καὶ χαρακτῆρες τὰ λεγόμενα τῆς τȣ̃ κατηγορημένȣ* ΠΡΟΑΙΡΕΣΕΩΣ, *Erant enim quae dicerentur indicia hominis qui culpabatur.* Sic *προαιρετικαὶ ἐνέργειαι*, ſunt *actiones voluntariae.* Lib. Quod deus ſit immut. p. 300. C, *ὁ ἄνθρωπος ἐλευθερȣργȣ̃ καὶ αὐτοκελεύςȣ γνῶσιν λαχὼν καὶ* ΠΡΟΑΙΡΕΤΙΚΑΙΣ *χρώμενος τὰ πολλὰ ταῖς ἐνεργείαις*, *Liberam homo facultatem et ſui iuris ſententiam ſortitus, voluntarie pleraque agens.* Et paullo poſt, E, *ἑκȣσίοις καὶ* ΠΡΟΑΙΡΕΤΙΚΟΙΣ *χρῆσθαι ταῖς ἐνεργείαις*, *ſpontaneis et voluntariis actionibus uti.* His cognitis non poteſt difficilis videri ſenſus quorumcunque N. T. locorum in quibus iſtae dicendi formae occurrant. Denique ſic vſurpant etiam Alexandrini Interpretes Proverb. XXI, 25. *ȣ̓ προαιρεῖσθαι*, pro Hebraico מֵאֲנוּ *nolle.*

v. 10. *Ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν σπέρμα*) Quae ad vim huius verbi cognoſcendam Philone adhibendo pertinent, retulimus ad Gal. III, 5. et Phil. I, 19.

Caput

CAPVT X.

v. 5. *Λογισμὲς καθαιρȣ̃ντες*) Mirum vtique qui HEINSIO in mentem venire potuerit affirmare, non temere reiiciendum eſſe *καθαίροντες*, *cogitationes purgantes*; cum id nullo modo neque cum Codd. auctoritate, neque cum vicinia verborum ὀχύρωμα et ὕψωμα conueniat, neque vero a Graecorum Interpretum V. T. conſuetudine, quos ad ſubſidium interpretandi ab ipſo potiſſimum vocatos ſcimus, vſus huius verbi ſit alienus. Etenim Prouerb. XI, 11. reliquiae Aquilae, Symmachi et Theodotionis conſentiunt in verbo *καθαιρεθήσεται* ad vertendum Hebraicum תֵּהָרֵס cui ibi opponitur תָּרוּם. Refutauit eius opinionem L. BOSIVS et verbum e re militari petitum eſſe obſeruat P. HORREVS Obſeru. Crit. p. 416. Sed non minus elucefcit iſtius verbi vis e Philone, apud quem ſaepius eſt, pro, *frangere vires*, *debilitare*, *deſtruere*, aut ſi de locis ſermo ſit, *demoliri*: *deiicere*, quod et ipſum eſt verbum rei militaris apud Latinos. Is ergo 1 de Vit. Moſ. p. 607. C, *ἡ μία πολλάκις ἡμέρα τὸν μὲν ὑψηλὸν* ΚΑΘΑΙΡΕΙ, *τὸν ταπεινὸν μετέωρον ἐξαίρει*, *vnus ſaepe dies altum affligit, humilem extollit*. Mox p. 613. C, *μὴ ταῖς ἰδίαις ἀλκαῖς ἐπαίρεσθε*, *τὰς ἀμάχȣς ῥώμας ἰδόντες* ΚΑΘΑΙΡΟΥΜΕΝΑΣ, *σωφρονίσθητε*, *ne nimium confidatis viribus veſtris cogitate, inuictiſſimas opes aliquando deletas et reſipiſcite*. Ibid. p. 643. B, de Balaco, *νομίζων ἀραῖς τισι τὴν ἄμαχον ῥώμην τῶν ἑβραίων* ΚΑΘΕΛΕΙΝ, *putans ſe imprecationibus expugnaturum Hebraeorum inuictam potentiam*. Conf. p. 649. C, vbi eadem forma. Iterum p. 653. D, *ὅταν ἅπαντες οἱ ἐχθροὶ* ΚΑΘΑΙΡΕΘΩΣΙ — *καὶ ὑμεῖς ἐπανελεύσεσθε πρὸς τȣ̀ς οἰκείȣς*, *hoſtibus omnibus profligatis deletisque — vos quoque ad domeſticos reuertimini*. 3. de Vit. Moſ. p. 694. A, de Iudaeis ad idolorum cultum delapſis, *θυσίας ἀνῆγον, ἐκλαθόμενοι τȣ̃ πρὸς ἀλήθειαν θεȣ̃, καὶ τὴν προγονικὴν*

εὐγέ-

εὐγένειαν, ἣ δι' εὐσεβείας καὶ ὁσιότητος ηὐξήθη ΚΑΘΑΙΡΟΥΝΤΕΣ, *mactabant victimas obliti veri numinis, et patriam nobilitatem, pietate et ſanctitate auctam, deſtruentes.* Hinc ipſum nomen καθαίρεσις 1. Alleg. p. 54. C, κύκλον δὲ περιτίθησι — πρὸς πολιορκίαν αὐτῆς καὶ ΚΑΘΑΙΡΕΣΙΝ, *circulum circumponit ad eius oppugnationem et deſtructionem.* Sic de Conf. ling. p. 341. B, vbi ἀνατροπὴν et καθαίρεσιν coniungit, *euerſionem* et *deſtructionem.* Item 1. de Vit. Moſ. p. 695. A, vbi καθαίρεσις et αὔξησις in oppoſitione ſunt. Inprimis huc referendi ſunt loci, in quibus eadem allegoria, qua Paullus vtitur, obtineat. De Reſip. N. p. 282. B, μόνος ἐλεύθερος, ἀφιέμενος ἀργαλεωτάτης δεσποινῆς κενῆς δόξης, ἣν ὑπέραυχον οὖσαν ἀπὸ τῆς ΑΚΡΟΠΟΛΕΩΣ ἄνωθεν ὁ ἐλευθεροποιὸς ΚΑΘΕΙΛΕ θεὸς, *ſolus liber manumiſſus ab hera moroſiſſima vana gloria quam efferentem ſe ſupra modum ex arce ſumma liberator deus DEIECIT.* De Conf. ling. p. 338. E, ἕως ἂν — ΚΑΘΕΛῌ τὰς πόλεις, ἃς ΕΠΕΤΕΙΧΙΣΑΝ, *donec vrbes communitas deſtruxerit.* Ibidemque mox: τὸ κατεσκευασμένον ΟΧΥΡΩΜΑ, διὰ τῆς τῶν λόγων πιθανότητος, οὐδενὸς ἕνεκα ἑτέρου κατεσκευάζετο, ἢ τοῦ μετατραπῆναι καὶ μετακλιθῆναι τὴν διάνοιαν ἀπὸ τῆς τοῦ θεοῦ τιμῆς· οὗ τί ἂν γένοιτο ἀδικώτερον· ἀλλὰ πρός γε τὴν τοῦ ΟΧΥΡΩΜΑΤΟΣ τούτου ΚΑΘΑΙΡΕΣΙΝ ὁ πειρατὴς τῆς ἀδικίας καὶ φρονῶν ἀεὶ κατ' αὐτῆς εὐτρέπισαι· *Quaeuis munitio quae per ratiocinationes probabiles adſtruitur ad nihil aliud aedificatur, quam vt mentem a cultu diuino deuertat ac deflectat. quo conatu quid poſſit eſſe iniquius? verum contra hanc turrim depraedator et hoſtis iniuſtitiae ſuſcipit expeditionem.* Conf. ſequentia. De Abrah. p. 380. D, Ἀφ' οὗ (ἡ ψυχὴ) ἤρξατο δυνατωτέρα γίνεσθαι καὶ ῥώμη κραταιοτέρα τὸν ΕΠΙΤΕΙΧΙΣΜΟΝ τῶν ἐναντίων δοξῶν ΚΑΘΑΙΡΕΙΝ, *ex quo coepit animus potentior fieri et aduerſariorum*

muni-

munitiones EXPVGNARE *maioribus viribus.* Quae vtriusque loci verba, iam inter Flauianas Obſeruationes a Cel. KREBSIO commemorata, inſignem cum Paulli verborum ſententia ſimilitudinem habent. Conuenit etiam de Septenar. p. 1175. C, ἐπάνω τῶν παθῶν ἵϛαϑαι σπȣδάζοντες ἀεὶ, καὶ τὸν ΕΠΙΤΕΙΧΙΣΜΟΝ αὐτῶν πάσῃ δυνάμει ΚΑΘΑΙΡΕΙΝ παιδευόμενοι, *qui, vt ſupra affectus emineant, ſemper operam dant, ac munitionem ipſarum ſumma vi diſturbare didicerunt.* Caeterum λογισμοὶ ſunt, *ſtulta iudicia pſeudoapoſtolorum de doctrina euangelica*, non, *ratio* vt vulgo accipiunt. Quamquam interdum λογισμὸς pro λόγος dicitur, vt apud Philon. 1. de Vit. Moſ. p. 681. A, τὸ κυριώτατον τῶν ἐν ἡμῖν ὁ ΛΟΓΙΣΜΟΣ εἰς ὑγείαν ἄνοσον καὶ εὐεξίαν ἐπιδίδωσι ΚΑΘΕΛΩΝ τὸν βαρὺν τȣ̃ σώματος ΕΠΙΤΕΙΧΙΣΜΟΝ, *pars noſtri praecipua, ratio, ſanitatem bonumque habitum tuetur munitionibus deſtructis moleſtis corporis.* Nec non de Abrah. p. 364. B, C. de Spec. legg. p. 774. et alibi.

v. 12. Οὐ τολμᾶμεν ἐγκρῖναι ἢ συγκρῖναι ἑαυτȣ̀ς τισι) Apoſtolum Paullum non refugere elegantias orationis vel ex hac Paronomaſia patet, quae Latine vertendo exprimi non poteſt. Ἐγκρῖναι eſt *admumerare accenſere, referre ad aliquid:* pro quo dicitur ἐπικρίνειν apud Philonem de Victim. p. 841. D, in corpore αὐλοὶ δύο τῆς κοιλίας σωληνοειδεῖς ἐκπεφύκασιν εἰς διακριτικήν τε, καὶ πρὸς τὴν ἐξαιμάτωσιν. ἡ μὲν ȣ̃ν διακριτικὴ πᾶν ὅσον ἀτέραμνον καὶ δυσκατέργαϛον εἰς τὸ περικείμενον χολῆς ἀγγεῖον ΕΠΙΚΡΙΝΕΙ, *duo caui tubuli enaſcuntur facti ad digeſtionem et ſanguinis praeparationem; digeſtiuus quidquid concoctu difficile eſt in fellis veſiculam* REFERT. Pro quo ſimplex κρίνειν cum praepoſitione εἰς apud Lucianum Amorr. init. ἐκ τῆς ἀντίπαιδος ἡλικίας ΕΙΣ τȣ̀ς ἐφήβȣς ΚΡΙΘΕΙΣ, *ex puerili aetate*

inter

inter adulesſcentulos relatus. Contrarium eſt ἀποκρίνειν, *ſecernere.* De Char. p. 712. D, καρπὸς εἰς τροφὴν ἀνθρώπων ἀποκριθεὶς, *fruges ad cibum hominum ſecretae.* De Vit. Cont. p. 894. B, quod mund. incorr. p. 952. C. etc. Συγκρίνειν eſſe *comparare* docet locus de Temul. p. 246. D, ad 1 Cor. II, 13. allatus.

v. 14. Ὡς μὴ ἐφικνέμενοι εἰς ὑμᾶς — ἄχρι γὰρ καὶ ὑμῶν ἐφθάσαμεν) In eodem ſenſu ἐξικνεῖσθαι et φθᾶσαι pro *currendo aſſequi* permutantur apud Philon. de Somn. p. 592. A, μεγίστη ἐστὶν εὐεργεσία ψυχῇ πονέσῃ καὶ διαθλέσῃ συνοδοίπορον ἔχειν τὸν ΕΦΘΑΚΟΤΑ πάντα θεὸν, *maximum beneficium animi certanti laborantique contingit comes deus omnia permeans.* Et paullo poſt, ἐ γὰρ ἓν μέρος ἐστὶ τῦ λογικῦ βίε τὸ πρὸς δικαιοσύνην καὶ τὴν ἄλλην τείνων ἀρετὴν, ἀλλὰ μυρία ὅσα ἐξ ὧν ἐστὶν ὁρμωμένῳ φρονήσεως ΕΞΙΚΝΕΙΣΘΑΙ, *Non eſt enim ſimplex rationalis via tendens ad iuſtitiam et virtutes caeteras, ſed innumerae per quas ad ſapientiam peruenitur.* In Gloſſario N. T. ab ALBERTO edito ἐφικνέμενοι explicatur καταλαμβανόμενοι, quod verbum alias hac notione apud eundem dicitur, veluti de Agric. p. 178. E, ἐξέρχεται ὁ λόγος τῆς νοήμασιν ὑπαντησόμενος καὶ ἐπιτρέχει σπεδάζων ΚΑΤΑΛΑΒΕΙΝ αὐτά· *egreditur ſermo in occurſum cogitationibus et accurrit, eas complecti cupiens.* Cf. Philipp. III, 12.

Caput XI.

v. 2. Ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ) Non omni difficultate caret locus. Plerique ἡρμοσάμην ὑ. ἑνὶ ἀνδρὶ coniungunt, voluntque Paullum dicere, *ſe uni uiro Chriſto eccleſiam deſpondiſſe*, verum tamen vſum Medii huic interpretationi, non refragari putant, nam de ſocero qui *ſpondeat* filiam non dici poſſe ἁρμόσασθαι ſed ἁρμόσαι exiſti-

exiſtimant. Sed illa dubitatio nullius momenti eſt, vt paullo poſt apparebit. Quapropter aliam alii rationem ſecuti ſunt. WOLLIVS quidem in Acceſſ. ad KVSTERI Diatriben de Verb. Med. §. 77. et in ſingulari ad haec verba commentatione *de Eccleſia virgine*, Lipſ. 1748. edita, (nam DRESIGIVS in Comment. de Verb. M. N. T. nihil, quod miror, ad illuſtrandum huius verbi Medii vſum attulit) interpretatur, *mihi vos, veſtrumque amorem conciliaui.* KREBSIVS in Obſſ. Flauianis: *ego vos praeparaui, ornaui, vt tanquam ſponſa Chriſto ſponſo placere poſſitis*, quemadmodum Eſtheram, priusquam ad regem deducta ſit, ornatam fuiſſe legimus. Sed vehementer vereor, vt haec poſterior ſignificatio vſu comprobetur, nec eo quidquam Prouerb. XIX, 14. facit; quo fit, vt ei accedere adhuc dubitem. Cum igitur verbi ἁρμόσασθαι praecipuus in re coniugali locus ſit, et ſenſus iſtam interpretationem exigat, eam non temere deſerendam exiſtimo. Sic eſt apud Philonem de Abrah. p. 364. B, γάμος ὃν ἉΡΜΟΖΕΤΑΙ ἡδονὴ, σωμάτων κοινωνίαν ἔλαχεν, *Coniugium quod voluptas conciliat, communionem corporum habet.* Ibid. p. 384. C, οὗ χάριν καὶ αὐτοὶ συνεληλύθαμεν, καὶ ἡ φύσις τὴν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ΗΡΜΟΣΑΤΟ κοινωνίαν, τέκνων γένεσις οὐκ ἔστι, *Quae noſtri coniugii cauſſa fuit et propter quam natura virum copulauit mulieri, deſunt nobis liberi.* De Carit. p. 706. E, ἐλεεῖ τὴν αἰχμάλωτον, εἰ μὲν παρθένος ἐστὶν, ὅτι γονεῖς οὐκ ΕΓΓΥΩΣΙ, τὴν εὐκλαιοτάτην σύνοδον ΑΡΜΟΖΟΜΕΝΟΙ, [ſic legendum videtur pro ἁρμοζομένην] *Miſeratur captiuam: ſi virgo eſt, quia parentes non deſpondent, optatas nuptias conciliantes.* Qui locus in primis memorabilis eſt, primum quia oſtendit ἁρμόζεσθαι in Medio etiam dici de parentibus, vel quibuscunque, quibus *deſpondendi* cura eſt, quod negabat WOLLIVS, ad quod confirmandum valet locus lib. 3. Leg. Alleg.

p. 1099. B,

p. 1099. B, τὸν πιϛὸν ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ, ᾧ τὴν Αἰθιόπισσαν, τὴν ἀμετάβλητον καὶ κατακορῆ γνώμην αὐτὸς ὁ θεὸς ΗΡΜΟΣΑΤΟ, *fidelem in tota domo cui Aethiopiſſam, immutabilem et plenam ſententiam ipſe deus coniunxit.* Deinde quia demonſtrat, cum ἐγγυᾷν et ἁρμόσασθαι vnum idemque ſint, alterum poni pleonaſtice, ſicut apud Paullum ἁρμόσασθαι et παραϛῆσαι. Quod ad prius attinet, eandem rationem confirmat Ioſephi locus B. I. I, 28, 2. a KREBSIO laudatus, vbi ἐγγυᾷν et ΣΥΝΑΡΜΟΣΑΣΘΑΙ τοὺς γάμους et am promiſcue dicuntur. Nuptiale verbum eſſe oſtendunt etiam haec: de Prof. p. 466. E, τούτω καὶ παρθένος ἐκ τοῦ ἱεροῦ γένους ΑΡΜΟΖΕΤΑΙ, *huic virgo e ſacerdotali genere iungitur.* De Spec. Legg. p. 774. A, διάνοια δ' ἀπεικάζεται, τότε μὲν παρθένῳ, τότε δὲ γυναικὶ ἢ χηρευούσῃ, ἢ ΑΝΔΡΙ ἔτι ΗΡΜΟΣΜΕΝΗι, *Mens aſſimilatur nunc virgini nunc mulieri, vel viduae, vel adhuc maritatae.* Ἀνάρμοϛος ὁμιλία, *coniugium minime coniugale*, nimirum in gradibus prohibitis de Spec. leg. p. 779. B. Caeterum pro ἁγνὴν παρθένον, dicit καθαρὰν Philo de Agric. p. 216. E, ὁ εὐφυὴς εὐγενῆ μὲν καὶ καθαρὰν ἄξεσθαι παρθένον παιδείαν ἐλπίζεται, *quicunque bona indole praeditus generoſam caſtamque virginem eruditionem ducturum ſe ſperat.* Qui ipſe locus eandem, qua Paullus vtitur, habet Allegoriam.

v. 5. Τῶν ὑπὲρ λίαν Ἀποϛόλων) *Puto me ſummis Apoſtolis non inferiorem.* Philo de Abrah. p. 369. A, τὰ ΛΙΑΝ ἀγαθὰ, *nimia rerum bonarum copia.*

v. 8. Οὐ κατενάρκησα οὐδενὸς) Καταναρκᾷν recte vertitur *obtorpere cum damno alterius.* Verbi vim declarant haec Philonis de praem. et p. p. 917. D, σύμφορον δὲ οὐδὲν οὕτως, ὡς τὸ κεχαλασμένον καὶ ἀνειμένον τῶν ὁρμῶν, ἀνακοπῆναι τε καὶ ΝΑΡΚΗΣΑΙ παραθὲν τοὺς πνευματικοὺς τόνους, ἵν' ἡ τῶν παθῶν ἄμετρος ἰσχὺς

 ἐξαθε-

ἐξαϑενήσασα πλάτος ἐμπαράσχῃ ψυχῆς τῷ βελτίονι μέρει. *Nihil autem vtilius, quam effuſos impetus et animoſos vires, retundi et obtorpere, vt immodicum affectuum robur debilitatum, latum praebeat ſpatium potiori animi parti.* Eodem loco habetur etiam νάρκη, *torpor*, a quo nomine verbum ducitur, quae vox alias *torpedinem*, piſcem deſignat, at interprete Heſychio idem valet quod ὀκνηρία. Ergo ſententia Paulli verborum eſt: *nemini veſtrum oneri fui;* cuius ſignificationis haec ratio eſt, quod torpida membra etiam grauiora, ſuoque onere preſſa, immota ſunt. Quae verbi poteſtas HIERONYMO neſcio quid Ciliciſmi habere viſa eſt, quod vitium remouit STOLBERGIVS Exercitatt. L. G. c. 23. p. 118. ſſ.

v. 9. Τὸ ὑστέρημα μου προσανεπλήρωσαν) Sic Philo ἔνδειαν ἐκπλῆσαι, *explere quod alteri deeſt*. 1. de Vit. Moſ. p. 641. C, τὴν ἔνδειαν τῶν ἑαλωκότων ΕΚΠΛΗΣΑΙ ταῖς προθυμίαις ἐπειγόμενοι συνεκρότουν ἄλλος ἄλλον μὴ ἀποκάμνειν, *defectum eorum qui capti fuiſſent, promtitudine ſua ſupplere allaborantes, alter alterum nē deficeret, adhortabatur.*

v. 20. Εἴ τις ἐπαίρεται) Int. τῷ φρονήματι, quod addit Plutarch. Alcib. c. 34. et Philo loco mox citando. Verba autem ἐπαίρεσθαι, ἐξαίρεσθαι, διαίρεσθαι apud Philonem ſaepius exſtant iuncta cum verbo φυσᾶσθαι. Lib. Quis rer. diu. her. p. 518. E, ἀρχούσης ἡδονῆς, μετεωρίζεται καὶ φυσᾶται τὸ φρόνημα, χαύνῳ κουφότητι ΕΞΑΙΡΟΜΕΝΟΝ, *incipiente voluptate faſtus inflatur ac erigitur, inani leuitate elatus.* De Carit. p. 714. E, de ſuperbis, γίνονται εὐθὺς αὐτῶν ἀκράτορες ΔΙΑΙΡΟΜΕΝΟΙ καὶ φυσώμενοι, *fiunt repente impotentes ſui elati, inflatique.* Ibid. p. 716. A, ἀκροβατεῖ τε γὰρ καὶ τὸν αὐχένα μετέωρον ΕΞΑΙΡΕΙ φρυαττόμενος, καὶ πλέον τῆς φύσεως ΕΠΗΡΤΑΙ καὶ πεφύσηται, *Incedit*

ſummis

ſummis pedum digitis, ceruicem in equi morem erigens attollensque ſe ſupra naturae modulum. De Fortit. init. p. 736. A, θράσει ΕΠΑΙΡΟΜΕΝΟΙ τινες, *audacia quidam elati.* De Vict. off. p. 852. A, ζύμην δὲ — πάλιν συμβολικῶς ἵνα μηδεὶς προσιὼν τῷ θυσιαστηρίῳ τὸ παράπαν ΕΠΑΙΡΗΤΑΙ φυσηθεὶς ὑπ᾽ ἀλαζονείας, *fermentum vero — aeque figurato praecepto ne quis elatus altare accedat, tumidus faſtu et arrogantia.* Cum eleganti verbo σπαργᾷν iungitur apud Plutarch. Fab. p. 190. C, δι᾽ εὐτυχίαν ΕΠΗΡΜΕΝΩι καὶ σπαργῶντι τῷ δήμῳ χαλινὸν ἐμβαλεῖν ὕβρεως καὶ θρασύτητος, *Populo felicitate elato et tumido, frenum iniicere ad inſolentiam et audaciam coercendam.* Xenophon. Memor. I, 2, 25. de Critia et Alcibiade, ὠγκωμένω μὲν ἐπὶ γένει, ΕΠΗΡΜΕΝΩ δ᾽ ἐπὶ πλούτῳ, πεφυσημένω δ᾽ ἐπὶ δυνάμει, *tumidi quidem nobilitate, elati diuitiis, inflati potentia.* Sic, *elati et inflati* Cicero Agr. II, 32.

v. 23. Ἐν θανάτοις πολλάκις) *Saepe mortis periculum adii*, quo ſenſu θάνατοι apud Ioſephum dicuntur aliquoties. Huc etiam pertinet quod Flaccus ait apud Philonem in libro ſibi cognomine p. 990. A, προαποθνήσκω, πολλοὺς ΘΑΝΑΤΟΥΣ ὑπομένων ἀνθ᾽ ἑνὸς τοῦ τελευταίου, *praemorior, multas MORTES ſuſtinens ante illam vltimam.*

Caput XII.

v. 10. Ὅταν γὰρ ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι) Eandem ſententiam his verbis Moſes apud Philonem de vita Moſ. 1. p. 613. B, exprimit: τὸ ΑΣΘΕΝΕΣ ὑμῶν ΔΥΝΑΜΙΣ ἐστιν. *Haec veſtra INFIRMITAS, POTENTIA eſt.*

v. 16. Ἀλλ᾽ ὑπάρχων πανοῦργος δόλῳ ὑμᾶς ἔλαβον) Πανοῦργος cum in bonam, tum in malam partem, nunc

 pro

pro *callidus*, *cautus*, nunc pro *vafer*, *fraudulentus*. Nam Alexandrini Interpp. Gen. III, 1. habent φρόνιμος, Aquila et Symmachus πανȣ̃ργος pro eodem vocabulo Hebraico ערום. Item Prouerb. XXI, 11. πανȣργότερος habent Alexandrini Interpp. pro Hebraico חכם, adeoque in bonam partem, quo etiam ſenſu eſt alicubi apud Palaephatum. Vid. Cel. FISCHERVS Ind. Palaephat. h. v. Nam apud Philonem fere in deteriorem partem dicitur. Λαβεῖν et συλλαβεῖν eſt *capere* et Hebraico אחז reſpondet. Cantic. II, 15. in reliquiis ceterorum Interpp. συλλάβετε. Alexandrini: πιάσετε. λαμβάνειν autem et συλλαμβάνειν dicuntur feras venatores. Xenoph. Mem. S. II, 1, 28. οἱ τὰ θηρία θηρῶντες ἐλπίδι τȣ̃ ΛΗΨΕΣΘΑΙ, ἡδέως μοχθȣ̃σιν, *qui feras venantur ſpe capiendi libenter laborant*. Philo Quod omn. prob. lib. p. 887. C, φυλακτέον ȣ̃ν τὸν τοιȣ̃τον θῆρα ΣΥΛΛΑΜΒΑΝΕΙΝ, *cauendum eſt igitur*, *ne quis talem feram capiat*. Σύλληψις autem pro *captione* apud eundem eſt de Temul. p. 265. D, ἀλεξίκακον συλλήψεως, *remedium captionis*. Conf. c. XI, 20. et ABRESCH. Lect. Ariſtaenet. p. 344.

IN

IN EPISTOLAM AD GALATAS.

CAPVT I.

v. 6.

Θαυμάζω ὅτι ὕτω ταχέως μετατίθεσθε) Elegans verbum μετατίθημι in *tranſponendi* notione, proprium eſt in ludo duodecim ſcriptorum, vbi ſignificat, *calculum reducere* ſimul alicuius dati poenitet. Vid. praeter SALMASIVM ad Vopiſc. T. II. p. 745. ab Ven. ERNESTIO ad Xenoph. Mem. II, 4, 4. laudatum, VALESIVS ad MAVSSACI notas in *Harpocrat.* p. m. 89. Sed quoniam nobis cum Philone nunc res eſt, eius auctoritatem age adhibeamus. Is autem ſcribit in leg. ad Cai. initio, p. 992. A, ὑπαλλαττόμεθα γὰρ καθάπερ ἐν ταῖς πεττείαις τὰς πράξεις ΜΕΤΑΤΙΘΕΝΤΕΣ, *permutamus enim veluti in luſu calculorum rerum aeſtimationem transferendo.* Ibid. p. 1001. E, ὑπηλλάττετο καὶ ΜΕΤΕΤΙΘΕΙ, τὸν μὲν ὑπήκοον εἰς τάξιν ἄρχοντος, τὸν δὲ αὐτοκράτορα Γάϊον εἰς ὑπηκόυ χώραν, *mutabat et tranſponebat ſubiectum in locum imperantis, imperatorem autem in locum eius qui pareat.* In quo loco translatae poteſtatis exemplum eſt, qua notat *mutare*, vt vel ex addito ὑπαλλάττεσθαι patet. Vnde et de Conf. ling. p. 352. A, ἡ ΜΕΤΑΘΕΣΙΣ τροπὴν ἐμφαίνει καὶ μεταβολὴν, *translatio verſionem et mutationem ſignificat.* Deinde in Medio, nam ſic in loco hoc accipiendum eſſe docet DRESIGIVS in Comment. de V. M. Nou. Foed. I, 86. eſt: *animum mutare, deficere.* Igitur facile intellegitur ſenſum loci

 eſſe:

eſſe: *Miror vos tam cito deſeruiſſe doctrinam Chriſti, et ad aliud Euangelium Iudaicis ritibus conſociatum defeciſſe.* Add. GATAKERVS Aduerſ. Miſcell. c. XIX, p. 741, et ad Marc. Anton. VIII, §. 16. p. 243. Θαυμάζειν autem hoc loco dicitur in notione *indignandi, vituperandi,* cuius exempla praebet ABRESCH. Diluc. Thuc. p. 309. vt apud Demoſth. de F. Leg. p. 349. coll. Ind. REISK.

v. 14. Ζηλωτὴς ὑπάρχων τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων) Apprime vox ζηλωτὴς cum Latina *Aemulus* conſentit, ſignificat enim in vtraque *ſtudioſum alicuius rei*, quemadmodum *iuuenim aemulantium ſtudia* Pythagorae *coetus* commemorantur apud Liuium I, 18. Sic plane Philo de Conf. ling. p. 352. D, ἀστεῖος ἀπράγμενος ΖΗΛΩΤΗΣ βίου γεγονὼς, ὑποχωρεῖ, *probus quietae vitae amator, ſeceſſum et ſolitudinem diligit.* Ibid. p. 354. C, ὡς ἂν ΖΗΛΩΤΗΣ ᾖ δικαιοσύνης, *qui iuſtitiae ſtudioſus ſit.* De Vit. Moſ. 1. p. 627. B, ΖΗΛΩΤΑΙ τῶν ἐνδόξων οἱ ἀφανεῖς εἰσὶ, *claros viros imitantur obſcuri et ignobiles.* Et mox: σπουδάζοντες ὑπόληψιν ἐμποιεῖν, ὅτι ἄρα ΖΗΛΩΤΑΙ τῶν ὁμοίων εἰσὶ, *vt habeantur aemuli ſtudiorum ſimilium.* 3 de Vit. Moſ. p. 677. C, ΖΗΛΩΤΑΙ τῶν Αἰγυπτιακῶν γίνονται πλασμάτων, *coeperunt aemulari figmenta Aegyptia.*

v. 18. Ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα ἱστορῆσαι Πέτρον) *Dicitur* ἱστορεῖν *de itinere quod ſuſcipitur viſendi cauſſa;* Ἱστορία *videndi et inſpiciendi* notione eſt apud Philonem de Conf. ling. p. 359. B, κατ᾽ ἐμπορίαν ἔνιοι πόθῳ χρηματισμοῦ πλέοντες — οἱ δὲ ΙΣΤΟΡΙΑΝ ὧν πρότερον ἠγνόουν, τέρψιν ἅμα καὶ ὠφέλειαν τῇ ψυχῇ παρασκευάζουσαν, *Alii negotiationis augendaeque rei familiaris cauſſa nauigant — aut cognoſcendi quae prius neſciuerant, vt delectationem, ſimul vtilitatem animo praeſtent.* Thomas Magiſter: Ἱστορῶ· τὸ πολὺν τόπον διέρχομαι· vbi vid. quos laudant Interpretes p. 476. Edit.

Edit. ERN. Inprimis autem de hac et altera verbi ſignificatione, quae eſt, *narrare*, Cel. FISCHERVS in Ind. Palaephateo, verbo ἱϛορεῖν.

Capvt II.

v. 2. Τοῖς δοκȣ̃σι) Viri docti in h. l. e v. 5. intellegunt εἶναί τι. Ad quem modum οἱ δοκȣ̃ντες εἶναί τι ſunt *qui in aliquo genere praecipua florent fama et gloria.* Nam Philo de Conf. ling. p. 355. B, ἐφ' οἷς ὁ θεὸς εἰκότως δυχεράνας, εἰ τὸ ζῶον τὸ ἀριϛεῖον εἶναι ΔΟΚΟΥΝ καὶ συγγενείας ἀξιωθὲν τῆς πρὸς αὐτὸν — ἐζήλωσε κακίαν, *ea propter deus merito indignatus quod animal omnium optimum et cognatione coeleſti donatum — malitiae ſe dediſſet.* De Septen. p. 1180. A, συμβήσεταί τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ἐπιδȣ̃ναι πρὸς ἀρετὴν τελειοτάτην, ὑπομιμνησκομένων ἰσότητος, καὶ ἀντεκλινόντων ἀλλήλοις χρέος ἀναγκαῖον τῶν τε λαμπρῶν εἶναι ΔΟΚΟΥΝΤΩΝ καὶ τῶν ἀφανεϛέρων, *continget humanam vitam ad perfectiſſimam virtutem incrementa capere, ſi aequalitatis memoriam ſeruent, et perſoluant invicem ſibi mutua officia, cum illuſtriores, tum obſcuriores.* Qui quidem iidem qui ἔνδοξοι, quorum in oppoſitione ſunt ἀφανεῖς ap. Philonem I. de Vit. Moſ. p. 627. B. Intellegendum autem eſt, verbum δοκεῖν ſaepe redundare, vt de Cherub. p. 127. A, ἔγωγε — νȣ̃ν, λόγον, αἴσθησιν ἔχειν ΔΟΚΩΝ, ȣ̓δὲν αὐτῶν ἴδιον εὑρίσκω. *Equidem — qui mentem, rationem, ſenſum habere videor, nihil horum proprium inuenio.* Add. de Vit. Moſ. l. c. Sic paullo poſt v. 9. οἱ δοκȣ̃ντες ϛῦλοι εἶναι dicuntur. Par notio eſt verbi *Videri* apud Latinos. Vid. VORSTIVS ad Sulpic. Seu. I, 7. Add. CASTELLIO ad Hebr. IV, 1. et πρεσβεύειν ΔΟΚΟΥΝΤΑΣ, *legatione fungentes* ap. Philon. leg. ad Cai. p. 1019.

v. 11. Ὅτι κατεγνωσμένος ἦν) *Erat reprehenſione dignus.* De qua participii ſignificatione praeter GLAS-

SIVM in Philol. S. vid. GESNER. ad Chreſt. Gr. XII, 206. Verbum ipſum eſt de Abrah. p. 369. A, ἡ σοδομιτῶν χώρα — ἤδη παρὰ τῷ δικαςῇ τῶν ὅλων ΚΑΤΕΓΝΩΣΤΟ, *Sodomitarum regio — iam diuino iudicio condemnata fuerat.* Add. de Circumciſ. p. 810. B.

v. 13. Συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει) In Lexico PASORIS maiore reperitur συνυπήχθη a verbo συνυπάγω, quod vndecunque venerit, indicare videtur, illum hominem ſic legendum putaſſe. Enim vero, hoc verbum valde probum eſſe, fatendum eſt. Ὑπάγειν τινα eſt *aliquem in fraudem inducere, dolis aliquem capere deceptumque ſuae poteſtatis facere.* Ὑπαχθέντες, *decepti:* Demoſth. de Pac. p. 22. C. Add. alia eiusdem in Ind. REISK. Quo ſenſu dicitur apud Philonem ſaepius. De Opif. p. 38. B, ἐπειδὰν ἑκάςη τῶν αἰσθήσεων τοῖς φίλτροις αὐτῆς ΥΠΑΧΘΗι, *poſtquam ſinguli ſenſus eius* (voluptatis) *veneficiis ſubiecti fuerint.* De Carit. p. 707. A, τȣ̃ δεσπότȣ καινοτέροις φίλτροις ΥΠΗΓΜΕΝΟΥ καὶ καταφρονȣ̃ντος τῶν παλαιτέρων, *domino nouis amoribus obediente et oblito veterum.* Quod deus ſ. imm. p. 317. C, commemorat δελεάσμασιν ἡδονῆς ΥΠΑΧΘΕΝΤΑΣ, *eſca voluptatum allectos.* De Monarch. p. 814. D, ȣ̓ μὴν ἀλλὰ καὶ πλαςικὴν καὶ ζωγραφίαν συνεργȣ̀ς τῆς ἀπάτης προσέλαβον, ἵνα χρωμάτων καὶ σχημάτων καὶ ποιοτήτων — ἰδέαις ΥΠΑΓΟΝΤΕΣ τȣ̀ς ὁρῶντας — συναρπάσωσι τὴν ψυχήν, *Verum etiam aſſumſerunt in fraudis ſocietatem fingendi pingendique artem, vt colorum, figurarum et qualitatum ſpecie — ſpectatores decipiendo — ſimul animum auferant.* De Exſecr. p. 932. B, ȣ̓ μόνον ἐξ ἐπιθέσεως τῆς ἐκείνων ΥΠΑΧΘΕΝΤΑΣ, ἀλλὰ καὶ νόμοις ἑκȣσίοις ἐκδόντας αὐτȣ̀ς, *non ſolum inſidiis allectos, ſed etiam legibus voluntariis ſemet tradentes.* Eod. l. p. 936. C, ἀρὰς καὶ τιμωρίας ἃς ὑπομένειν ἄξιον τȣ̀ς — ταῖς πολυθέοις

δόξαις

δόξαις ΥΠΑΧΘΕΝΤΑΣ, *exſecrationes et poenas quas ſuſtinere conuenit iis, qui — multorum deorum opinionibus decepti ſunt.* Quod mund. incorr. p. 961. E, ἀναγκαῖον δὲ πρὸς τὴν τοσαύτην εὑρεσιλογίαν ἀπαντῆσαι, μή τις τῶν ἀπειροτέρων ΥΠΑΧΘΗι, *ſed occurrendum eſt his argutationibus, ne quis imperitior temere cedat*, ſiue, *in fraudem abducatur.* De Ioſeph. p. 536. D, ὅταν γὰρ μὴ δῶρα, μὴ παρακλήσεις, μὴ τιμῶν ἔρως, μὴ ἀρχῆς ἐπιθυμία — μηδὲν ἄλλο τῶν ὅσα ἐκ πάθους ἢ κακίας ΥΠΑΓΗΤΑΙ, τίνος ἔτι φοβηθήσομαι δεσποτείαν, *Cum enim nec munera, nec preces nec honorum ſtudium nec imperandi cupiditas — nec aliud quidquam ab affectibus et malitia proficiſcens me vincat, cuius amplius dominium timeam?* Sed etiam verbum ἀπάγειν eodem ſenſu poni declarant loca haec: de merced. meretr. p. 862. E, δείσασα μήποτε λαθὼν ὁ νοῦς αἰχμάλωτος ἀνδραποδισθεὶς ΑΠΑΧΘΗι τοσαύταις δωρεαῖς καὶ ὑποσχέσεσιν, *verita ne forte clam animus ſeruituti traditus vincatur, tantis donis et promiſſis.* Hinc 2 Petr. III. extr. explices. Quod prob. lib. p. 873. A, ὁ δὲ Ζήνων — ὑπ' ἀρετῆς ΑΠΑΧΘΕΙΣ, *Zeno autem — virtutis admiratione correptus.* Item verba συναπαχθῆναι et θελεασθῆναι coniunguntur apud Epiphanium Adu. Haer. Lib. I. p. 100. B.: ſicut ἐπάγειν dici docet TIB. HEMSTERHVS. ad Ariſtophanis Plut. p. 58.

Capvt III.

v. 1. Τίς ὑμᾶς ἐβάσκανε) Adſpectu nocere credebantur apud antiquos, qui aliquam rem inuido oculo contrectarent, vt ex Theocrito et Virgilio conſtat. Hinc βασκανία quae vox apud Philonem ſaepius occurrit, ſignificat *inuidiam, acerbitatem* et *maleuolentiam.* De Cherub. p. 113. E, τοῖς ἀφίστασθαι λέγουσι, καὶ μέτρα τῆς ἐπιθυμίας περιθεῖναι διὰ τὸ τοῦ μέλλοντος ἀτέκμαρτον ΒΑΣΚΑΝΙΑΝ ὀνειδίζει καὶ φθόνον, *monen-*

monentibus vt deſiſtat modumque ſuis cupiditatibus imponat, propter incertos futuri temporis exitus inuidiam exprobrat. 1. de Vit. Moſ. p. 640. E, ἐπειδὴ τὰς κατὰ τὴν χώραν ὁδοὺς ἁπάσας φρουραῖς διεζωσμένας εἶδεν ὑπὸ τῶν βλάβην μὲν οὐδεμίαν ἐνδεξομένων, φθόνῳ δὲ καὶ ΒΑΣΚΑΝΙΑι τὴν ἐπίτομον οὐκ ἐώντων προέρχεσθαι, *cum videret aditus omnes inſeſſos praeſidiis ab his quibus nihil periculi imminebat, ſed tantum prae inuidia viam compendiariam incluſerant.* Ita βάσκανος, *inuidus* in Flacc. p. 969. B, οἱ δὲ ὑπὸ φθόνου ῥηγνύμενοι ΒΑΣΚΑΝΟΝ γὰρ φύσει τὸ αἰγυπτιακόν· *Illi autem rumpebantur inuidia; inuidi enim ſunt natura Aegyptii.* Alia loca conſulto praeterimus. Apoſtolus autem verbo βασκαίνειν hoc loco ſimpliciter pro *faſcinare* vtitur, fortaſſe tamen reſpectu habito ad pſeudodoctorum, erga chriſtianorum coetum inuidiam.

v. 5. Ὁ οὖν ἐπιχορηγῶν ὑμῖν τὸ πνεῦμα) Ἐπιχορηγεῖν eſt *largiri*, *praebere*, ſine notione *copiae* et *abundantiae* quam plurimi putant adiectam. Philo de Opif. p. 39. B, νυνὶ δὲ ἀένναοι πηγαὶ τῶν τοῦ Θεοῦ χαρίτων ἐπεσχέθησαν, ἵνα μὴ ὡς ἀναξίοις ΧΟΡΗΓΩΣΙΝ, *nunc perennes fontes dei gratiarum retenti ſunt, ne indignis beneficia praebeant.* 1. de Vit. Moſ. p. 603. D, αἱ δὲ ὑετοῦ μὴ δεόμεναι φορᾶς, ἀφθονίαν παντοίων ἀγαθῶν ἀνὰ πᾶν ἔτος ΧΩΡΗΓΟΥΣΙΝ, *illa, arua, nullo pluuiarum deſiderio copiam omnis generis bonorum quotannis praebent.* Eod. l. p. 606. D, οὐχ ὡς ἔνιοι τὰς μειρακιώδεις ἐπιθυμίας ἀχαλινώτους ἐῶν, καίτοι μυρία ἐχούσης ὑπεκκαύματα, διὰ παρασκευὰς ἀφθόνους ἃς αἱ βασιλεῖαι ΧΟΡΗΓΟΥΣΙΝ, *non vt quidam frena laxans iuuenilibus cupiditatibus, quamuis non deeſſent plurima incitamenta quae ſe vbertim offerunt in regum domibus.* Nec non p. 607. A, γαστρὶ τε γὰρ ἔξω τῶν ἀναγκαίων δασμῶν, οὓς ἡ φύσις ἔταξεν, οὐδὲν πλέον

EXO-

ΕΧΟΡΗΓΕΙ, *Nec corpori quidquam, praeter tributum naturae neceſſarium dabat.* Pag. 642. A, πηγὴν ἔνυδρον ἀνευρόντες, ἣ παντὶ τῷ πλήθει ποτὸν ΕΧΟΡΗΓΗΣΕΝ, *inuento fonte irriguo, omni multitudini potum praebente.*

v. 8. Προευηγγελίσατο) Verbo vtitur Philo de Opif. m. p. 7. A, ὧν ἡ μὲν (πρωΐα) ΠΡΟΕΥΑΓΓΕΛΙΖΕΤΑΙ μέλλοντα ἥλιον ἀνίσχειν, *diluculum praenuntiat laetum aduentum ſolis orituri.*

v. 10. Ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις) Philo de Congreſſ. er. qu. gr. p. 442. B, ταῖς πρὸς θεὸν ὁμολογίαις ΕΜΜΕΝΩΝ τὲ καὶ χαίρων, *in pactis diuinis libenter perſtans.* Add. Plato Theaet. 3. Item de Vit. Moſ. p. 646. A, οὐχ ὡς ἄνθρωπος διαψευσθῆναι δύναται, οὐδ' ὡς υἱὸς ἀνθρώπου μετανοεῖ καὶ ἅπαξ εἰπὼν οὐκ ΕΜΜΕΝΕΙ, *Non deus, vt homo mentiri poteſt, nec vt homine natus ſententiam mutat, aut ſemel dictis non immanet.* Sunt verba Bileami. add. quod det. inſ. pot. p. 160. E, ἡ ΕΠΙΜΕΝΟΥΣΑ τοῖς καλοῖς ψυχή, *animus in honeſtate perſeuerans.* Latini, *manere in promiſſis, dictis.* Vid. DVKERVS ad Flor. IV, 2, 17. Legitur etiam ἐμμένειν apud Interpretes Alexandrinos Ierem. XLIV, 25. ad exprimendum Hebraicum הקים.

v. 15. Κατὰ ἄνθρωπον λέγω) Forma dicendi κατ' ἄνθρωπον λέγειν vel, ἀνθρώπινον λέγειν eſt, *exemplis uti, vel verbis e vita communi depromtis et ad intellegentiam humanam accommodatis.* Hanc vim etiam Philonis auctoritate certam ratamque videmus. De Somn. p. 1147. C, καὶ τί δεῖ Τ' ΑΝΘΡΩΠΙΝΑ λέγεσθαι· *Quid attinet exemplis vti e vita humana petitis?* Alias etiam vno verbo ἀνθρωπολογεῖν dicitur. Quod deus immut. p. 302. C, πρὸς δὲ ἔτι ζῆλον, θυμὸν, ὀργὰς ὅσα τούτοις ὅμοια ΑΝΘΡΩΠΟΛΟΓΩΝ διεξέρχεται,

inſuper

inſuper etiam ſtudium, feruorem, iras et his ſimilia humano more commemorat. De Conf. ling. p. 339. D, ταῦτα δὲ ΑΝΘΡΩΠΟΛΟΓΕΙΤΑΙ παρὰ τῷ νομοθέτῃ περὶ τοῦ μὴ ἀνθρωπομόρφου θεοῦ, *ſed haec humano more a legiſlatore dicuntur de deo haud quaquam humana forma praedito.*

v. 17. Οὐκ ἀκυροῖ) Idem eſt ἀκυρόω quod ἀθετῶ, *abrogo*, proprie de legibus, pactis, foederibus. Vtitur eo Philo de Conf. ling. p. 348. C, ἀλλ᾽ ἔστιν ἡ σπουδὴ διαλῦσαι τὸ κακίας στῖφος τὰς ὁμολογίας αὐτῆς ΑΚΥΡΩΣΑΙ, τὴν κοινωνίαν ἀνελεῖν, *Verum hoc nunc eſt propoſitum, diſiicere vitiorum conſtipatum cuneum, irrita reddere horum foedera, ſocietatem diſſoluere.*

v. 19. Ἐν χειρὶ μεσίτου) h. e. Moſis, is enim μεσίτης, *arbiter, ſequeſter* Veteris Teſtamenti. Sic diſerte vocatur a Philone 3. de Vit. Moſ. p. 678. A, vbi audito populi flagitio iuſſus erat de monte deſcendere, πιστεύει ἀπίστοις πράξεσι καὶ οἷα ΜΕΣΙΤΗΣ καὶ ΔΙΑΙΤΗΤΗΣ — τὰς ὑπὲρ τοῦ ἔθνους ἱκεσίας καὶ λιτὰς ἐποιεῖτο, συγγνῶναι τῶν ἡμαρτημένων δεόμενος, *credens rebus fidem excedentibus tanquam ſequeſter et arbiter — deprecabatur pro populo ſuppliciter orans peccati veniam.* At veteres Attici μεσέγγυος dicunt. Thomas Mag. Μεσέγγυος· οὐ μεσίτης. Moeris, quo etiam WETSTENIVS vtitur: Μετέγγυος, Ἀττικῶς· μεσίτης Ἑλληνικῶς·

Capvt IV.

v. 2. Ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρὸς) Προθεσμία eſt *tempus definitum et conſtitutum ſiue lege, ſiue alia auctoritate.* Philo de Sacerd. hon. p. 835. A, ΠΡΟΘΕΣΜΙΑ δ᾽ ἔστω τῆς φυγῆς ὁ βίος τοῦ μεγάλου ἱερέως, *Terminus exſilii ſit idem qui vitae ſummi pontificis.* De Ioſ. p. 540. C, de piſtorum praefecto poſt tres

tres dies ſupplicio afficiendo: καραδοκῶν τὴν ὁρισθεῖσαν ΠΡΟΘΕΣΜΙΑΝ, *tempus praeſinitum exſpectans*. De Char. init. ἐπειδὴ γὰρ ἡ ΠΡΟΘΕΣΜΙΑ τῆς θνητῆς ζωῆς ἔμελλεν αὐτῷ περαιῦσθαι· *Cum enim vitae ſtatutum tempus fini proximum eſſet.*

v. 14. Τὸν πειρασμόν μυ τὸν ἐν τῇ σαρκί μυ ὐκ — ἐξεπτύσατε) Metaphorice ἐκπτύω eſt *contemno, auerſor*. Philo παραπτύειν eodem ſenſu dicit. Quis rer. diu. her. p. 496. A, vbi ait, *per ſe ſenſum* habet homo αἴσθησιν — ἀλογῦσαν τῶν σωφρονιςῶν ὡς παρορᾷν καὶ παρακύειν καὶ ὅσα ἂν ἐπ' ὠφελείᾳ διεξέρχωνται ΠΑΡΑΠΤΥΕΙΝ, *negligentem monitores, ita, vt eos deſpiciat et audire neglegat, et quidquid ad vtilitatem dicant auerſetur.*

v. 19. Τεκνία μυ, ὓς πάλιν ὠδίνω) Ὠδίνειν dicitur pro *parturire* ſine reſpectu ad dolores. Hinc Callimachus Hym. in Iou. v. 29. τεαὶ ὠδῖνες ἐλαφραί, *tui partus faciles o terra! ſunt*. Neque aliter Philo de Temul. p. 248. B, αὕτη γὰρ εἰσάγεται διὰ τῶν χρησμῶν τὰ γυναικεῖα πάντ' ἐκλιπῦσα, ἡνίκα τὸ αὐτομαθὲς γένος ΩΔΙΝΕΙΝ καὶ ἀποτίκτειν ἔμελλεν, *Huic enim omnia muliebria deſiiſſe diſcimus ex oraculo, cum eſſet paritura progeniem.* De Congr. er. qu. gr. p. 447. C, ἡ ἐπὶ πλέον ἄνεσις τὸ μέγιςον κακὸν ἀσέβειαν ΩΔΙΝΕΙ, *nimia ceſſatio maximum malum impietatem parturit.* Quod deus immut. p. 313. B, κυοφορεῖ καὶ ΩΔΙΝΕΙ καλὰς πράξεις, ἃς ὅταν ἀποτέκῃ, *fouet et parturit recte facta, quae vbi ediderit* &c. Conf. v. 27.

v. 27. Ῥῆξον καὶ βόησον) Haec verba ſumta ſunt ex Ieſ. XLVIII, 1. vbi in Hebraico eſt פִּצְחִי רִנָּה, poſt ῥῆξον autem intellegendum eſt φωνήν, quae vox additur apud ſcriptores alios bene Graecos, a quibus haec forma frequentatur. Neque enim Hebraico ſermoni

ita

ita propria eſt, vt non etiam apud Graecos auctores reperiatur. Ariſtophanes Nub. v. 357.

Οὐρανομήκη ῥήξατε κἀμοὶ φωνὴν, ὦ παμβασίλειαι,
Etiam mihi coeleſtem vocem mittite o reginae auguſtiſſimae.

Et v. 957.

Ῥῆξον φωνὴν, ἤ τινι χαίρεις, καὶ τὴν σαυτοῦ φύσιν εἰπέ.
Mitte vocem ſi quam habes tuamque dic naturam.

Communis enim eſt haec forma Poetis, Hiſtoricis et Oratoribus, Herodoto, Demoſtheni, cuius locum citat Ind. REISK. et aliis. Vid. PET. VICTORIVS Var. Lect. X, 8. Philoſtrat. Icon. L. II, c. 9. ὡς μηδὲ οἰμωγὴν ἐπ' αὐτῷ ΡΗΞΑΙ, *vt nec gemitum ſuper eo daret.* Add. Chariton. L. I. p. 7. ed. DORVILL. Scilicet etiam Philo de Conf. ling. p. 348. C, οὔτ' αὖ λόγος οὐδὲν ἂν τῶν κατὰ τὰς αἰσθήσεις πάθοι, οὐδ' ἔμπαλιν ΡΗΞΑΙ ΦΩΝΗΝ δύναιτ' ἂν αἴσθησις, *non ſermo quidquam commune habet cum ſenſibus, nec vocem mittere poſſit ſenſus.* De Special. legg. p. 788. E, εἰ τὸ στόμα ἀποφράξειεν, ὡς μηδὲ ΦΩΝΗΝ ΡΗΞΑΙ δύνασθαι, *Si os obturauerit, vt neque in clamorem prorumpere poſſit.* De Merc. Meretr. p. 864. A, εἰδυῖα ὅτι ΦΩΝΗΝ ΡΗΞΕΙ τὴν δι' ἔργων, *difficultates vero meas e conſpectu ſubmoueam, imo rebus laetis praeteritis ſilentio, quod ipſas clamaturas ſciam.* Tranſiit haec forma dicendi, *rumpere vocem*, *querelas* etc. etiam ad Latinorum vſum. Loca auctorum collegit DRAKENBORCH. ad Silium IV, 528. Tamen exiſtimandum eſt originem eius ex Hebraica lingua eſſe repetendam.

Caput V.

v. 1. Τῇ ἐλευθερίᾳ οὖν — στήκετε) *Permanete in libertate.* Sic Philo de Special. Legg. p. 798. E, ἐξ ὧν ἐλέγχεται μὴ ΣΤΗΣΟΜΕΝΟΣ ΕΠΙ ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ, εἰ μειζόνων λάβοιτο χρημάτων, *ex quo manifeſtum eſt,*

eſt, eum non permanſurum eſſe in iisdem, ſi maiores opes nactus fuerit.

v. 7. Ἐτρέχετε καλῶς, τίς ὑμᾶς ἀνέκοψε) Non erat, cur ἐνέκοψε, Codd. quorundam lectionem praeferret GROTIVS, quem ſequitur Cel. FISCHERVS ad PASOR. Lex. Man. Ἀνακόπτειν enim pro *impedire curſum* non eſt inuſitatum. Philo de praem. et poen. p. 917. σύμφορον δὲ ὀδὲν ὅτως ὡς τὸ κεχαλασμένον καὶ ἀνειμένον τῶν ὁρμῶν ΑΝΑΚΟΠΗΝΑΙ, *Nihil vtilius quam effuſos impetus et immoderatos reprimere.* Nec non de Monarch. init. p. 821. A, ἔδει γὰρ ὁρμὰς ἀνθρώπων μὴ ΑΝΑΚΟΨΑΙ, φορὰς τὰς εἰς εὐσέβειαν συντελόντων, *non erat reprimendus impetus hominum ad pietatem properantium.*

v. 19. Φανερὰ δέ ἐςι τὰ ἔργα τῆς σαρκός) h. e. *quae conſequuntur et comitantur vitam eorum, qui cupiditatibus relicta ratione obtemperant*, barbare *effectus* dicunt. Parum differunt verba Philonis de Temul. p. 254. D, πȣ̃ γὰρ ἀλλαχόθι ἔριδες, μάχαι, φιλονεικίαι, πάνθ᾽ ὅσα ΕΡΓΑ ἀκαθαιρέτȣ πολέμȣ, πλὴν ἐν τῷ μετὰ σώματος βίῳ, *vbi enim alias rixae ſunt et pugnae contentionesque et caetera pertinacis belli facinora niſi in hac vita, quam in corpore agimus.*

Capvt VI.

v. 2. Ἀναπληρώσατε τὸν νόμον τȣ̃ Χριςȣ̃) Non repugnauerim Hebraiſmum agnoſcentibus: nec aliter tamen Philo de Abrah. p. 384. C, ΝΟΜΟΝ δὲ φύσεως ΕΠΙΜΠΛΑΣ, *naturae legi obediens.* Conf. ad Rom. XIII, 8. Pro quo τὸν νόμον ποιῆσαι eſt ſupra V, 3. At Latini etiam *complere* dicunt pro *abſoluere.*

v. 7. Ὃ γὰρ ἐὰν σπείρῃ ὁ ἄνθρωπος τȣ̃το καὶ θερίσει) Eandem ſententiam expreſſit Philo de leg. ad

ad Cai. p. 1033. B, ᾔδεσαν γὰρ ἐκ τέτων καὶ τῶν ὁμοιοτρόπων τὰς τῶν θεηλάτων κακῶν φυομένας ἀνηκέϛες συμφοράς. ἧς χάριν αἰτίας ἀσεβὲς σπέρμα ΣΠΕΙΡΕΙΝ εὐλαβῶντο, δεδιότες μὴ ΘΕΡΙΖΕΙΝ ἀναγκασθῶσι τὸς ἐπ' ὀλέθρῳ παντελεῖς καρπὸς, *ſciebant enim ex his et ſimilibus grauiſſimas calamitates natas eſſe diuina voluntate immiſſas. Quamobrem veriti ſunt iacere iniquitatis ſemina ne perniciem inde metere cogerentur.* De Conf. ling. p. 342. A, ἀδικίαν μὲν ΣΠΕΙΡΑΝΤΕΣ, ἀσέβειαν δὲ ΘΕΡΙΣΑΝΤΕΣ, *iniquitatem ſeminantes et metentes impietatem.*

v. 9. Μὴ ἐκλυόμενοι) *Si non remiſerimus.* Sic interpretatur TARNOVIUS Exercitatt. Bibl. p. 184. Eſt enim ἐκλύειν, *defatigare, delaſſare*, quo ſenſu apud Philonem, compoſita verba amantem, ὑπεκλύειν dicitur de Tem. p. 254. B, ᾄδοσι καὶ ἐξάρχοσιν — τὸν ὡς ἐπὶ τεθνεῶτιν ἀληθῆ θρῆνον αὐτῶν ὥσπερ ἔξοινοι καὶ τῆς ψυχῆς τὸν τόνον ΥΠΕΚΛΥΣΑΝΤΕΣ τὲ καὶ φθείραντες, *carmen concinunt — lugubre funeſtumque tanquam temulenti multoque vino neruos animi laxati.* Sed et ipſum ἐκλύω in hac ſignificatione eſt, in Flacc. p. 976. B, ἔχων τι τῶν τότε πεπραγμένων εἰπεῖν, ἐπαμφοτερίζω, μὴ ἄρα εὐτελὲς εἶναι νομισθὲν, ΕΚΛΥΣΗι τὰ μεγέθη τῶν τοσέτων· *cum poſſim aliquid eorum quae eo tempore facta ſunt commemorare, dubito, ne, vbi pro paruo habitum fuerit, magnitudinem tantorum malorum infringat.* Hinc ἐκλύεσθαι, ſignificare, *delaſſari, eneruari, debilitari*, cum per ſe patet, tum e locis apud Philonem his: de Charit. p. 702. E, τὸς τόνος ὑπὸ λύπης ΕΚΛΥΘΕΙΣ, ἀναπέπλωκεν, *pro moerore laſſus, animum abiicit*, pro quo leg. ad Cai. p. 1018. B, ἀχανεῖς γὰρ εἱϛήκειμεν — τῶν σωματικῶν τόνων ΕΚΝΕΝΕΥΡΙΣΜΕΝΩΝ, *muti ſtabamus — corporis viribus eneruatis.* Eſt igitur ἐκλύεσθαι idem quod ἐκνευρᾶσθαι.

ρȣ͂σθαι. Hinc etiam ἔκλυσις, *torpor*, *defatigatio*. Leg. ad Cai. p. 1030. C, ὡς — ὑπ' ΕΚΛΥΣΕΩΣ μικρȣ͂ καὶ τελευτῆσαι, *vt deliquio paene exanimaretur*. Alexandrini autem Interpretes habent Prou. VI, 3. ἴθι μὴ ἐκλυόμενος, *vade continenter*, pro Hebraicis: לֵךְ הִתְרַפֵּס.

v. 12. Ὅσοι θέλȣσιν εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκὶ) *Qui volunt corpore decori eſſe*. Decorum enim deus hominem condidiſſe cenſendus eſt. Vid. Celſus VII, 25. laudatus a GESNERO ad Chreſtom. Graec. II, 16. Εὐπροσωπῆσαι, *decorum eſſe*, i. εὐπρεπὴς, vel, vt Herodot. II, 37. εὐπρεπέϛερος εἶναι. Sic ΕΥΠΡΟΣΩΠΟΥΣ λόγȣς, *ſermones ad ſpeciem bonos* dicit Philo de Nobil. p. 905. A.

v. 16. Τῷ κανόνι τȣ́τῳ ϛοιχήσȣσιν) Στοιχεῖν, *vti*, illuſtrant loci Graecorum ſcriptorum ad Gregorii de dialectis libellum p. 170. ſ. a KOENIO allati.

v. 17. Τȣ͂ λοιπȣ͂) Int. ἕνεκα τ. λ. *quod reliquum eſt; de cetero* Vulg. Plurimis ſcriptoribus vſitatam loquendi formam docet MARKLAND. ad Max. Tyr. Diſſ. XVII, 2.

IN EPISTOLAM AD EPHESIOS.

Capvt I.

v. 3.

Ο εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ) Verbum εὐλογεῖν proprie eſt *laudare*, deinde *bene precari*, *bene alicui dicere*, demum effectiue *beneficiis afficere aliquem*. Par ratio eſt nominis εὐλογίας, pro quo, vbi in Alexandrina Verſione habetur, apud Philonem ſaepius reperitur εὐχὴ, ἔπαινος, εὐφημία. Vt autem εὐλογία in hoc loco dicitur de *beneficio* ita apud Philonem l. Quod det. pot. inſ. p. 168. C, accipi poterit: Οὐδὲ γὰρ ὁ σοφιστὴς Βαλαὰμ — βουληθεὶς ἀρὰς τίθεσθαι καὶ βλάπτειν τὸν ἀστεῖον, ἴσχυσε, τοῦ θεοῦ τὰς κατάρας εἰς ΕΥΛΟΓΙΑΝ τρέποντος, *neque ille ſophiſta Balaam — cum vellet exſecrari probos et laedere, quidquam valuit, Deo maledictionem vertente in benedictionem.*

v. 4. Πρὸ καταβολῆς κόσμου) Vera notio vocis καταβολὴ eſt, *initium*, *principium*, nec ſolum apud Medicos Veteres, ſed etiam apud Demoſthenem, et Philonem ΚΑΤΑΒΟΛΗ πυρετοῦ, eſt *acceſſio*, *impetus febris* de verb. Reſip. Noë p. 281. C. Leg. ad Cai. p. 1009. Inprimis autem huc referri meretur καταβολὴ γενέσεως *initium originis*. 1. Vit. Moſ. p. 645. C, Balaami verba ſunt: Τίς ἐπ' ἀκριβείας εὗρε τὴν πρώτην ΚΑΤΑΒΟΛΗΝ τῆς τούτων γενέσεως, *quis exacte nouit primam horum originem.* Permutat autem cum ἀρχή, ſic quod mund. incorr. p. 959. C, εἰ μὴ γενέσεως ΑΡΧΗΝ ἔλαβεν ἡ γῆ, *niſi terra habuiſſet generationis initium.*

v. 8.

v. 8. Ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ Φρονήσει) Differunt omnino σοφία et φρόνησις; Illa enim eſt *ſapientia*, haec *prudentia*. Iuuat loca quaedam Philonis ad hanc ſignificationem, maxime in vſu vocis φρονήσεως, afferre. De Vit. Moſ. 1. p. 606. C, ἤδη δὲ τὰς ὅρυς τῆς βρεφικῆς ἡλικίας ὑπερβαίνων, ἐπέτεινε τὴν ΦΡΟΝΗΣΙΝ, ὐχ ὡς ἔνιοι τὰς μειρακιώδεις ἐπιθυμίας ἀχαλινώτυς ἐῶν — ἀλλὰ σωφροσύνῃ καὶ καρτερίᾳ, ὥσπερ τισιν ἡνίαις ἐνδησάμενος αὐτὰς τὴν εἰς τὸ πρόσω φορὰν ἀναχαίτιζε βίᾳ. *Egreſſus pueritiam, magis prudentiam intendit, non vt quidam frena laxans iuuenilibus cupiditatibus — ſed ſobrietate et temperantia, tanquam habenis quibusdam eas cohibens ne ferrentur nimio impetu.* Sciebat Moſes, de quo ſermo eſt, quid expetendum quid fugiendum eſſet, idque in ipſis rebus agendis oſtendebat; recte igitur ei tribuitur φρόνησις. Eod. lib. p. 641. A, ἐκωλύθησαν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν ὑπὸ τῦ προεστῶτος, ἐπιδειξαμένυ δύο τὰ κάλλιστα, ΦΡΟΝΗΣΙΝ ἐν ταυτῷ καὶ χρηστότητα. τὸ μὲν γὰρ μηδὲν μηδένα παθεῖν φυλάξασθαι ΣΥΝΕΣΕΩΣ· τὸ δὲ μηδ᾽ ἀμύνασθαι συγγενεῖς ὄντας θελῆσαι φιλανθρωπίας ἔργον, *cohibitus eſt populus a ſuo principe congredi, eadem opera gemino exemplo edito tum bonitatis tum prudentiae; nam quod diſceſſum eſt ſine mutuis iniuriis, prudenter fecit, quod vero cognationis reſpectu vltionem cohibuit, humanitatis fuit officium.* Videmus haec duo nomina φρόνησιν et σύνεσιν inter ſe permutari. Quod idem fit de Leg. ad Cai. p. 997. A, ὁ γὰρ Τιβέριος ΦΡΟΝΗΣΕΙ βαθείᾳ χρώμενος, καὶ τῶν καθ᾽ αὐτὸν ἁπάντων δεινότατος ὢν ἀφανὲς ἀνθρώπυ βύλημα συνιδεῖν καὶ ἐπὶ τοσῦτον ΣΥΝΕΣΕΙ διενεγκὼν ἐφ᾽ ὅσον καὶ εὐτυχίᾳ, πολλάκις ὑπεβλέπετο τὸν Γάϊον, *Tiberius profunda prudentia praeſtans et in noſcitandis occultis hominum voluntatibus perſpicaciſſimus, nec minus prudens quam potens, crebris de Caiö tangebatur ſuſpicionibus.* Quae

obſeruatio etiam vſum habet ad intellegenda verba 2 Tim. II, 7.

v. 23. Τὸ πλήρωμα τοῦ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου) Non reprehendendi ſunt qui de omnipraeſentia intellegunt, ita tamen vt ſimul efficaciam eius qui praeſens eſt adiungant. In loco Leg. Alleg. II. p. 61. C, etſi non diſertis verbis additur, tamen dubio procul non excluditur, parem autem ſenſum habet cum explicat neminem Deo occultum eſſe poſſe: πάντα γὰρ ΠΕΠΛΗΡΩΚΕΝ ὁ Θεὸς, καὶ ΔΙΑ ΠΑΝΤΩΝ διελήλυθεν καὶ κενὸν οὐδὲν οὐδὲ ἔρημον ἀπολέλοιπεν ἑαυτοῦ, *Nam Deus implet omnia, penetrat omnia, nihil omnino relinquens ſe ipſo vacuum.* De Sacr. Ab. et Ca. p. 141. A, δηλοῖ γὰρ ὅτι πρὸ παντὸς ὑφέστηκε τοῦ γενομένου — ΠΕΠΛΗΡΩΚΩΣ ΠΑΝΤΑ ΔΙΑ ΠΑΝΤΩΝ καὶ οὐδὲν ἔρημον ἑαυτοῦ καταλελοιπὼς ὑπάρχει, *ſignificat ſe ſubſtitiſſe ante omne quod factum eſt — implens quam late patent omnia.* Quod det. pot. inſ. p. 183. A, τὸν ἄχρι περάτων ἀποβλέποντα, τὸν ΠΕΠΛΗΡΩΚΟΤΑ ΤΟ ΠΑΝ, *qui proſpicit ad terminos, qui omnia replet.* De Conf. ling. p. 339. C, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ΠΕΠΛΗΡΩΤΑΙ ΤΑ ΠΑΝΤΑ, περιέχοντος, οὐ περιεχομένου ᾧ πανταχοῦ τε καὶ οὐδαμοῦ συμβέβηκεν εἶναι μόνῳ· *Deus implet omnia continens, non contentus, qui ſolus vbique ſimul et nusquam eſt.*

Capvt II.

v. 3. Ἦμεν τέκνα φύσει ὀργῆς) Apud Graecos φύσις, dicitur cum de *natura*, tum de *indole* ſeu *moribus*. Clericvs tanquam inimicus labi naturali, interpretatur, *indole.* Sic ſane dicuntur εἰρηναῖοι ΦΥΣΕΙ, *qui ſuopte ingenio pacem amant.* De Conf. ling. p. 326. C, ΦΥΣΕΙ μισοπόνηρος, de Nom. Mut. p. 1061, et alibi. Neque aliter Ioſephus Ant. VII, 7, 1. Dauidem ΦΥΣΕΙ

δίκαιον

δίκαιον καὶ θεοσεβῆ dicit, quod quibusdam ita impium viſum eſt, vt vocem illam expungerent, vt ex variantibus iſtius loci lectionibus apparet. Hoc ſenſu Philo Ioſepho in vit. eius p. 532. D, tribuit τὴν ἐκ ΦΥΣΕΩΣ καὶ μελέτης ἐνυπάρξασαν κοσμιότητα καὶ σωφροσύνην, *innatam et continua meditatione confirmatam honeſtatem ac temperantiam*, et βάρβαροι τὰς ΦΥΣΕΙΣ, *ingenio barbari*, occurrunt apud eundem de Special. legg. p. 802. C. Nec non apud Ariſtophanem Plut. 118. ἄνθρωπος οὗτος ἐστὶν ἄθλιος ΦΥΣΕΙ, *hic homo miſera eſt indole.* Plutus nimirum qui viſum recipere nolebat. Sic *naturaliter* Latinis dici vſitatum. Vid. BVRMANVS ad Vellei. II, 128. Sed aliter eſt in iis locis vbi ſignificat *naturam*, veluti de Conf. ling. p. 339. C, τὰ ΦΥΣΕΙ δοῦλα, *quae natura ſeruiunt*, quemadmodum apud Lucianum de Merc. Cond. c. 24, ΦΥΣΕΙ δοῦλος, *in ſeruitute natus.* Iterum apud Philonem l. c. p. 327. E, ἀντιλογικοὶ ΦΥΣΕΙ, *natura contradictores.* De Reſip. Noë p. 283. C, ἀκοινώνητον γὰρ ΦΥΣΕΙ κακῷ τὸ ἀγαθὸν, *nihil bono maloque commune eſſe natura voluit.* Inprimis autem cum iungitur cum ſubſtantiuis quibusdam φύσις ad *naturam* refertur. At Suidas v. φύσις — ὅταν δὲ λέγει ὁ Ἀπόστολος· Καὶ ἦμεν τέκνα φύσει ὀργῆς ὡς καὶ οἱ λοιποί· οὐ κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον τῆς φύσεως λέγει· ἐπεὶ τοῦ ποιήσαντος ἂν ἦν τὸ ἔγκλημα· ἀλλὰ τὴν ἔμμονον καὶ κακίστην διάθεσιν, καὶ χρονίαν καὶ πονηρὰν συνήθειαν.

v. 7. Ἵνα ἐνδείξηται — τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ) Iisdem quanquam alio loco nos vti meminimus, tamen hic quoque iuſto loco leguntur verba Philonis de immenſa dei benignitate haec: 1 Alleg. p. 46. C, φιλόδωρος ὢν ὁ Θεὸς, χαρίζεται τὰ ἀγαθὰ πᾶσι — τὸν περιττὸν ΠΛΟΥΤΟΝ ΕΠΙΔΕΙΚΝΥΜΕΝΟΣ ΑΥΤΟΥ, *Benignus cum ſit deus largitur bona omnibus — immenſas ſuas diuitias oſtentans.*

tans. Et mox: *τί ἕτερον* ΠΑΡΙΣΤΗΣΙΝ, *ἢ τὴν* ΥΠΕΡΒΟΛΗΝ *τῦ* ΠΛΟΥΤΟΥ *καὶ τῆς ἀγαθότητος* ΑΥΤΟΥ, *quid aliud exhibet, quam uberrimas diuitias, benignitatemque ſuam.*

Capvt III.

v. 18. Ἐῤῥιζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι) Eleganter Paullus haec verba coniungit, nec putari debet, diuerſarum ac diſſimilium rerum attributa conſociari. Quod hoc Philonis loco intelligitur de Opif. p. 8. C, *ῥίζας ἀποτείνυσα οἱονεὶ* ΘΕΜΕΛΙΟΥΣ, de arbore, *radices tanquam fundamenta protendente.*

Capvt IV.

v. 2. Ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ) Eſt *ἀνέχεσθαι τινος, perferre, tolerare aliquid.* Eadem conſtructio in his eſt apud Philonem. Quod omn. pr. lib. p. 870. D, *καὶ πῶς πατρὸς μὲν ἢ μητρὸς ἐπιταγμάτων παῖδες* ΑΝΕΞΟΝΤΑΙ, *ſic patris aut matris mandatis obſequuntur liberi.* Ibid. p. 873. C, *ὐδὲ παρηγορίας δι' ὑπερβολὰς κακῶν* ΑΝΕΞΟΝΤΑΙ, *nec ſolatium propter malorum vehementiam admittent.* add. Xenoph. Hier. c. 10. extr. Demoſth. Mid. c. 33. putas nos ΑΝΕΞΕΣΘΑΙ *σῦ, nos te toleraturos?* Eſt igitur, *ferre patienter.*

v. 9. Τὰ — μέρη τῆς γῆς) *Terra inferior caelo,* nam partes eius, id eſt ipſa, caelo ſunt ſubiecta. Sic Matth. II, 22. *ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη τῆς Γαλιλαίας,* h. e. *εἰς τὴν Γαλιλαίαν*, nam *μέρη* ſunt *fines*, vt Marc. VIII, 10. Etenim apud Euripidem quoque Phoeniſſ. 604. *ager Thebanus μέρη χθονὸς*, hoc eſt *χθών*, nominatur. Philo de Abrah. p. 355. E, in diluuio, ait, *πάντα* ΤΑ ΜΕΡΗ ΤΗΣ ΓΗΣ *ἔδυ καθ' ὕδατος, omnis terrarum orbis ſubmerſus aquis.* Ibidem mox p. 356. B, *πάντα* ΤΑ *τῦ κόσμυ* ΜΕΡΗ *δίχα τῶν κατ' ὐρανὸν ἐκινήθη*

ἐκινήθη παρὰ φύσιν· mundus omnis praeter coelum contra naturam mouebatur. Item p. 366. C, *πάντα* ΤΑ ΜΕΡΗ *τῆς οἰκίας* Abrahami, hoſpitum introitu in melius profeciſſe refert, i. ipſam domum.

v. 14. *Κλυδωνιζόμενοι)* Verbum *κλυδωνίζεσθαι* vſurpatur de *nauibus quae huc illuc fluctibus iactantur*; quo ſenſu *κλονεῖσθαι* et *τινάσσεσθαι* dicitur apud Philonem l. Quod deus ſ. imm. p. 318. B.

Περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας) Eleganti allegoria etiam Philo vtitur de Monarch. p. 817. A, *μὴ* ΣΥΜΠΕΡΙΦΕΡΟΥ *ταῖς ὑπὲρ δύναμιν ὁρμαῖς καὶ ἐπιθυμίαις*, *noli immodicis ſtudiis et cupiditatibus agitari.* Conf. Hebr. XIII, 9. *διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξένοις μὴ περιφέρεσθε.* Et Eccleſ. VII, 7. vbi Alexandrini *περιφέρειν* habent pro Hebr. הלל vbi accipitur pro *circumuenire*, *decipere.*

v. 15. *Ἀληθεύοντες δὲ ἐν ἀγάπῃ) In amore integri et incorrupti.* Quo ſenſu occurrit apud Philon. de Spec. legg. p. 787. C, *σκαιὸς γὰρ οὐδεὶς οὕτως ἂν γένοιτο — ὡς ἐναντιωθῆναι πρὸς λιπαρεστέρας δεήσεις καὶ μάλιστα σε, ἐπειδὰν ἐξετάσας ἀνευρίσκῃ μὴ καταψευσμένον ἢ ἐπιπόλαιον ἄλλως τὸ πάθος, ἀλλ'* ΕΠΑΛΗΘΕΥΟΝ *καὶ παντελῶς ἐνιδρυμένον*, *nemo enim* [ex puellae curatoribus] *tam erit difficilis, vt inſtantiores preces reiiciat, praeſertim ſi adhibita cura comperiat non fictum amorem aut ſuperficiarium eſſe, ſed verum et penitus reſidentem.* Altera verbi ſignificatio eſt, *verum dicere.* Leg. Alleg. II. p. 84. A, *τῶν γ' οὖν χρωμένων τῷ πάθει τούτῳ σχεδὸν οὐδεὶς* ΑΛΗΘΕΥΕΙ, *itaque iracundorum fere nemo verax eſt.* add. Plato Theaet. 39. Hanc vim habet apud Paullum ad Galat. IV, 16. Sic *ἀληθεύεσθαι verum reperiri.* De Reſip. Noë p. 280. E, *ἵνα καὶ τὸ ἑτέρωθι λεχθὲν* ΕΠΑΛΗΘΕΥΗι, *vt et illud alibi dictum confirmetur.*

v. 19. Οἵτινες ἀπηλγηκότες) Verti ſolet, *qui ita obdurarunt, vt omni ſenſu careant;* reddi tamen etiam poterit verbum Ἀπαλγεῖν per *deſperare, animum abiicere*, vt viri docti, quos laudat ALBERTVS ad Gloſſarium Gr. N. F. p. 151. demonſtrarunt. Ibi enim habetur gloſſa ad h. l. pertinens haec: Ἀπηλγηκότες· ἀπελπίσαντες. Quo ſenſu etiam eſt apud Philonem de Exſecr. p. 931. E, ἧττον γὰρ ΑΠΑΛΓΗΣΑΝΤΑΣ, ἐπιτεμεῖν θανάτῳ τὰς ἡνίας, *leuius enim prae taedio incidere morte habenas*, i. vitam abrumpere.

Ἐν πλεονεξίᾳ) *Ita vt iis rebus ſatiari non poſſint.* Nam πλεονεξία eſt, vbi *modus* et *modeſtia* deeſt. Sic accipienda haec vox apud Philonem de Praem. et poen. p. 912. D, vbi opponitur τῇ σωφροσύνῃ, item p. 929. A, vbi ait, virtutis ſtudioſo largiri deum varia dona, ἐγέραιρεν ὁ Θεὸς ἠρεμίᾳ, βουληθεὶς ἀμέθεκτον εἶναι, κηραίνοντα περὶ μηδὲν πάθος, ὧν αἱ τοῦ σώματος γεννῶσι δυνάμεις, ἐπιτιθέμεναι ΚΑΤΑ ΠΛΕΟΝΕΞΙΑΝ παθῶν δυναστείας, *donauit eum requiete, volens eum expertem eſſe malorum, nec morbis tentari, quae ſolent corporis vires gignere et pro VEHEMENTIA et IMPORTVNITATE perturbationum imperium inuadere.*

v. 31. Πᾶσα πικρία) Reprehenditur ab Apoſtolo *acerbitas* quae in inſectandis aliorum dictis et factis cernitur. Quo ſenſu apud Philonem aliquoties reperitur. De Abrah. p. 375. C, vbi contra eos diſputat, qui nihil magnum aut inauditum feciſſe Abrahamum filio immolando calumnientur, ita ingreditur orationem: ἐγὼ δὲ πρὸς τὴν τούτων βασκανίαν καὶ ΠΙΚΡΙΑΝ ἐκεῖνα λέξω, *Ad hanc inuidorum inſectationem ſic reſpondeo.* Eorumdem nominum coniunctio de Congr. er. quaer. c. p. 434. C, βάσκανον γὰρ καὶ ΠΙΚΡΟΝ καὶ κακοηθὲς φύσει ἡ κακία, *inuidum, acerbum, malignum ſua natura eſt vitium.* De Vit. Moſ. I. p. 629. A, vbi populus

moleſtias itineris grauatus, contra Moſen inter caetera haec iactat: ἠγνόεις τὴν ἡμετέραν ἁπλότητα καὶ τὴν αἰγυπτίων ΠΙΚΡΙΑΝ καὶ βαρύμηνι, *ignorabas noſtram ſimplicitatem et Aegyptiorum malitiam et iracundiam.* De Leg. ad Cai. p. 1016. D, πρόσεστί σοι καὶ τὸ στωμύλον οὐκ ἀτερπὲς ἐὰν ἔτι κέντρον ἐγκαταμίξῃς τοῖς τωθασμοῖς ὑπὸ κακόηθες, ὡς μὴ γέλωτα κινεῖν μόνον ἀλλὰ καὶ ΠΙΚΡΙΑΝ ἐκ τοῦ καχυπόνου, *Habes et non iniucundam facundiam qua inter adulandum poſſis malitioſe pungere, vt non riſum ſolum ſed et bilem e ſuſpicione moueas.* Eod. lib. p. 1041. B, ὁ ΠΙΚΡΟΣ συκοφάντης Ἰσίδωρος, *acerbus calumniator Iſidorus.* Deinde πικρία etiam eſt eorum *qui non ſolum lingua et verbis, ſed etiam re et factis nocent*, quod indicare videtur locus eiusd. l. p. 1004. D, τὰ μὲν παρ᾽ ἑτέροις ἀγαθὰ καὶ καλὰ πάντα σφετεριζόμενος — τὰ δὲ ἀπὸ τῆς σαυτοῦ ΠΙΚΡΙΑΣ καὶ ὅσα ταῖς ἐπαράτοις καὶ ἰοβόλοις ψυχαῖς γεννᾷν ἔθος βλαβερὰ καὶ ἐπιζήμια ἀντιδιδοὺς καὶ ἀντιπέμπων, *dum aliena bona cuncta occupas — pro quibus remittis exſecrabilia maleficae animae tuae germina perniciem afferentia.*

Caput V.

v. 4. Ἀλλὰ μᾶλλον εὐχαριστία) Vocabulum εὐχαριστία diuerſimode a doctis explicatur. Heinsivs in Exercitatt. ad h. l. ſcite interpretatur de *pudicitia* ex lege oppoſitionis, eodemque ſenſu accipit Prou. XI, 6. אֵשֶׁת חֵן vbi Alexandrini, γυνὴ εὐχάριστος: salmasivs autem de Foen. Trapez. p. 133. exiſtimat *humanitatem* ſignificari, docet enim εὐχάριστος idem eſſe quod εὔχαρις vel χαρίεις, vnde in eodem Prouerb. loco dicatur de *femina grata*, *decora*, *amabili* et *affabili;* cuius ſignificationis auctoritas apud Ioſephum exſtare putatur. Verum tamen ab vſitatiori praeſertim ſcriptoribus N. T. ſignificatione vocis, cur recedamus? Neque

vero, cum opponatur τῇ μωρολογίᾳ et εὐτραπελίᾳ ſimplicior erit vlla interpretatio, niſi haec, quam exemplis quibusdam e Philone petitis confirmare conabimur. Dicitur ergo de *laudibus*, *bene dictis*, *laudibus rerum diuinarum*. De Plant. Noë p. 231. D, ἑκάςη μέν γε τῶν ἀρετῶν ἐςὶ χρῆμα ἅγιον, ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑ δὲ ὑπερβαλλόντως· θεῷ δ' ἐκ ἔςι γνησίως ΕΥΧΑΡΙΣΤΗΣΑΙ, δι' ὧν νομίζεσιν οἱ πολλοὶ — ἀλλὰ δι' ἐπαίνων καὶ ὕμνων, ἐχ ἐς ἡ γεγωνὼς ᾄσεται φωνὴ, ἀλλὰ ἐς ὁ ἀειδὴς καὶ καθαρώτατος νἐς ἐπηχήσει καὶ ἀναμέλψει, *omnis virtus ſancta eſt, omnium autem maxime gratitudo, quae non recte deo praeſtatur iis modis quibus multi putant — ſed laudibus hymnisque non ſonora voce decantatis, ſed animo puro fuſis et modulatis*. Ibid. p. 232. B, οἰκειότατόν ἐςιν ἔργον, θεὸν μὲν εὐεργετεῖν, γένεσιν δὲ ΕΥΧΑΡΙΣΤΕΙΝ, μηδὲ ἔξω τέτε πλέον τῶν εἰς ἀμοιβὴν ἀντιπαρασχεῖν δυναμένων, *nihil deo magis proprium quam benefacere, creaturae autem gratias agere cum praeterea nihil rependere poſſit*. Non ita multo poſt, ἓν ἔργον ἡμῖν ἐπιβάλλει μόνον ἐν τοῖς πρὸς τιμὴν θεἐ τὸ ΕΥΧΑΡΙΣΤΟΝ, *unum ſolum opus nobis competit circa honorem dei, laudes*. Eodem modo de Vit. Moſ. I. p. 651. C, vbi de ſuppellectile aurea quam ex praeda captam, in documentum laetitiae de victoria reportata afferebant, ἃ Μωϋσῆς λαβὼν καὶ τὴν εὐσέβειαν τῶν φερόντων ἀγάμενος ἀνατίθησιν ἐν τῇ καθιερωμένῃ σκηνῇ τῆς ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑΣ τῶν ἀνδρῶν ὑπόμνημα. *Quae Moſes, pietate afferentium delectatus, accepta dicauit in tabernaculo dei, monimentum gratitudinis populi*. In quo loco εὐχαριςία de eo *genere grati animi declarandi* dicitur, *quod non tam verbis quam factis ineſt*.

Capvt VI.

v. 11. Πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς ςῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τἐ διαβόλε) Verbum ςῆναι in re athletica et agoni-

ágoniſtica ſignificat *pugnare*, *concertare*, quemadmodum etiam Latinorum *conſiſtere*. Vid. BVRMANVS ad Quinctil. Inſt. Or. XII, 3, 6. p. 1066. Senſu eodem *κατεξανίςαϑαι τινος* dicitur apud Philonem de Congr. er. quaer. gr. p. 448. B, *τῶν τῆς φύσεως ἀναγκαίων* ΚΑΤΕΞΑΝΙΣΤΑΝΤΕΣ, *contendentes aduerſus naturae neceſſitates.* Iam porro *μεθοδεύειν*, vnde vox *μεθοδεία* ducitur, proprie quidem eſt, vt SALMASIVS de Foen. Trapez. p. 171. obſeruat, *in arte aliqua tractanda verſari;* cuius poteſtatis rationem vel plurimis Philo exemplis confirmat. Quod det. inſ. pot. p. 175. C, *τῷ δὲ σπȣδαίῳ, τέχνης γὰρ ἔμπειρος γεωργικῆς ἐςιν, ἡ ὕλη πᾶσα τεχνικῶς καὶ σὺν λόγῳ* ΜΕΘΟΔΕΥΕΤΑΙ, *at bonus, vt peritus rei ruſticae omnem materiam certa ratione tractat.* De Agric. p. 191. B, *ἐργαζόμενοι καὶ* ΜΕΘΟΔΕΥΟΝΤΕΣ *τὰ φίλα τῇ σαρκὶ*, *qui exercent et tractant ea quae corpori grata ſunt.* De Vit. Moſ. 3. p. 684. E, *σχολάζοντες ȣ̓χ ὡς ἔνιοι γέλωσιν — ἀλλὰ μόνῳ τῷ φιλοσοφεῖν, ȣ̓χ ὅπερ* ΜΕΘΟΔΕΥΟΥΣΙΝ *οἱ λογοθῆραι καὶ σοφιςαὶ*, *vt vacarent non ludicris — ſed ſoli philoſophiae, non ei quam tractant verborum captatores et ſophiſtae.* Quod mund. ſit incorr. p. 964. D, *φθειρομένȣ τȣ̃ πλείςȣ μέρȣς ἀνθρώπων ἐπιλιπεῖν ἐξ ἀνάγκης καὶ τὰς τέχνας· δίχα γὰρ τȣ̃* ΜΕΘΟΔΕΥΟΝΤΟΣ *ȣ̓κ εἶναι καθ' αὑτὴν ἰδεῖν τὴν ἐπιςήμην· cum maximae partis hominum interitu artes quoque neceſſario deficere. Nam niſi ſit qui tractet, non licet inuenire per ſe vllam ſcientiam.* Sic de aliptis dicit de Septen. p. 1185. D, ΜΕΘΟΔΩι *καὶ τέχνῃ προσποιȣ̃σιν ἰσχὺν κρατειοτέραν ἰσχύϊ*, *via quadam et arte robur robore validius comparant.* Atque iſta quidem in bonam partem dicuntur, ſed non deſunt tamen exempla quae demonſtrent, etiam in malam partem accipi. Sic *μέθοδος* pro *inſidiis* et *fraudibus* occurrit L. II. Alleg. p. 63. B, quin et ipſum verbum de Migr. Abr. p. 412. D,

ἔνιοι

ἔνιοι δὲ — ΜΕΘΟΔΕΥΕΙΝ τὸν ἑαυτῶν βίον ἀξιῦντες καὶ μεθόριον ἀνθρωπίνων τε καὶ θείων ἀρετῶν τιθέντες, ἵν' ἑκατέρων ἐφάπτωνται καὶ τῶν ἀληθείᾳ, καὶ τῶν δοκήσει, *ſunt etiam qui aſtuta quadam ratione vitam regere velint et humanarum diuinarumque virtutum confinium faciant, in quo vtrisque proximi ſint, tum iis quae vere ſunt, tum iis quae exiſtimantur.* Sic nimirum etiam apud Paullum accipiendum eſſe facile intelligitur. Caeterum ſic plane Epiphanius Haer. XXXI. L. I. T. II. p. 198. C, coniungit: τὴν πανυργίαν τῆς ΜΕΘΟΔΕΙΑΣ καὶ τὴν πονηρίαν τῆς πλάνης, *calliditatem artificii, atque erroris prauitatem.* Eſſe autem μεθοδείαν idem quod μέθοδον vel maxime patet inde, quod in eodem ſenſu paullo ante praecedit, ὁρᾷς τὴν μέθοδον, ᾗ οἱ χρώμενοι φρεναπατῦσιν ἑαυτὺς, *vides artem ac fraudem, qua ſibimetipſis illudunt.*

v. 13. Διὰ τῦτο ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τῦ Θεῦ) Forma ἀναλαμβάνειν τὰ ὅπλα bene graeca eſt inprimis. Omnino verbum dicitur de rebus quibus induimur, vel ornamur. Sic apud Philonem de Temul. p. 252. B, ποικιλωτάτην καὶ ὀφθῆναι θαυμασιωτάτην ἑτέραν ΑΝΑΛΑΜΒΑΝΕΙΝ, *alteram pictam et aſpectu mirandam ſumere.* Leg. ad Cai. p. 1005. C, τὴν διονυσιακὴν ΑΝΕΛΑΜΒΑΝΕ σκευὴν, *Bacchi ornatum ſumſit.* Iterum p. 1006. A, πάλιν κηρύκειον ΑΝΑΛΑΜΒΑΝΕΙ, *ſic et caduceum ſumit.* Sic vſurpatur apud Latinos verbum *ſumere.* Ouidius A. A. II, 300.

Gauſapa ſi ſumſit, Gauſapa ſumta proba.

Metam. VIII, 26.

ſeu ſumſerat auro
Fulgentem clypeum, clypeum ſumſiſſe decebat.

Curtius VI, 6, 4. *veſtem Perſicam ſumſit.* Igitur etiam ἀνάληψις et χρῆσις coniunguntur apud Phil. I Alleg. p. 59. C.

p. 59. C. Quam rationem tenendam eſſe arbitror ad intellegenda melius loca quorum e numero hic eſt, in quibus ἀναλαμβάνεσθαι ea dicuntur, quae vel ad vim repellendam, vel inferendam pertinent, hoc eſt vel arma, vel tela, nam in his ipſis ineſt pugnantis ornatus, vnde ſaepius *ornare* Latinis pro *armare* et *inſtruere* dicitur. Sic autem apud Philonem Moſes de V. M. III. p. 694. C, ξίφος ἕκαστος ὑμῶν, φησὶν, ΑΝΑΛΑΒΩΝ, ἐφορμάτω διὰ παντὸς τοῦ στρατοπέδου, *arrepto vnusquisque, ait, gladio diſcurrat per caſtra.* Πανοπλίαι exſtat apud Philon. de Char. p. 706. A, de hoſtibus armatis ad vrbem accedentibus, ἀξιοῖ γὰρ αὐτοὺς κἂν ἐπὶ θύραις ὦσιν ἤδη τοῖς τείχεσιν ἐφιστάντες ΕΝ ΠΑΝΟΠΛΙΑΙΣ οὔπω νομίζειν πολεμίους. *Vult, cum iam pro foribus adſtent moenibusque armati, nondum eos habere loco hoſtium.*

v. 20. Ὑπὲρ οὗ πρεσβεύω) *Legatione fungor.* Philo de Leg. ad Cai. p. 1019. C, καὶ ταῦτα ΠΡΕΣΒΕΥΕΙΝ δοκοῦντας, *praeſertim qui legatione fungant.* Improprie οὐδὲ τοῦτο πρεσβεύων *neque hoc ſollicite agens.* Iamblich. Protrept. c. VI. p. 33. ARC.

IN EPISTOLAM AD PHILIPPENSES.

Caput I.

v. 10.

Ινα ἦτε εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι) Εἰλικρινὴς proprie *in quo nihil eſt maculae*, diciturque de iis rebus quarum puritas ad ſolis ſplendorem exigitur. Deinde ſignificat omnino *purus*, *integer*, quod inde patet, quia non ſolum apud Grammaticos veteres per καθαρὸς explicatur, vt gloſſae apud Heſychium declarant, ſed etiam apud auctores ipſos cum eodem nomine coniungitur. Sic Philo de mund. opif. p. 6. D, ΕΙΛΙΚΡΙΝΕΣ οὐδὲν τῶν ἐν αἰσθήσει, *ſincerum nihil eorum, quae ſenſu percipiuntur*. Sic καθαρωτέρα καὶ ΕΙΛΙΚΡΙΝΕΣΤΕΡΑ σύστασις, *purior et ſincerior ſubſtantia* 1. Leg. All. p. 56. E, et ΕΙΛΙΚΡΙΝΕΣ πῦρ, *purus ignis* opponitur κλιβάνῳ καπνιζομένῳ, *furno fumanti* quis rer. diu. her. p. 524. D. De Abrah. p. 368. C, οὐ γὰρ ἀγνοῶ, διότι πρὸς τὸ χεῖρους μὴ γίγνεσθαι καὶ βελτίους ἔσονται τῷ συνεχεῖ τῆς θεραπείας ΕΙΛΙΚΡΙΝΗ καὶ ΚΑΘΑΡΑΝ εὐσέβειαν ἀσκήσαντες, *noui enim quod hi nec deteriores fiant, et vltro proficient in melius continue in religione pura et ſincera pietate ſe exercendo.* Neque aliter aduerbium vſurpatur 2 Alleg. p. 81. E, ὅταν ἡδονῆς ἀμέτρου κορεσθῶμεν, οὔθ᾽ ὁρᾶν, οὔτ᾽ ἀκούειν, οὔτ᾽ ὀσφραίνεσθαι, οὔτε γεύεσθαι, οὔθ᾽ ἅπτεσθαι ΕΙΛΙΚΡΙΝΩΣ δυνάμεθα, *ſaturati voluptate immodica nec videre, nec audire, nec olfacere, nec guſtare, nec tangere ſincere poſſumus.*

v. 16.

v. 16. Οἰόμενοι θλίψιν ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μȣ) Επιφέρειν denotat *addere*, *adiicere*, vt adeo ſenſus ſit, *putant ſe meis vinculis aliam inſuper addere perniciem.* Hanc ſignificationem ſaepe habet apud Philonem, veluti n illa forma de Congr. er. quaer. gr. p. 447. A, et ılibi ſaepius obuia, διόπερ ΕΠΙΦΕΡΕΙ, *quare addit.* Leg. ad Cai. p. 1009. E, τὸ λεγόμενον κατὰ τὴν παροιμίαν πῦρ ΕΠΙΦΕΡΩΝ πυρὶ, *iuxta quod in prouerbio dicitur ignem ADDENS incendio.* At ἐπιφέρεσθαι *ſecum habere*, παρ' ἑαυτῷ ἔχειν, quocum permutatur ıpud Philonem 1. Vit. Moſ. p. 614. E.

v. 18. Πλὴν) *tamen.* Sic Philo 2. Alleg. p. 105. B, ΠΛΗΝ ȣ̓κ ἀφίςαται ζυγομαχȣ̃σα ἡ ἡδονή. *Nec tamen deſinit voluptas iugum quaſſare.* Mox προφάσει — ἀληθείᾳ ſaepius opponuntur. Vid. MARKLAND. ad Max. Tyr. Diſſ. XXVII. extr. Philo de Ioſ. p. 555. B, ὁρμῶν ΠΡΟΦΑΣΕΙ ἐπί τι τῶν κατεπειγόντων· ἐκλαλῆσαι γὰρ Τ' ΑΛΗΘΕΣ καιρὸς ȣ̓κ ἦν· *Seceſſit QVASI ad aliquod feſtinum negotium, neque enim prodenda erat VERITAS.*

v. 19. Διὰ τῆς — ἐπιχορηγίας τȣ̃ πνεύματος Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃) Iam ad Galat. III, 5. monuimus eos a vera ratione aberrare, qui nimis tenaces propriae ſignificationis verbi χορηγεῖν peculiarem in eo emphaſin agnoſcant. Quod ipſum his amplius confirmatur apud Philonem locis de Opif. p. 17. A, βȣληθεὶς γενόμενον μηδενὸς ἀπορῆσαι τῶν πρός τε τὸ ζῆν καὶ τὸ εὖ ζῆν· ὧν τὸ μὲν παρασκευάζȣσιν αἱ ΧΟΡΗΓΙΑΙ καὶ ἀφθονίαι τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν, *volens vt creatus nulla re careret, quae cum ad vitam, tum ad bene viuendum proſint; quorum alterum praeſtat largitio et copia rerum ad fruendum paratarum.* Ibid. p. 26. D, ὡς νέα παλαιοῖς ἐπανθεῖν καὶ ἐπακμάζειν πρὸς ΧΩΡΗΓΙΑΣ ἀφθόνȣς τῶν δεομένων, *vt noua veteribus ſuccreſcant et floreſ-*

efflore-

IN EPISTOLAM
AD PHILIPPENSES.

CAPVT I.

V. 10.

Ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι) Εἰλικρινὴς proprie *in quo nihil eſt maculae*, diciturque de iis rebus quarum puritas ad ſolis ſplendorem exigitur. Deinde ſignificat omnino *purus*, *integer*, quod inde patet, quia non ſolum apud Grammaticos veteres per καθαρὸς explicatur, vt gloſſae apud Heſychium declarant, ſed etiam apud auctores ipſos cum eodem nomine coniungitur. Sic Philo de mund. opif. p. 6. D, ΕΙΛΙΚΡΙΝΕΣ οὐδὲν τῶν ἐν αἰσθήσει, *ſincerum nihil eorum, quae ſenſu percipiuntur.* Sic καθαρωτέρα καὶ ΕΙΛΙΚΡΙΝΕΣΤΕΡΑ σύστασις, *purior et ſincerior ſubſtantia* 1. Leg. All. p. 56. E, et ΕΙΛΙΚΡΙΝΕΣ πῦρ, *purus ignis* opponitur κλιβάνῳ καπνιζομένῳ, *furno fumanti* quis rer. diu. her. p. 524. D. De Abrah. p. 368. C, οὐ γὰρ ἀγνοῶ, διότι πρὸς τὸ χεῖρους μὴ γίγνεσθαι καὶ βελτίους ἔσονται τῷ συνεχεῖ τῆς θεραπείας ΕΙΛΙΚΡΙΝΗ καὶ ΚΑΘΑΡΑΝ εὐσέβειαν ἀσκήσαντες, *noui enim quod hi nec deteriores fiant, et vltro proficient in melius continue in religione pura et ſincera pietate ſe exercendo.* Neque aliter aduerbium vſurpatur 2 Alleg. p. 81. E, ὅταν ἡδονῆς ἀμέτρου κορεσθῶμεν, οὔθ᾽ ὁρᾶν, οὔτ᾽ ἀκούειν, οὔτ᾽ ὀσφραίνεσθαι, οὔτε γεύεσθαι, οὔθ᾽ ἅπτεσθαι ΕΙΛΙΚΡΙΝΩΣ δυνάμεθα, *ſaturati voluptate immodica nec videre, nec audire, nec olfacere, nec guſtare, nec tangere ſincere poſſumus.*

V. 16.

v. 16. Οἰόμενοι θλίψιν ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μȣ) Ἐπιφέρειν denotat *addere*, *adiicere*, vt adeo ſenſus ſit, *putant ſe meis vinculis aliam inſuper addere perniciem.* Hanc ſignificationem ſaepe habet apud Philonem, veluti in illa forma de Congr. er. quaer. gr. p. 447. A, et alibi ſaepius obuia, διόπερ ΕΠΙΦΕΡΕΙ, *quare addit.* Leg. ad Cai. p. 1009. E, τὸ λεγόμενον κατὰ τὴν παροιμίαν πῦρ ΕΠΙΦΕΡΩΝ πυρὶ, *iuxta quod in prouerbio dicitur ignem ADDENS incendio.* At ἐπιφέρεσθαι *ſecum habere*, παρ' ἑαυτῷ ἔχειν, quocum permutatur apud Philonem 1. Vit. Moſ. p. 614. E.

v. 18. Πλὴν) *tamen.* Sic Philo 2. Alleg. p. 105. B, ΠΛΗΝ ȣ̓κ ἀφίςαται ζυγομαχȣ̃σα ἡ ἡδονή. *Nec tamen deſinit voluptas iugum quaſſare.* Mox προφάσει — ἀληθείᾳ ſaepius opponuntur. Vid. MARKLAND. ad Max. Tyr. Diſſ. XXVII. extr. Philo de Ioſ. p. 555. B, δραμὼν ΠΡΟΦΑΣΕΙ ἐπί τι τῶν κατεπειγόντων· ἐκλαλῆσαι γὰρ Τ' ΑΛΗΘΕΣ καιρὸς ȣ̓κ ἦν· *Seceſſit QVASI ad aliquod feſtinum negotium, neque enim prodenda erat VERITAS.*

v. 19. Διὰ τῆς — ἐπιχορηγίας τȣ̃ πνεύματος Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃) Iam ad Galat. III, 5. monuimus eos a vera ratione aberrare, qui nimis tenaces propriae ſignificationis verbi χορηγεῖν peculiarem in eo emphaſin adgnoſcant. Quod ipſum his amplius confirmatur apud Philonem locis de Opif. p. 17. A, βȣληθεὶς γενόμενον μηδενὸς ἀπορῆσαι τῶν πρὸς τὲ τὸ ζῆν καὶ τὸ εὖ ζῆν· ὧν τὸ μὲν παρασκευάζȣσιν αἱ ΧΟΡΗΓΙΑΙ καὶ ἀφθονίαι τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν, *volens vt creatus nulla re careret, quae cum ad vitam, tum ad bene viuendum proſint; quorum alterum praeſtat largitio et copia rerum ad fruendum paratarum.* Ibid. p. 26. D, ὡς νέα παλαιοῖς ἐπανθεῖν καὶ ἐπακμάζειν πρὸς ΧΩΡΗΓΙΑΣ ἀφθόνȣς τῶν δεομένων, *vt noua veteribus ſuccreſcant et*

efflore-

efflore∫cant ad largam copiam indigentium. Iam ſi vox χορηγία iam per ſe indicaret abundantem et copioſam largitionem quid opus erat addere ἀφθόνως? Ita quoque de Decal. extr. vbi ait Deo, magno illi regi adſcribendam eſſe publicam ſecuritatem τὰ τῆς εἰρήνης ἀγαθὰ πάντα τοῖς πανταχοῦ πᾶσιν ἀεὶ πλουσίως καὶ ἀφθόνως ΧΟΡΗΓΟΥΝΤΙ, *fructus pacis omnibus vbique largiter copioſeque ſuppeditanti.*

v. 20. Κατὰ τὴν ἀποκαραδοκίαν καὶ ἐλπίδα μου) Nec hoc intactum reliquimus ad Rom. VIII, 19. vocem ἀποκαραδοκίαν eſſe *ſpem* omnino, neque vt nonnulli emphaſium venatores putant eam, quae ſublato capite declaretur et cum ſollicitudine magna et anxietate ſit coniuncta. Quodſi quis tamen emphaſin ineſſe putet, propter praepoſitionem ἀπὸ quacum coniuncta eſt, ea omnis eo redibit, vt ſimul conſtantiam et patientiam exſpectationis indicari dicamus. Quae ſententia auctores habet Chryſoſtomum et Theophylactum, ſuffragatoremque ALBERTVM ad Gloſſarium N. F. p. 103. Eam autem a ſe probari negat Cel. FISCHERVS in Proluſ. V. *de Vitiis Lexx. N. T.* in qua grauiſſimis argumentis contra nititur, ab vſu Graecorum V. T. interpretum in vertendo Hebraico תּוֹחֶלֶת, e conſuetudine linguae, auctoritatibus denique veterum Grammaticorum receptis. Quemadmodum igitur apud Apoſtolum in hoc loco nomina ἀποκαραδοκία et ἐλπὶς, ita verba coniunguntur apud Philonem de Ioſ. p. 527. D, τὴν ἐπὶ τοῖς οἰκείοις ΕΛΠΙΖΕΙΝ καὶ ΚΑΡΑΔΟΚΕΙΝ ἡγεμονίαν, *ſperare et exſpectare principatum inter domeſticos.*

v. 24. Ἀναγκαιότερον) Poteſt reddi, *praeſtat, melius eſt.* De rebus *grauibus, expetendis, magni faciendis* ſaepius adhibetur ἀναγκαῖος; quam vim Philonem inprimis ei tribuere deprehendimus. De Opif. p. 2. D, τὸν κόσμον οἱ φάσκοντες ὡς ἐστιν ἀγένητος λελήθασι

τὸ

τὸ ὠφελιμώτατον καὶ ΑΝΑΓΚΑΙΟΤΑΤΟΝ *τῶν εἰς εὐσέβειαν ἡκόντων ὑποτεμνόμενοι τὴν πρόνοιαν, qui mundum dicunt factum non eſſe, non animaduertunt, ſe tollere quod eſt in vita vtiliſſimum et ad pietatem efficaciſſimum, nempe prouidentiam.* Ibid. p. 13. A, *εἰς τοσαύτας καὶ ὅτως* ΑΝΑΓΚΑΙΑΣ *διατείνεσιν ὠφελείας αἱ τῶν κατ' ὀρανὸν φύσεις τὲ καὶ κινήσεις ἀςέρων, Ad tantas tamque praeſtantes vtilitates pertinent naturae motusque ſiderum coeleſtium.* Neque aliter de Muſica ait p. 17. D, *οἱ ἄνθρωποι* — ΑΝΑΓΚΑΙΟΤΑΤΗΝ *καὶ ὠφελιμωτάτην τέχνην τῷ βίῳ παρέδοσαν, homines artem praeſtantiſſimam vtiliſſimamque vitae communi tradiderunt.* Sic Alleg. 2. p. 97. A, *μαθὼν παρὰ Μωσέως δίδαγμα καὶ δόγμα* ΑΝΑΓΚΑΙΟΝ *μὴ παραδιδόναι παῖδα τῷ κυρίῳ ὃς προτίθεται αὐτῷ παρὰ τῦ κυρίϰ, qui didicit apud Moſen praeceptum decretumque grauiſſimum, Non trades domino ſuo ſeruum qui ad te confugerit.* De Ioſeph. p. 550. A, *ſtatim cognouit omnes ipſe agnitus a nemine, deo nondum volente verum aperire διὰ τινὰς* ΑΝΑΓΚΑΙΑΣ *αἰτίας ἃς τότε βέλτιον ἦν ἡσυχάζεσθαι, propter graves quasdam cauſſas, quas tum reticere ſatius erat.* Plura afferenda eſſent, ſi, quae in excerptorum libros coniecimus, omnia adſcribere vellemus.

v. 27. *Συναθλῦντες τῇ πίςει*) *Συναθλεῖν ſocium eſſe certaminis*, quaeritur vtrum coniungatur cum *τῇ πίςει*, an ſimpliciter poſitum referatur ad Paullum cum caeteris Apoſtolis. Mihi poſterius placet, quod etiam Lutherus cum Vulgato interprete eſt amplexus. Sed *τῇ πίςει* accipiam pro caſu ſexto, quo modus et inſtrumentum denotetur, vnde vertendum erit, *vna decertantes per fidem Euangelii.* Verbum *ἀθλεῖν* cum compoſitis ſuis in ſignificatione *laborandi*, *operam dandi*, *inprimis in virtutis honeſtatisque ſtudio* frequens eſt apud Philonem. de Vit. Moſ. I. p. 610. A, *τὸς ἀρετῆς* ΑΘΛΟΥΣ *Μωσῆς* ΔΙΗΘΛΕΙ, *ſe exercebat Moſes in virtutis ſtudio.*

Capvt II.

v. 15. Ἵνα γένησθε ἄμεμπτοι καὶ ἀκέραιοι) Aliter paullo quam Matth. X, 16. ἀκέραιοι dicuntur homines *illaeſae famae, inculpatae integerrimaeque vitae.* Sic apud Philonem ἀκαίραιον dicitur id, quod eſt *purum, ſaluum, liquidum, integrum.* Leg. ad Cai. p. 1038. B, ὅμως μέντοι καὶ τὴν χάριν διδοὺς ἔδωκεν οὐκ ΑΚΑΙΡΑΙΟΝ ἀλλ᾽ ἀναμίξας αὐτῇ δέος ἀργαλεώτερον, *tamen etſi beneficium tribuebat, non integrum et ſaluum dedit, ſed grauiori terrore ei admixto.*

Capvt III.

v. 8. Καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι.) Vocem σκύβαλον idem volunt ſignificare quod τὸ τοῖς κυσὶ βαλλόμενον, *quod canibus proiicitur,* Suidas et magnus Etymologus, atque ſic eſt in verſu Phocylidis quem Pasor affert in Lexico, vbi de iis dicitur quae de menſa canibus reiiciuntur. Deinde autem de cuiuscunque modi reiectamentis dici videtur. De ſtercore in victimis igne abſumendis ſimul cum pelle reiiciendo, eſt apud Philonem de Sacr. Ab. et Ca. extr. *lex holocauſti eſt* μηδὲν ἔξω τροφῆς ΣΚΥΒΑΛΩΝ καὶ δέρματος — ὑπολείπεσθαι, *ut nihil praeter ciborum recrementa et pellem — relinquatur.* Sic de *paleis* et *gluma* qua extritum frumentum purgari debet occurrit de Carit. p. 712. A, πάλιν βοῦς ἐστὶ πρὸς — κάθαρσιν δραγμάτων καὶ διάκρισιν ΣΚΥΒΑΛΩΝ ἀπὸ τοῦ γνησίου καὶ χρησίμου· *Bos rurſus adhibetur ad — manipulos purgandos et ſeparanda reiectamenta a probo et vtili frumento.*

v. 12. Οὐχ ὅτι — ἤδη τετελείωμαι) Τελειωθῆναι dicuntur qui in ſtadio curſores metam attingunt, et praemio honorandi ſunt. Quamquam alia lectio eſt: δεδικαίωμαι, cuius ratio reddi ſic poſſit, quod Hebraicum

cum תם ab Graecis Interpretibus vel per δίκαιος, vel per τέλειος exprimitur. v. Prou. X, 29. XX, 7. E Philone huc pertinet 2 Alleg. p. 74. C, πότε οὖν ὦ ψυχὴ μάλιστα νεκροφορεῖν σαυτὴν ὑπολήψῃ· ἆρά γε οὐχ ὅταν ΤΕΛΕΙΩΘΗΙΣ καὶ ΒΡΑΒΕΙΩΝ καὶ στεφάνων ἀξιωθῇς, *Ecquando anima maxime videberis mortuum ferre? Num quando metam attigeris et praemiis coronisque dignaberis.* Quae ratio eſt cur etiam apud Eccleſiae Patres τελιοῦσθαι nonnunquam dicatur pro *martyrium ſubire*, v. c. apud Euſebium Hiſt. Eccl. VII, 15.

Διώκω δὲ εἰ καὶ καταλάβω) Senſus eſt: *contendo, vt aſſequar.* Etenim εἰ καὶ non eſt dubitantis, ſed affirmantis, et ſignificat *vt*, quemadmodum Act. VIII, 22. Nam ſtudium de quo loquitur Paullus, ſi modo ſerium eſt, praemio non deſtituitur. Totus autem ſermo reſpicit ad morem ſtadiorum vel circi. De Agric. p. 201. A, Philo ſimiliter: ἐὰν μέντοι τέχνην τὴν ἡνιοχικὴν ἀναδιδαχθεὶς ἐπιπλέον ἐνομιλήσῃς — ἀναβὰς ἔχου τῶν ἡνιῶν. οὕτω γὰρ οὔτε — ἐξ ἐναντίας ἢ κατόπιν ἐπιτρεχόντων ἐχθρῶν ἁλώσῃ, τοὺς μὲν τάχει φθάνων τῷ προεκδραμεῖν ΔΙΩΚΟΝΤΑΣ etc. *quodſi aurigandi artem edoctus diutius in ea fueris verſatus — adſcende et habenas arripe. Sic neque — in curſu obuiorum inſequentiumue inimicorum capieris: hos vt praecurrant urgentes, celeritate praeuertens* etc. Quod det. pot. inſ. p. 178. E, παγκάλως οὖν ὡς εἴρηται ὅτι ἐξέρχεται ὁ λόγος τοῖς νοήμασιν ὑπαντησόμενος, καὶ ἐπιτρέχει σπουδάζων ΚΑΤΑΛΑΒΕΙΝ αὐτά, *Quapropter valde pulchre dictum eſt, quod egreditur ſermo in occurſum cogitationibus et accurrit eas complecti cupiens.* De Abrah. p. 381. E, ΔΙΩΚΕΙΝ δ' εὐτρεπιζόμενος ἐπὶ τῷ ῥύσασθαι τὸν ἀδελφιδοῦν, *paratus ad opem fratris filio ferendam perſequi.* Διώκειν quod in his locis ſit, *inſtare, contendere*, vid. LYDIVS in Agoniſt. c. 24. in qua notione frequens eſt apud Xenophontem, ſicut etiam

διῶξις et διωγμός. Vjd. omnino Obſeru. Miſcell. Vol. V. p. 92 - 95. mirum vero praetermiſſum notari a RAPHELIO.

v. 15. Ὅσοι οὖν τέλιοι) Τέλιοι adulti e quibus curſores legebantur, opponuntur pueris; 1. vit. Moſ. p. 605. C, ΤΕΛΕΙΟΤΕΡΟΝ δὲ τῆς ἡλικίας ἰδοῦσα, Aegypti regis filia *videns* Moſen *firmiorem quam pro aetate.* add. de Cherub. p. 127. B. De ſpec. legg. p. 795. D, ΤΕΛΕΙΟΙ opponuntur τοῖς κομιδῇ νηπίοις. Hoc loco τέλιοι ſunt, qui religionem chriſtianam recte intellegunt et perceperunt, quibus magna praeſtare conuenit. Vid. ad 1 Cor. XIV, 20.. Hebr. V, 14. Dicuntur etiam ἀθληταὶ τέλειοι, *ſummi luctatores, longo vſu confirmati.* Apud Polyb. Lib. II, p. 151. et Philon. de migr. Abr. p. 392. D, γέγονάς μοι ΑΘΛΗΤΗΣ ΤΕΛΕΙΟΣ καὶ βραβείων καὶ στεφάνων ἠξιώθης, *fuiſti mihi athleta perfectus praemia coronasque conſecutus.*

v. 20. Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει) Vetus eſt verbum Anaxagorae philoſophi, quem Diogenes Laertius refert, cum interrogaretur, vbi eſſet ipſius patria, digito ad coelum intento dixiſſe, ἐκεῖ. Inſignis autem inprimis locus eſt apud Philonem de Confuſ. ling. p. 331. B, quem non piget adſcribere; οἱ κατὰ Μωϋσῆν σοφοὶ πάντες εἰσάγονται παροικοῦντες. αἱ γὰρ τούτων ψυχαὶ στέλλονται μὲν ἀποικίαν δή ποτε τὴν ἐξ ΟΥΡΑΝΟΥ· εἰώθασι δὲ ἕνεκα τοῦ φιλοθεάμονος καὶ φιλομαθοῦς εἰς τὴν περίγειον φύσιν ἀποδημεῖν· ἐπειδὰν οὖν ἐνδιατρίψασαι σώματι τὰ αἰσθητὰ καὶ θνητὰ δι' αὐτῶν πάντα κατίδωσιν ἐπανέρχονται ἐκεῖσε πάλιν ὅθεν ὡρμήθησαν τὸ πρῶτον ΠΑΤΡΙΔΑ μὲν τὸν ΟΥΡΑΝΙΟΝ χῶρον ἐν ᾧ ΠΟΛΙΤΕΥΟΝΤΑΙ ξένον δὲ τὸν περίγειον ἐν ᾧ παρῴκησαν νομίζουσαι, *Apud Moſen ſapientes omnes inducuntur inquilini. Nam horum animae in coloniam e coelo miſſ: ſunt. Solent enim viſendi*

et

et diſcendi gratia peregrinationem in terrenam naturam ſuſcipere. Ibi hoſpitio corporis vſae et contemplatae ſenſibilia mortaliaque omnia, retro, vnde venerant redeunt, memores coelum ſibi ciuitatem eſſe ac patriam, in his vero terrae finibus uti ſe tantum hoſpitio. Denotat autem vocabulum πολίτευμα, *ſocietatem hominum vni alicui ciuitati adſcriptorum, iisdem legibus iuribusque vtentium.* Tale conſortium eſt omnium totius orbis incolarum, quatenus ſecundum naturam iunguntur, vt ex mente Socratis diſputat Philo de Opif. p. 33. A, vbi addit, ante hominem conditum adfuiſſe, qui ad iſtam ciuitatem pertinerent, οἳ λέγοιντ' ἂν ἐνδίκως μεγαλοπολῖται, τὸν μέγιστον περίβολον οἰκεῖν λαχόντες καὶ τῷ μεγίστῳ καὶ τελειοτάτῳ ΠΟΛΙΤΕΥΜΑΤΙ ἐγγραφέντες, *qui merito dici poſſint magnae vrbis ciues, ampliſſima pomoeria ſortiti, ad habitandum et ciuitati maximae perfectiſſimaeque adſcripti.* Nec aliter de Ioſ. p. 536. D, ἐφιέμενος ἐγγραφῆς τῆς ἐν τῷ μεγίστῳ καὶ ἀρίστῳ ΠΟΛΙΤΕΥΜΑΤΙ τοῦδε τοῦ κόσμου. *Qui in ciuitatem optimam maximam hunc mundum adſcribi cupio.* Sunt verba eius qui nulla rerum externarum, quae homines inter ſe diſcernunt, ratione habita, idem ſibi ius quod ceteri, attribuat.

Caput IV.

v. 5. Τὸ ἐπιεικὲς) E variis vocis ἐπιεικὴς ſignificationibus de quibus videndus is. casavbonvs ad Polybium p. 154. Edit. gronovii, huc maxime pertinere videtur ea, qua dicitur de homine, *non rigide contra tendente, ſed facili iure ſuo cedere.* Eſt igitur τὸ ἐπιεικὲς ſiue quod idem eſt ἐπιείκεια, *manſuetudo, lenitas, mediocritas.* Hoc ſenſu ἐπιεικὴς cum μέτριος coniungitur apud Ioſephum A. VI, 12, 7. Μέχρις οὗ μέν εἰσιν ἰδιῶταί τινες καὶ ταπεινοὶ — ΕΠΙΕΙΚΕΙΣ εἰσι καὶ ΜΕΤΡΙΟΙ, καὶ μόνον διώκουσι τὸ δίκαιον, *Quoad priuati*

ſunt quidam humilisque fortunae — lenes ſunt et moderati, ac, quod iuſtum eſt unice perſequuntur. Qui iunxerint alios, laudat ad Gregor. de Dialect. p. 247. KOENIVS. Sic ΕΠΙΕΙΚΕΙΑ καὶ ΠΡΑΙΟΤΗΣ ſenibus tribuitur a Philone de Opiſ. M. p. 24. A. Sic de deo dicitur lenitati hominum erga bruta proſpiciente de Carit. p. 710. E, ὁ δὲ προσυπερβάλλων ἄχρι καὶ τῶν ἀλόγων ζώων ΤΟ ΕΠΙΕΙΚΕΣ ἐπιτείνει, ἵν' ἐν τοῖς νόμοις ἀσκήσαντες, πολλῇ τινι περιουσίᾳ χρώμεθα φιλανθρωπίας, *At hic multo magis aequitatem et ad bruta extendit, vt in his exercitati colamus humanitatem mutuam.* Sic ΕΠΙΕΙΚΕΙΑΝ et φιλανθρωπίαν coniungit 1. de Vit. Moſ. p. 633. C. et τὰ ἡμερότητος καὶ ΕΠΙΕΙΚΕΙΑΣ σπέρματα de Carit. p. 709. E. Sic dominis tribuitur nimis erga ſeruos lenibus et blandis. Philo de Somn. p. 1148. D, ΤΟ γὰρ τῶν δεσποτῶν ΕΠΙΕΙΚΕΣ ὡς ἀναρχίαν ἐκλρέποντες ἐπιμορφάζουσι τὸ ἀδέσποτον, *lenitatem dominorum in libertatem vertentes, ita ſe componunt, quaſi ſine domino eſſent.* Praecedit eodem ſenſu τὸ χρηστὸν καὶ ἥμερον τοῦ κρατοῦντος, *facilitas et benignitas eius qui imperium tenet.* De Septen. p. 1184. C, ΕΠΙΕΙΚΕΙΑΝ καὶ ἡμερότητα μηδ' ὄναρ ἰδόντες, *aequitatem et lenitatem ne per ſomnum quidem perſpectam habentes.* Sed refertur hoc vocabulum etiam ad omnem probitatem et honeſtatem, vt apud Demoſthenem in Ind. REISK.

v. 22. Μάλιστα δὲ οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας) Quanquam vocabulum οἰκίας pariter cognatos et propinquos, quam domeſticos, ſeruos et ancillas complecti poteſt, tamen tutius et verius vt arbitror, de familia ſiue domeſticis accipitur. Quo ſenſu occurrit apud Philonem de Ioſ. p. 554. E, κελεύει τῷ τῆς ΟΙΚΙΑΣ ἐπιμελουμένῳ, πολυτελὲς ἄριστον εὐτρεπίζειν, *iubet domui praefectum opiparum conuiuium inſtruere.* Ibid. p. 556. A, μεταπεμψάμενος τὸν ἐπίτροπον τῆς ΟΙΚΙΑΣ

ΟΙΚΙΑΣ, *cum aduocaſſet diſpenſatorem domeſticum.* In vtroque intellectu eſt de Abrah. p. 363. B, *ἀπαίρει πᾶσαν τὴν* ΟΙΚΙΑΝ *ἐπαγόμενος, iter ingreditur totam familiam ſecum ducens.* Ibid. E, vbi narrat Aegypti regem propter intentatum Sarae ſtuprum grauiſſimis, deo ſic iubente, cruciatibus afflictum fuiſſe, addit, *παραπήλαυσε δὲ τῆς τιμωρίας σύμπας αὐτῷ ὁ* ΟΙΚΟΣ, *quam eius poenam ſenſit et tota regia.* De amicis principis et honoratioribus in aula viris manifeſtum eſt intellegendum eſſe locum in Flacc. p. 970. A, vbi Herodem commemorat indigne et contumelioſe a plebe Iudaica habitum, Flacco, cum poſſet, tamen non prohibente: *Εἰ δὲ μὴ βασιλεὺς ἦν, ἀλλά τις τῶν ἐκ τῆς* ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΟΙΚΙΑΣ, *οὐκ ὤφειλε προνομήν τινα καὶ τιμὴν ἔχειν, Si rex non fuiſſet, familiaris tamen Caeſaris, nonne debuerat habere aliquid honoris praecipui?*

IN EPISTOLAM
AD COLOSSENSES.

Caput I.

v. 4.

Διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ὑμῖν) Ἐλπὶς non tam *ſpes* ipſa eſt, quam *id quod ſperatur*, quemadmodum cum *ſpes*, tum *metus* apud Latinos dicuntur, veluti in illo apud Virgilium Georg. II, 491. *Felix — qui metus omnes et inexorabile fatum ſubiecit pedibus.* Verbum autem ἀποκεῖσθαι duplicem vim habet. Dicitur enim de *rebus*, *quae diligentius in theſauris reponuntur et in futurum vſum aſſeruantur.* Sic occurrit apud Aeſchinem Dial. I, §. 12. ἀλλ' ΑΠΕΚΕΙΝΤΟ τῇ πόλει σωτῆρές τε καὶ εὐεργέται ἐπειδή γε εἰς τὴν ἡλικίαν ἀφίκοιντο, *pueri reponendi et aſſeruandi ſunt ciuitati, tanquam conſeruatores eius et beneficiorum auctores, cum adoleuerint, futuri*, et apud Philon. Quod det. inſ. pot. p. 178. D, καθάπερ τὰ ΑΠΟΚΕΙΜΕΝΑ ἐν σκότῳ κέκρυπται — τὸν αὐτὸν τρόπον τὰ ἐνθυμήματα ἐν ἀοράτῳ χωρίῳ διανοίᾳ ΤΑΜΙΕΥΕΤΑΙ, *Sicut quae in tenebris abdita ſunt celantur, — eodem modo cogitationes in occulto loco, in mente aſſeruantur.* Quo ſenſu κεῖσθαι eſt apud Homer. Ιλ. δ, 143. 2) *de iis, ad quae reſpicimus tanquam vel finem, vel praemium*, quam vim quoque προκεῖσθαι habet. 1. de Vit. Moſ. p. 610. B, τοὺς ἀρετῆς ἄθλους Μωσῆς διήθλει — διὰ τὸ ΠΡΟΚΕΙΣΘΑΙ ΣΚΟΠΟΝ ἕνα τὸν ὀρθὸν τῆς φύσεως λόγον, ὃς μόνος ἐστὶν ἀρετῶν ἀρχή τε καὶ πηγή. *virtutis certamina Moſes obibat — quippe qui nihil niſi rectam*

rectam rationem ſpectabat, fontem originemque virtutum omnium. Eod. libr. p. 626. A, ΠΡΟΥΚΕΙΤΟ γὰρ ἐν αὐτῷ τέλος ἀναγκαιότατον ὀνῆσαι τοὺς ἀρχομένους, *Vnum enim finem praeſtantiſſimum propoſitum habebat, iuuare ſibi ſubiectos.* Nimirum ipſe Paullus Hebr. VI, 18. dicit κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος. Neque aliter de Congr. er. quaer. c. p. 447. A, ἢ τὰ ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΑ ἆθλα οὐχ ὁρᾷς, *Annon vides propoſita praemia.* De Sacerd. hon. p. 834. D, τοσούτων οὖν ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΩΝ ἄθλων, *igitur tot praemiis propoſitis* etc.

v. 10. Ἀξίως τοῦ Κυρίου) *Sicut decet; conuenit.* Sic Philo l. Quis rer. diu. her. p. 498. A, ΑΞΙΩΣ τοῦ δέοντως, *ita vt oportet.* Demoſthenes: χαλεπόν ἐστι τὴν σὴν φύσιν ΑΞΙΩΣ τῶν ὑπαρχόντων διελθεῖν, v. Ind.

Εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν) Alias vox ἀρέσκεια ſenſu non adeo bono accipitur, nam dicitur de ſtudio placendi per blanditias et aſſentationes. Vid. in Commentariis ad Theophraſtum IS. CASAVBONVS. Sed in hoc loco ſignificatione optima, *vt quidquid deo placet faciatis, vt ei omnem obſeruantiam praeſtetis.* Neque vero eadem vi eam vocem ponere dubitauit Philo, nam reperitur de mund. Opif. p. 33. C, de Adamo, πάντα καὶ λέγειν καὶ πράττειν ἐσπούδαζεν εἰς ΑΡΕΣΚΕΙΑΝ, τοῦ πατρὸς καὶ βασιλέως, *omnia tum dicere, tum facere ſtudebat ad placitum patris regisque.* Sic de Ioſ. p. 554. C, iubet Iacobus filios Aegyptum proficiſcentes munera ſecum ferre, ἕνεκα τῆς πρὸς τὸν ἡγεμόνα καὶ σιτάρχην ΑΡΕΣΚΕΙΑΣ, *propter praefecti annonae honorem.* De Profug. p. 463. B, λευῖται τρόπον τινὰ φυγάδες εἰσὶν ἕνεκα ΑΡΕΣΚΕΙΑΣ θεοῦ γονεῖς καὶ τέκνα — ἀπολελοιπότες, *Leuitae quodammodo ſunt profugi qui propter cultum diuinum parentes, liberos — deſeruerunt.* De Sacr. Ab. et Ca. p. 139. D, vbi de auribus tanquam de vaſis loquitur, ὧν αἱ μὲν εὐρυχώρους δεξαμενὰς ἔχουσαι

τὸ ἐπιχεόμενον φυλάττουσιν ΑΡΕΣΚΕΙΑι, *harum* (aurium) *aliae quae capaciores lacunas habent, libenter ſeruant quod infunditur.* Nam ille datiuus poſitus eſt pro Aduerbio *ἀσμενῶς*. Iterum, l. quis rer. diu. her. p. 498. A, *deus qui nullius indiget, et ideo nec quidquam accipit, fatetur ſe accipere ἕνεκα τοῦ πρὸς εὐσέβειαν — καὶ πρὸς θεραπείαν ἀκονῆσαι τὴν ἑαυτοῦ ὡς ἀποδεχομένου καὶ δεχομένου τὰς ψυχῆς ἑκουσίους* ΑΡΕΣΚΕΙΑΣ *καὶ γνησίους θεραπείας, vt ad pietatem et ad cultum adducat ſui, tanquam probantis et accipientis animi voluntaria obſequia et legitimum cultum.* Ex quo intelligitur *ἀρέσκειαν* dici etiam pro *obſeruantia.* De Abrah. p. 368. C, *εἰ γὰρ — οἱ τρόποι διαφέρουσιν ἀφ' ὧν ποιοῦνται τὰς πρὸς* ΑΡΕΣΚΕΙΑΝ *ὁρμὰς, οὐκ αἰτιατέον, Nam ſi modi differunt, quibus placere cupiunt, non accuſandi tamen.* De Vict. off. p. 853. B, poſtulat deus *διὰ* ΠΑΣΩΝ *ἰέναι τῶν* ΕΙΣ ΑΡΕΣΚΕΙΑΝ *ὁδῶν, καὶ λατρεύειν αὐτῷ μὴ παρέργως, vt perſequaris OMNES EI PLACENDI vias colasque eum non perfunctorie.* Quo quid conuenientius verbis Paulli? Item de Vict. p. 837. D, vbi memorat *τοὺς πρὸς τὴν τοῦ ὄντος ὄντως* ΑΡΕΣΚΕΙΑΝ *ζῆν ἐγνωκότας, qui vero deo vitam ſuam probare cupiunt.*

v. 17. *Καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε*) Saepius hoc verbo vtitur Philo de deo rerum auctore et conditore huius vniuerſi, quod iam quibusdam exemplis confirmauit KREBSIVS V. C. ad h. l. in Obſſ. Flauianis. Idemque praeclare monuit tempus, quod vulgo Praeteritum vocant, indicare actionis continuationem, adeoque rerum creatarum conſeruationem. Nos igitur addimus de Opif. p. 4. C, *θεὸς τὴν μεγαλόπολιν κτίζειν διανοηθεὶς, ἐνενόησε πρότερον τοὺς τύπους αὐτῆς, ἐξ ὧν κόσμον νοητὸν* ΣΥΣΤΗΣΑΜΕΝΟΣ *ἀποτελῇ τὸν αἰσθητὸν, deus vbi decreuit magnam hanc vrbem condere, prius formas eius concepit, ex quibus poſtquam intelligibilem mundum*

mundum conſtituit, *ad illius exemplar adſpectabilem condidit.* Συνίςαϑαι eſt *oriri*, *prouenire.* Ibid. p. 5. D, ἀλλ᾽ ἀναγκαῖον αὐτὴν ἢ ὕςερον ἢ ἅμα ΣΥΝΙΣΤΑΣΘΑΙ, *ſed neceſſe eſt hunc aut poſt aut ſimul exſiſtere.* Leg. ad Cai. p. 1001. E, ἐξ ὧν ταραχαὶ, ἐμφύλιοί τε καὶ ξενικοὶ πόλεμοι ΣΥΝΙΣΤΑΝΤΑΙ, *vnde ſeditiones*, *ciuilia externaque bella oriuntur.* De Opif. m. p. 14. C, τότε μὲν οὖν ἅμα πάντα ΣΥΝΙΣΤΑΤΟ. ΣΥΝΙΣΤΑΜΕΝΩΝ δ᾽ ὁμȣ͂ πάντων etc. *tum igitur omnia ſimul ſunt condita. Cum autem omnia ſimul prodirent* etc. Item p. 13. C, παντοῖα οὖν ἰχθύων γένη καὶ κητῶν κελεύει ΣΥΝΙΣΤΑΣΘΑΙ κατὰ τόπȣς, *omnifaria igitur piſcium genera caetorumque paſſim iuſſit colligi.* De Somn. p. 567. D, τεττάρων ὄντων ἐξ ὧν ΣΥΝΕΣΤΗΚΕΝ ὅδε ὁ κόσμος, *cum quatuor ſint*, *ex quibus hic mundus continetur.* Quis rer. diu. her. p. 520. D, τὰς τεσσάρας ἀρχάς τε καὶ δυνάμεις ἐξ ὧν ΣΥΝΕΣΤΗΚΕΝ ὁ κόσμος, *quatuor illas principales potentias quibus mundus continetur.* Leg. Alleg. 1. p. 41. A, διὰ κόσμȣ ΣΥΝΕΣΤΗΚΕ χρόνος. Mox iterum ΣΥΝΙΣΤΑΤΑΙ. Conf. 2 Petr. III, 5. Etiam Demoſthenis locos in Ind. REISK. citatos attinet comparare.

Capvt II.

v. 4. Ἐν πιθανολογίᾳ) Vno vocabulo complexus eſt Apoſtolus vim notionemque τῶν πιθανῶν λόγων, quos ab antiquis philoſophis adhibitos ad fallendum memorat Philo de Migr. Abr. p. 414. E, οἵτινες ᾠήθησαν σοφίαν ΠΙΘΑΝΩΝ εἶναι ΛΟΓΩΝ εὕρεσιν, ἀλλ᾽ ȣ̓ πραγμάτων ἀληθεςάτην πίςιν, *Qui putarunt ſapientiam cerni in rationibus probabilibus non in rerum certiſſima veritate.* Sic dicit τὴν τῶν ΛΟΓΩΝ ΠΙΘΑΝΟΤΗΤΑ de Conf. Ling. p. 338. E.

v. 8. Διὰ τῆς φιλοσοφίας) Si dogmata expendimus quae hic ab Apoſtolo recitantur et prohibentur, depre-

deprehendimus, haec verba non tam ad philoſophiam Graecam pertinere quam ad Iudaicam, hoc eſt ad Moſaicas et Leuiticas cerimonias iam abrogatas et a Pſeudoapoſtolis probabilibus quibusdam argumentis in vſum reuocatas. Ioſephus ipſe ſectae Iudaeorum phariſaicae mentionem faciens, eius rationem φιλοσοφίαν nominat Ant. XVIII, 1. Apud Philonem de Nom. Mut. p. 1079. D, dicuntur οἱ κατὰ Μωσῆν ΦΙΛΟΣΟΦΟΥΝΤΕΣ, *qui Moſis philoſophiam i. rationem amplectuntur.* Leg. ad Cai. p. 1014. D, ἠπίςατο ἔν καὶ προσευχὰς ἔχοντας καὶ συνιόντας εἰς αὐτὰς, καὶ μάλιςα ταῖς ἱεραῖς ἑβδόμαις, ὅτε δημοσίᾳ τὴν ΠΑΤΡΙΟΝ παιδεύονται ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΝ, *Sciebat habere ſuas proſeuchas, in quibus coetus facerent praeſertim Sabbatis, publice religionem patriam exercendo.* De Somn. p. 1125. D, καὶ κατεδεῖσθε ἐν τοῖς συναγωγίοις ὑμῶν — ἱερὰς βίβλȣς ἀναγινώσκοντες — καὶ τῇ ΠΑΤΡΙΩι ΦΙΛΟΣΟΦΙΑι — ἐνσχολάζοντες, *et ſedetis in conuentibus veſtris — ſacros libros legitis — et patriae philoſophiae vacatis.* Sic apud Iſocratem οἱ περὶ τὴν φιλοσοφίαν ὄντες dicuntur qui *eloquentiam* et *poeſin* tractant in Euagor. p. m. 450. ed. Volf. min. Apud Patres Eccleſiae religio chriſtiana non raro φιλοσοφίας nomen habet. Clemens Alexandr. Strom. VII. βαθμȣ̀ς καὶ ὑποβάθρα τῆς κατὰ Χριςὸν ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ, *gradus et fulcra philoſophiae Chriſti.* Alia Patrum loca profert SVICERVS in Theſ. Eccl.

v. 9. Ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος.) Πλήρωμα quod alicui ingeſtum accumulatumque eſt, ductum a nauibus quibus ſaburra ingeritur. Philo Quod omnis prob. lib. p. 871. C, σοφὸς — ἕρμα καὶ ΠΛΗΡΩΜΑ καλοκαγαθίας ἐπιφερόμενος, *ſapiens — virtutis ſummarium circumferens*, parum accurate vertit Interpres.

v. 15.

v. 15. Ἀπεκδυσάμενος) Verbi ἀπεκδύσασθαι vſum in re athletica, vbi dicitur *de luctatoribus qui depoſitis veſtimentis nudo corpore colluctantur*, animaduerterunt, qui in obſeruanda verborum mediorum ſignificatione ea, qua decet, diligentia verſati ſunt. A quibus cum alii, qui hoc verbum cum ſequentibus coniungerent, et actiua notione acciperent, recedere auderent, etiam ab intellegentia huius loci mirum quantum aberrarunt. Philo verbum ἐπαποδύσασθαι, ſaepius in hac notione ponit, coniungitque cum κονίεσθαι, Quod det. inſ. pot. p. 161. B, de Abrah. p. 385. B, cum ἀγωνίζεσθαι, de Carit. p. 711. B. Verum etiam ἀποδύσασθαι hoc ſenſu legitur. De Agricult. p. 204. E, εἶτα ΑΠΟΔΥΣΑΜΕΝΟΙ καὶ κονισάμενοι, πάνθ᾽ ὅσα τέχνης καὶ δυνάμεως ἔργα δρῶσι, *deinde veſte depoſita et puluere conſperſi, quidquid vel arte vel viribus effici poteſt*, *agunt*. De Somn. p. 1146. A, vbi dicit, ἔνιοι — ταῖς ἐριστικαῖς φιλονικίαις ΑΠΟΔΥΣΑΜΕΝΟΙ συνεπλάκησαν, *nonnulli contentioſae ambitionis inſtructi et parati certamen inierunt*. Interpres Latinus vt ſaepiſſime, ita et nunc nobis, quod obiter moneo, relinquendus fuit. His igitur praemiſſis, verba Apoſtoli ita intellegam: *Paratus et inſtructus imperia et principatus palam traduxit, deque iis ipſe triumphum egit.* In quo non diffiteor illud ἀπεκδύσασθαι, quod *paratum inſtructum eſſe* reddidi, ad ſtatum Chriſti, quem exinanitionis in ſcholis vocant, referri commode poſſe: quoniam depoſito ſplendore ſiue diuino, ſiue etiam humano, Chriſtum hoc certamen ingreſſum fuiſſe ſcimus. Enim vero vt lib. quod deus ſ. immut. p. 324. E, ἀβεβαίου ψυχῆς διαθέσεις ΑΠΟΔΥΣΑΜΕΝΟΣ etc. *exutis animi inconſtantis vitiis*. Eſſet autem etiam alia ratio huius loci interpretandi, vt ἀπεκδύσασθαι ſignificaret eluctando vincere et ſuperare, fortaſſe fautores habitura eos, quibus probari poſſit in illa quam ſupra poſuimus notione, apud

apud auctores ἀποδύεσθαι potius, vel, vt vidimus, ἐπαποδύεσθαι dici, quam ἐκδύεσθαι aut ἀπεκδύεσθαι quod idem eſſe videtur. Ad quam rem neſcio quomodo interpretes nondum diligenter attenderunt. Locus quem hanc interpretationem adiuuare putamus Philonis eſt Quod det. pot. inſ. p. 163. A, γεγυμνασμένοι γὰρ περὶ τὰς τῶν λόγων ἰδέας, ὀυκ ἔτ' ἐπ' ἀπειρίᾳ σοφιστικῶν παλαισμάτων ὀκλάσομεν· ἐξαναστάντες δὲ καὶ διερεισάμενοι τὰς ἐντέχνους αὐτῶν περιπλοκὰς εὐμερῶς ΕΚΔΥΣΟΜΕΘΑ, *Exercitati enim per ſermonum ſpecies, per imperitiam ſophiſticorum luctaminum non amplius ſuccumbemus, ſed inſurgendo gradumque firmando eorum petitiones artificioſas facile eluctabimur.* Sed haec leuis dubitatio eſt. Nam apud Ioſephum A. VI, 14, 2. ΑΠΕΚΔΥΣ τὴν βασιλικὴν ἐσθῆτα, *mutato regio veſtitu.* Paullus ipſe Cap. ſequ. v. 9. ἀπεκδυσάσθαι aperte pro *exuere* dixit i. *repudiare*, vt Tac. Ann. XIV, 52. *exuere magiſtrum.* Singula verba propter metaphoram, egregiam et vim et pondus habent. Ita ſenſus verborum Apoſtoli eſſet: *Deuictis principibus et magiſtratibus, (qui legis cerimonialis vim abrogatam nollent) exemplum eos ſuae poteſtatis propoſuit, per ſe de ipſis triumphum agendo.* Fauet Theophylactus qui inter cetera etiam interpretatur ἄληπτος ἐγένετο ταῖς ἀρχαῖς κ. ἐ.

v. 16. Ἐν βρώσει ἢ ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς ἢ ν.) Cum horum verborum vſum optimis ſcriptoribus vindicarint WITTERVS et alii ad Thomae Mag. Ecl. Att. p. 174. contraque iſtius Grammatici ſcitum βρῶσιν non minus recte quam βρώματα dici oſtenderint, nos loca Philonis noſtri in quibus eaedem voces leguntur, quae ſane plurima ſunt, enotare ſuperſedebimus. Coniunguntur autem haec ipſa nomina de Opif. p. 8. A, Vit. Moſ. I, p. 631. B. Ἐν μέρει ἑορτῆς eſt nihil aliud quam, vel ἐν ἑορτῇ, vt τὸ μέρος alii ſubſtantiuo iunctum redundet,

det, vel ἐν τάξει, *loco, conditione, ratione.* Alciphr. Ep. III, 70. EN παιδιᾶς ΜΕΡΗ ἔπραττον ταῦτα, *haec per luſum feci.* Demoſthenes ſaepius vt Ind. REISK. docet. Philonis quaedam huc pertinentia appoſuimus: Quod det. pot. inſ. p. 156. A, ὅσοι EN ΜΕΡΕΙ λόγου τοῦ προκόπτοντος κατὰ τὸν πατέρα κοσμοῦνται, *Quotquot ratione profectus faciente, ſicut ille Patriarcha ornantur.* In Flacc. p. 989. D, ὅσα EN ΜΕΡΕΙ χάριτος καὶ δωρεᾶς ἔλαβον, *quae doni vel muneris cauſſa cepi.*

v. 18. Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω) Verbum βραβεύειν eſt, *iudicem et moderatorem eſſe certaminis,* quam vim confirmat locus Ioſephi B. I. V, 12, 2. Deinde de iudicibus dicitur iura ſingulis diſpenſantibus. Apud Philonem de Iud. init. ἄτοπον γὰρ ἁμαρτήμασιν ἐνόχους εἶναι, τοὺς τοῖς ἄλλοις τὰ δίκαια ΒΡΑΒΕΥΕΙΝ ἀξιοῦντας, *Abſurdum enim fuerit eos in culpa haerere, qui iura reddere aliis velint*, coll. Demoſth. Olynth. III. p. 12. D. Hinc καταβραβεύειν eſt, *alicui praemium certaminis contra ius eripere, indignum, cum tamen praemio dignus ſit, pronuntiare,* tum vero etiam *condemnare iniuriamque facere.* Vid. SCALIGER ad Graeca Euſebii p. 419. Locus eſt apud Demoſthenem in Mid. p. 398. B, vbi aliquis nomine Strato, quem defendit orator, pro praemio iuſtitiae, ignominia notatus eſſe dicitur: ἐπιστάμεθα Στράτωνα ὑπὸ Μειδίου ΚΑΤΑΒΡΑΒΕΥΘΕΝΤΑ καὶ παρὰ πάντα τὰ δίκαια ἀτιμωθέντα, *ſcimus Stratonem a Midia inſidioſe circumuentum et contra omne ius ignominia notatum eſſe.* Heſychius καταβραβεύεται, nam ſic dubio procul pro καταβράβεται legendum eſt, explicat, κατακρίνεται. Expenſis omnium de ſenſu horum verborum ſententiis, quas alii collegerunt, efficitur, vt ſtatuamus καταβραβεύειν in hoc loco quidem eſſe, *circumuenire, decipere.*

Θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων) Interpretes non tam in interpretatione verbi

θέλω

θέλω quam in eo inter ſe diſſentiunt, quorſum illud pertineat. Nam alii ad praecedens *καταβραβευέτο*, alii ad proxime ſequentia nomina referunt. Nobis quidem placet eorum ratio, qui hoc verbum cum proxime ſequentibus coniungunt, vnde θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ eſt, *humilitatis ſtudioſus*, *affectator*, *quique ſibi in eo ſtudio admodum placet.* Etenim verbum θέλω, ſaepius ſignificat *cupidus ſum*, vt probauit IER. MARKLANDVS in Coniectur. Lyſiac. Cap. 19. p. 579, qui tamen in eo non ſatis nobis fecit, quod loca omnia praeter vnum Lyſiacum, e Nouo Teſtamento repetiit. E Philone huc referri poſſit 2. Alleg. p. 67. D, νόσον χαλεπὴν ψυχῆς, ἀμαθίαν, ἐκ ΕΘΕΛΟΥΣΑ θεραπεύεσθαι, *grauem animi morbum ignorantiam ſanari non cupiens.* Longin. de Subl. 38. διὰ τὴν τȣ͂ πάντα αὐξητικῶς ἐθέλειν λέγειν φιλοτιμίαν. Atqui apparet huius verbi vis etiam in compoſitis v. c. ἐθελȣργὸς, vt apud Philon. de Conf. ling. p. 329. A, ΕΘΕΛΟΥΡΓΩι καὶ αὐτοκελεύςῳ διανοίᾳ πρὸς τὰ καλὰ τῶν ἔργων ὑπαντᾶν, *vltro et ſua ſponte ad recte faciendum occurrere.* De Merc. Meretr. p. 865. A, ΕΘΕΛΟΔΟΥΛΟΣ, ΕΘΕΛΕΧΘΡΟΣ, *ſeruitutis patiens*, *ſimultatis appetens.* Ibid. p. 863. E, τὰ δ' ἄλλα — ΕΘΕΛΟΚΑΚΟΥΣΑ ἐπεκρύψατο, *reliqua — nocendi cupida occultauit.* Quo pertinent 1 Maccab. IV, 42. θεληταὶ νόμȣ, *aemuli legis.* Iam porro adgnoſcunt cum GROTIO, STOLBERGIVS et alii ἓν διὰ δυοῖν, vt indicetur *humilitas quae conſiſtat in cultu angelorum*, quae ſententia non quidem propterea reiicienda eſt, quod nomen θρησκείας non cum voce alia quae obiectum indicet, dicatur, ſed ſimpliciter, vt WOLFIVS putat, quod falſum eſſe exempla e Ioſepho a Cl. KREBSIO allata demonſtrant; ſed quod cum aliae rationes, tum praecedens vox ταπεινοφροσύνη ſuadeant θρησκείαν τῶν ἀγγέλων interpretari, *eximium cultum, quo angeli ornati creduntur, quo ſe homines putant*

ad

ad angelos accedere. Sic apud Cyrillum Catech. XI. *vita angelica* dicitur *vita monaſtica*, de quibus exercitiis pietatis plura collegit SALMASIVS in libro de Foenore Trapezitico.

Ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων) Verbi ἐμβατεύειν ſignificatio prima et propria eſt, *ingredi*, vt ἐμβαίνειν, ſiue nauem, vnde ἐμβάται *vectores* dicuntur, ſiue locum, terramque; ſiue illud moderate, ſiue impetu et impreſſione fiat. Iam, quoniam qui ingrediuntur locum aliquem, vel eiusdem, vel alicuius rei occupandae faciunt periculum et initium, fit, vt ἐμβατεύειν nonnunquam ſit *adgredi aliquid*, veluti apud Ariſtidem contra Philippum p. 186. ed. Iebb. ΕΜΒΑΤΕΥΣΕ εἰς τὰ Ἑλλήνων πράγματα, *adgreſſus eſt res Graecorum.* Hinc ducitur etiam ea ſignificatio, qua idem valet quod *inhabitare, commorari*, inprimis de Diis, cuius exempla attulere STOLBERGIVS de Soloeciſm. et Barb. p. 112. et Cl. KREBSIVS in Obſſ. Flauian. Deinde per metaphoram eſt, *quaerere aliquid cognoſcendi cauſſa*, vt apud Xenophont. Symp. IV, 27, quo loco iam RAPHELIVS vſus eſt. Quamquam ibi REISKIVS cuius penes nos ſunt Mſſ. emendationes, legebat, ἐματεύετε. Porro, *alicuius rei, vel diſciplinae doctrinaeque accuratius cognoſcendae cauſſa, adſiduam in indagando quaerendoque operam impendere.* Sic reperitur apud Philonem de Plant. Noë p. 225. C, ὥσπερ ἔνιοι τῶν ἀνατεμνόντων τὰ φρέατα τὸ ζητούμενον ὕδωρ πολλάκις οὐχ εὗρον, οὕτως οἱ προσωτέρω χωροῦντες τῶν ἐπιστήμων καὶ ἐπιπλέον ΕΜΒΑΤΕΥΟΝΤΕΣ αὐταῖς, ἀδυνατοῦσι τοῦ τέλους ἐπιψαῦσαι. *Quemadmodum quidam foſſores puteorum, quaeſitam aquam ſaepe non inueniunt, ita qui vlterius in ſcientiis progrediuntur et diutius in iis tractandis verſantur, non poſſunt finem attingere.* Hoc ſenſu etiam ἐμβαθύνειν occurrit apud eund. de Opif. p. 16. E, οἱ τοῖς νόμοις ΕΜΒΑΘΥΝΑΝΤΕΣ ἐπιπλέον, καὶ τὰ

κατ' αὐτοὺς ὡς ἔνι μάλιστα μετὰ πάσης ἐξετάσεως ἀκριβοῦντες, *Qui legem rimantur profundius eamque quantum fieri poteſt excutiunt ſumma diligentia.* De Somn. p. 567. A, *βραχὺς μὲν γὰρ ὁ βίος, ὥς ἔφη τὶς, ἡ δὲ τέχνη μακρὰ, ἧς ἄριστα καταλαμβάνει τὸ μέγεθος ἀψευδῶς* ΕΜΒΑΘΥΝΩΝ *αὐτῇ καὶ ὥσπερ φρέαρ ὀρύττων αὐτὴν*, *Breuis enim vita, vt quidam inquit, ars longa, cuius amplitudinem is optime cognoſcit, qui in eam deſcendit profundius tanquam puteum fodiens.* E quibus apparet ſenſum horum verborum eſſe, *Qui indagandis iis rebus operam conſumit, in quibus nec quid, nec quomodo quaerat, intellegit.* Nimirum, vt de hoc quoque dicamus, *ὁρᾷν* eſt *percipere*, *intellegere*, non ſolum ex vſu linguae Hebraicae, verum etiam Graecae, quod Philonis auctoritate confirmatur. Sic enim vtitur verbo *συνορᾷν* de Sacr. Ab. et Ca. p. 142. E, *ταχεῖαν καὶ ἄχρονον θεοῦ δύναμιν μὴ* ΣΥΝΕΩΡΑΚΟΤΑΣ *ἐκδιδάσκει*, *celerem et nulli tempori obnoxiam dei potentiam non intellegentes, docet.* De Somn. p. 579. D, *τὸ μέγεθος τῆς ἀρετῆς τοῦ τὰ πάντα μεγάλου θεοῦ μὴ* ΣΥΝΕΩΡΑΚΟΤΩΝ *μηδὲ* ΣΥΝΟΡΩΝΤΩΝ *ἐστὶ τοιαῦθ' ὑπολαμβάνειν*, *Iſtae opiniones ſunt eorum, qui magnitudinem benignitatis in omnibus magni dei nec cognorunt vnquam, nec cognoſcunt.* Caeterum conſtructionem verbi *ἐμβατεύειν* triplicem vel ſupra poſita exempla declarant. Iungitur enim vel cum tertio, vel cum quarto caſu, cum omiſſa, tum addita praepoſitione *εἰς*.

Εἰκῇ *φυσιούμενος*) *Fruſtra ſe inflans.* Elegans verbum *φυσιοῦμαι* in *ſuperbia* et *arrogantia* denotanda, cum adhibeatur de rebus quae inflando attolluntur et intumeſcunt. Plurima exſtant loca apud Philonem, vbi cum aliis, quorum vſus et ſignificatio non minus elegans eſt, verbis coniungatur. Quis rer. diu. her. p. 518. E, *ἀρχούσης μὲν γὰρ ἡδονῆς* ΜΕΤΕΩΡΙΖΕΤΑΙ *καὶ* ΦΥΣΑΤΑΙ *τὸ φρόνημα*, *incipiente voluptate faſtus inflatur*

inflatur ac erigitur. De Somn. p. 597. A, τὶ γὰρ εἰς νῦν βαλλόμενος, ὅτι τέφρα καὶ ὕδωρ ἐςὶ τῆς γενέσεως αἱ ἀρχαὶ, ΦΥΣΗΘΕΙΣ ὑπ᾽ οἰήσεως ΜΕΤΕΩΡΟΣ ἀρθήσεται, *quis enim cogitans ſe aquam et cinerem iam inde a creationis ſuae primordiis, inflabitur et criſtas tollet per arrogantiam.* 1. de Vit. Moſ. p. 607. B, πολλοὶ κἂν αὐτὸ μόνον αὖρα βραχεῖά τινος εὐτυχίας προσπέσῃ ΦΥΣΩΣΙ καὶ ΠΝΕΟΥΣΙ μεγάλα, *multi ſi vel leuis aura felicitatis adſpiret, inflantur et immane ſpirant.* De Charit. p. 714. E, γίνονται γὰρ εὐθὺς αὐτῶν ἀκράτορες ΔΙΑΙΡΟΜΕΝΟΙ καὶ ΦΥΣΩΜΕΝΟΙ, *ſtatim enim ſui impotentes fiunt, elati et inflati.* Ibid. p. 716. A, πλέον τῆς φύσεως ΕΠΗΡΤΑΙ καὶ ΠΕΦΥΣΗΤΑΙ, *ſupra naturae modum effertur et inflatur.* De Decal. p. 749. E, ἐμοὶ τῷ θνητῷ τὶ προσῆκον ΥΨΑΥΧΕΝΕΙΝ καὶ ΠΕΦΥΣΗΣΘΑΙ, *quid me mortalem decet ceruices erigere et inflari.* De Vict. off. p. 852. A, ἵνα μηδεὶς — τὸ παράπαν ΕΠΑΙΡΗΤΑΙ, ΦΥΣΗΘΕΙΣ ὑπ᾽ ἀλαζονίας, *ne quis — efferatur, inflatus arrogantia.* Iungitur etiam cum Praepoſitione ἐπὶ. 3. de Vit. Moſ. p. 694. E, ἔτοι ΦΥΣΗΘΕΝΤΕΣ ἐπὶ τῇ τῦ οἰκείυ πλήθυς περιυσίᾳ τῆς τῶν ἱερέων κατεφρόνυν ὀλιγότητος, *hi ſuorum multitudine elati, paucitatem ſacerdotum contemnebant.* Leg. ad Cai. p. 1004. B, αὐτὸς δ᾽ ἡμῖν ἐπὶ τίνι ΓΑΥΡΙΑιΣ καὶ ΠΕΦΥΣΗΣΑΙ τῶν παραπλησίων. *Tu quid ſimile praeſtitiſti, quo extollaris atque ſuperbias.* Omiſſa praepoſitione, de Nom. Mut. p. 1069. A, ταύταις εἰκὸς ἦν ταῖς ὑποσχέσεσι τὸν ΝΟΥΝ ΕΚΦΥΣΗΘΕΝΤΑ ΜΕΤΕΩΡΟΝ ΑΡΘΗΝΑΙ, *par fuit mentem quae eiusmodi pollicitis intumuerat, ſublimen attolli.*

v. 19. Αὔξει τὴν αὔξησιν τῦ θεῦ) Αὔξει vtrum ἐπὶ ἐνεργητικῦ, an pro αὔξεται accipias, perinde eſt. Vtrumque vſus fert optimorum ſcriptorum, obſeruatus a Thoma Mag. in Eclogario et ab Interpretibus eius p. 126. ſeq.

 Philo

Philo de Exſecr. p. 931. A, ὀ γὰρ ὄμβρος, ὀχ ὑετὸς, ὀ λεπλὴ ψεκὰς, ὀ βραχεῖα λιβὰς, ὀ δρόσος, ὀκ ἄλλο τὶ τῶν ΑΥΞΕΙΝ δυναμένων ἐπιγενήσεται, *non imber, non pluuia ne minuta quidem, non ros, non guttula, vel minutiſſima deſtillabit, vel quidquid alendi vim habet.* Atticis quidem proprium, vt αὔξην pro αὔξησιν eliſa ſyllaba dicant, ſed tamen illius quoque vocis vſum Thucydides eumque ſecuti, ſibi permittunt.

v. 21. Μὴ ἅψῃ) *Ne comederis*, eſt enim ἅπλεσθαι *cibum capere* diciturque 1) de feris, vbi nonnunquam eſt *laniare* et *deuorare.* Philo de Spec. Legg. p. 794. E, ὅσα σαρκῶν ἀνθρωπίνων ΑΠΤΕΤΑΙ θηρία, *quaecunque ferae carnes humanas appetunt.* Neque Latinis in eadem re verbum *attingere* inuſitatum eſt. Cicero Roſc. Amer. c. 26. *beſtiae quae tantum ſcelus ATTIGISSENT.* 2) de hominibus. Sic legitur de Exſecr. p. 931. D, ΑΨΕΤΑΙ γὰρ καὶ πατὴρ υἱοῦ σαρκῶν καὶ μήτηρ σπλάγχνων θυγατρὸς καὶ ἀδελφῶν ἀδελφοὶ καὶ γονέων παῖδες· *nam et pater veſcetur filii carne, mater filiae viſceribus et fratres fratrum et parentum filii.* Hoc Silius II, 523. dicit,

Vel leto grauiora pati ſaeuasque ferarum
ATTENTARE dapes et menſis addere crimen.

v. 23. Ἐθελοθρησκεία) Θέλειν in Compoſitis indicat cum *actum ſpontaneum*, tum *affectationem* alicuius rei, quo pertinent exempla quae ad Cap. II, 18. afferebamus. Quibus accedat in Flacc. p. 971. A, ἄδειαν καὶ ἐκεχειρίαν διδοὺς τοῖς ΕΘΕΛΟΚΑΚΟΥΣΙ καὶ ΕΘΕΛΕΧΘΡΩΣ ἔχουσι, *licentiam dans malitioſis et inuidis.*

Caput III.

v. 8. Βλασφημίαν) *Maledicta.* Philo Leg. ad Cai. p. 1016. E, ἀναπέπλαται γὰρ αὐτοῦ — τὰ ὦτα —

πρὸς

πρὸς τὺς ἐπιτετηδευκότας συνυφαίνειν τὸ ΒΛΑΣΦΗΜΕΙΝ τῷ συκοφαντεῖν, *patent enim — aures eius — iis, qui inſtituunt iungere maledictis calumnias.* Ibid. p. 1012. B, εἶτα ὦ πάντων ἀνθρώπων, ἵνα μηδὲν ἀναγκασθῶ ΒΛΑΣΦΗΜΟΝ εἰπεῖν, εὐηθέςατοι, *ergo homines omnium, ne quid dicam aſperius, ſtultiſſimi.*

v. 9. Ἀπεκδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς π. α.) Philo de Nom. Mut. p. 1081. B, καταπλήττει μὲ ὐχ ἥκιςα καὶ ὁ τεθεὶς νόμος ἐπὶ τοῖς ΕΚΔΥΟΜΕΝΟΙΣ τὰ ἁμαρτήματα καὶ μεταγινώσκειν δοκῦσι, *Non minus commouet me lex de iis, qui peccata exuunt et poenitentia duci videntur.* i. repudiare, negligere. Conf. ERNEST. V. S. V. ad Tacit. Ann. XIV, 52. add. Hiſt. V, 5. Cic. p. Lig. 5. De vſu oppoſiti verbi ἐνδύσασθαι vid. GATAKER. Aduerſ. M. P. I, 9.

v. 15. Καὶ ἡ εἰρήνη τῦ Θεῦ βραβευέτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν) Diſcrepantia verſionum huius loci non ſolum teſtatur de difficultate ipſius, ſed eam ipſam quodammodo etiam maiorem reddit. Sed iis tamen non inhaerebimus, ſed quae vera verbi notio ſit, quid vſus linguae ferat, indicabimus. Primum quidem εἰρήνη τῦ Θεῦ non eſt aliud, niſi *ſtudium pacis et concordiae deo dignum et ab ipſo nobis ſuo exemplo commendatum*, quemadmodum in ſuperioribus αὔξησις Θεῦ, eſt *incrementum deo gratum et iucundum.* Deinde βραβεύω eſt ſecundum propriam ſignificationem, *iudex ſum certaminis* vt ſupra obſeruabamus, altera latius patens, *iudex ſum in re quauis alia, vbi quid iuſtum rectumque ſit ſpectari debet*, vel, quod eodem redit, *moderor, guberno.* In quo demonſtrando Philonis elegantiſſimi ſcriptoris auctoritate plurimum iuuamur. De Temulent. p. 250. E, ὗτος γὰρ ἔοικε καὶ τοῖς πρὸς Θεὸν ὀρθῷ λόγῳ ΒΡΑΒΕΥΟΜΕΝΟΙΣ, καὶ τοῖς πρὸς γένεσιν παιδείᾳ βεβαιυμένοις ἐναντιῦσθαι καὶ συγχεῖν

 πάντα

πάντα διὰ πάντων, *Hic enim videtur iis, qui recta ratione ſecundum deum iudicant, et eruditione indolem confirmant, aduerſari et cuncta confundere quouis modo.* Quis rer. diu. her. p. 494. A, ὃ θαυμαστὸν δὲ παρ' ἀληθείᾳ ΒΡΑΒΕΥΟΥΣΗι, *non autem mirandum veritate iudicante.* Alias in eadem notione vtitur verbo δικάζειν. Sic de Abrah. p. 359. A, παρ' ἀληθείᾳ ΔΙΚΑΖΟΥΣΗι, add. de Somn. p. 567. A. de Fortit. p. 737. A. Quod Prob. lib. p. 871. D. Porro πρυτανεύειν ſic ponit. De Nobil. p. 904. E, τὸ συγγενὲς οὐχ αἵματι μετρεῖται μόνον ΠΡΥΤΑΝΕΥΟΥΣΗΣ ἀληθείας, ἀλλὰ πράξεων ὁμοιότητι καὶ θήρᾳ τῶν αὐτῶν, *Gentilitas non ſanguine ſolum aeſtimatur apud veritatem iudicem, ſed factis ſtudiisque ſimilibus.* Nec non βασιλεύειν. De Conf. Ling. p. 328. A, ἡγεμονεύοντες πολλὰ πημανοῦσι καὶ μεγάλα ΒΑΣΙΛΕΥΟΥΣΗΣ παρ' αὐτοῖς ἀνοίας, *imperantes multa magnaque damna dabunt, regnante apud ipſos amentia.* E quibus ratio cognoſci poteſt Gloſſae Heſychianae, huc pertinentis, pleniusque exſtantis in Gloſſario Nou. F. Βραβευέτω· μεσιτευέτω, μηνισάτω, vbi addenda ALBERTI obſeruata p. 155. Eodem modo nomen βραβευτής, quod apud Suidam explicatur per διοικητής, κριτής, ὁριστής, apud Philonem occurrit. De Temul. p. 256. E, τὸν δίκαιον καὶ ἀληθῆ ΒΡΑΒΕΥΤΗΝ ὑμνεῖ θεὸν, *deum laudat iuſtum verumque remuneratorem.* De Migr. Abrah. p. 398. B, πορεύεται δὲ ὁ ἄφρων δι' ἀμφοτέρων θυμοῦ τε καὶ ἐπιθυμίας ἀεὶ — τὸν ἡνίοχον καὶ ΒΡΑΒΕΥΤΗΝ λόγον ἀποβαλών, *inſipiens ſuper vtraque ſemper ingreditur, iram et concupiſcentiam — ex quo aurigam ac praeſidem rationem excuſſit.* Sic ἀληθείας ΒΡΑΒΕΥΤΑΙ, *veri iudices* de Somn. p. 1127. C. Atque ſic intellegenda loca haec: De Moſe imperium populi diuina prouidentia conſecuto ait 1. de Vit. ipſius p. 627. D, ἐπειδὴ τοίνυν παρ' ἑκόντων ἔλαβε τὴν ἀρχὴν ΒΡΑΒΕΥΟΝΤΟΣ καὶ ἐπινεύοντος

τος τȣ̃ θεȣ̃, *Ergo poſtquam de communi conſenſu accepit imperium, fauente et adnuente deo.* De Spec. Legg. p. 798. A, ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας — ᾧ μόνῳ καὶ τὰ τῶν ζώντων καὶ τὰ τῶν τετελευτηκότων ἐφεῖται ΒΡΑΒΕΥΕΙΝ, *ſummus pontifex — qui ſolus habet ius in res tam viuorum quam mortuorum.* Leg. ad Cai. p. 992. B, αἴτιον δὲ τὸ τὰ παρόντα ΒΡΑΒΕΥΕΙΝ ἀπροοράτως τῶν μελλόντων ἔχοντας, *Cauſa eſt quia de praeſentibus fit iudicium, ſine reſpectu futurorum.* Male hic Mangevs p. 547. To. II. reponit θεραπεύειν. Hinc igitur ſenſus verborum Paulli, omni obſcuritate remota, patet. Neque vero praeterire poſſumus verba 2. Alleg. p. 67. B, ἐὰν δὲ ἀνατείλῃ ὁ ἥλιος, τȣτέϛιν ὁ φαινόμενος λαμπρὸς νȣ̃ς ἐν ἡμῖν καὶ δόξῃ πάντα διορᾶν καὶ πάντα ΒΡΑΒΕΥΕΙΝ, *cum vero ſol ortus fuerit, hoc eſt, clarus intellectus qui nobis ineſt, videatur omnia perſpicere et ordinare.*

v. 19. Μὴ πικραίνεσθε πρὸς αὐτάς) Philo Vit. Moſ. I. p. 648. E, πάνυ ΠΙΚΡΑΝΘΕΙΣ καὶ πληρωθεὶς ὀργῆς δικαίας, *admodum exaſperatus et ira iuſta repletus.* L. 3. p. 692. C, ἅπερ ἰδὼν Μωϋσῆς εἰκότως ἐπὶ τοῖς ἀπειθέσι ΠΙΚΡΑΙΝΕΤΑΙ, *quod vbi vidit Moſes non immerito in contumaces excanduit.*

v. 21. Ἵνα μὴ ἀθυμῶσιν) Hoc verbum apud Philonem de Ioſephi fratribus, reperto in ſaccis frumenti pretio perculſis, exſtat de Ioſ. p. 552. D, οἱ δ' ȣ̓ χάριν, ἀλλ' ἐνέδραν ὑποτοπήσαντες ΗΘΥΜΟΥΝ, *hi non gratiam, ſed inſidias rati, animo deſtituebantur.* Cum ϛένειν iungitur apud Phil. Leg. ad Cai. p. 1018. D.

IN PRIOREM EPISTOLAM AD THESSALONICENSES.

Capvt II.

v. 3.

Ἡ παράκλησις ἡμῶν) Hic locus tam clare demonſtrat παράκλησιν eſſe *doctrinam*, vt in hac vocis ſignificatione probanda vel pro claſſico agnoſci poſſit. Eandem vim tenet apud Philonem de Vit. Cont. p. 891. B, οἱ δὲ ἐπὶ θεραπείαν ἰόντες, ὔτε ἐξ ἔθȣς, ὔτε ἐκ ΠΑΡΑΚΛΗΣΕΩΣ τινων, ἀλλ' ὑπ' ἔρωτος ἁρπασθέντες ȣ̓ρανίȣ, *huic vitae inſtituto qui ſe addicunt, non ex more, auctoritate, aut inſtitutione quorundam id faciunt, ſed amore correpti rerum coeleſtium.* Interpres non recte vertit, *rogati.* Παρακαλεῖν autem quod propter ſequentia v. 11. addendum videtur, eſt *docere, praecipere, auctorem eſſe.* De Temul. p. 268. C, ἐκεῖ δ' ἡμᾶς ȣ̓ ΠΑΡΑΚΑΛΕΙ μὴ λίαν τοῖς ἀφανέσι προπιςεύειν, *illa quoque nonne deterrent, ne temere credamus incertis.*

v. 5. Οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν — ὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας) *Numquam nec adulatores fuimus, nec lucri cauſſa inter vos verſati ſumus.* Eſt autem ἐν προφάσει πλεονεξίας dictum pro ἐν πλεονεξίᾳ, quod exinde potiſſimum fit probabile, quoniam in ſuperiori membro λόγος κολακείας, eſt ipſa κολακεία, quemadmodum λόγος πορνείας Matth. V, 28. ipſa πορνεία. Res igitur eo redit, vt vocem

προφα-

πρόφασις putem abundare, nec neceſſarium eſſe, vt cum quibusdam, veluti HEINSIO Exercitatt. ad h. l. *de accuſatione auaritiae*, quam fortaſſe Apoſtolus effugere propter maleuolentiam quorumdam non potuit, accipiatur. Sic Homerus Ιλ. Τ, 261.

Μὴ μὲν ἐγὼ κούρῃ Βρισηΐδι χεῖρ᾽ ἐπενεῖκα
Οὔτ᾽ εὐνῆς ΠΡΟΦΑΣΙΝ κεχρημένος, οὔτε τευ ἄλλου.

Nequaquam ego puellae Briſeidi manum intuli
Neque concubitus cauſſa indigens ipſa, neque alius alterius rei.

Philo de Cher. p. 127. D, ἀλλ᾽ ὁ λόγος κτῆμα ἐμὸν, ἢ τὰ φωνῆς ὄργανα; μικρὰ νόσου ΠΡΟΦΑΣΙΣ οὐ τὴν γλῶτταν ἐπήρωσεν; *At ſermo mihi proprius eſt aut vocis inſtrumenta? nonne ad quemuis morbum lingua deficit?* De Temul. p. 258. C, καθάπερ τοὺς τὰ σώματα ἐκ φύσεως ἐπικήρως ἔχοντας, οἷς καὶ ἡ τυχοῦσα νόσου ΠΡΟΦΑΣΙΣ μέγα ἐμπόδιον πρὸς τὸ σώζεσθαι, *haut ſecus ac qui a natura infirmum corpus habent, quibus vel mediocris languor magnum ad incolumitatem affert impedimentum.* De huius formae apud Graecos vſu videatur DORVILLIVS ad Charito. p. 196. Latini, vt caetera, imitati ſunt. Cicero p. Milon. c. 19. *Quid afferebat cauſſa feſtinationis?* vbi quaedam edd. antiquae, *quid aff. feſtinatio*, quam lectionem probat GRAEVIVS, parum eleganter.

v. 7. Ὡς ἂν τροφὸς θάλπῃ) Veteres Grammatici, Thomas Mag. et Moſchopulus in collectione vocum Atticarum, cum caeteris, τροφὸν eſſe dicunt, *quae alimenta infanti lacte depulſo praebeat*, ſunt tamen loca in quibus τροφὸς etiam pro *nutrice* ponatur. Apud Philonem quidem elegantiae ſtudioſiſſimum haec fere. Qu. det. pot. inſ. p. 176. C, ἐμφαίνων σοφίαν θεοῦ τὴν ΤΡΟΦΟΝ καὶ τιθηνοκόμον καὶ κουροτρόφον τῶν ἀφθάρτου διαίτης

 ἐφιεμέ-

ἐφιεμένων, *indicans ſapientiam dei nutricem, baiulam educatricemque deſiderantium vitam incorruptibilem.* De Plant. N. p. 216. C, γῆ δὲ ζῶά τε χερσαῖα, καὶ φυτὰ, δύο πάλιν προσένειμε, τὴν αὐτήν τε μητέρα βουληθεὶς εἶναι καὶ ΤΡΟΦΟΝ· *Terrae vero animalia terreſtria plantasque alia duo genera attribuit, iuſſae, vt eorum matrem ſimul et nutricem ageret.* De Temul. p. 248. C, οὐ γὰρ ἐξ ὕλης τῆς αἰσθητοῦ συνισταμένης ἀεὶ καὶ λυομένης, ἣν μητέρα καὶ ΤΡΟΦΟΝ καὶ τιθηνὴν τῶν ποιητῶν ἔφασαν, *non ex materia ſenſibili, quae iam conſiſtit, iam diſſoluitur, quae mater, nutrix altrixque rerum creatarum dicitur.* Quis rer. diu. her. p. 486. D, τὰ παιδία τῶν δούλων σου ὧν ἀποικία καὶ ΤΡΟΦΟΣ καὶ τιθηνὸς, *pueri ſeruorum tuorum quorum peregrinatio nutrix et altrix eſt.* De Vit. Moſ. I. p. 605. C, ἐπεὶ δὲ — θᾶττον ἀπότιτθος γίνεται, παρῆν ἡ μήτηρ ἅμα καὶ ΤΡΟΦΟΣ κομίζουσα τῇ δούσῃ, *vbi vero mature lacte depulſus eſt, mater eadem et nutrix eum reddidit ei a qua acceperat.* Qui locus inprimis clarus eſt. De Merc. meret. p. 862. D, *bellum nunquam nec externum nec ciuile iſtas plantas caedit*, ἀλλ᾽ ἀφ᾽ οὗ τὸ πρῶτον αὐτὰ γῆ παρέλαβεν ὥσπερ ἀγαθὴ ΤΡΟΦΟΣ τιθηνεῖται, *ſed ex quo primum eas terra ſuſcepit, ab ea tanquam bona nutrice aluntur.* Sic quae τροφὸς vocata fuerat paullo poſt appellatur τιτθὴ apud Ariſtaenet. Ep. I, 6. Accedit gloſſae apud Heſychium auctoritas, Τιτθή· τροφός· Nam etiam Geneſ. XXIV, 59. Aquila τιτθὴ, Symmachus τροφὸς habet pro Hebraico מֵנֶקֶת. Conf. Ruth. IV, 16.

Caput III.

v. 3. Τῷ μηδένα σαίνεσθαι) Cur viris doctis placuerit hic recedere a ſignificatione *adulandi* et accipere pro *commoueri*, adgnoſco cauſſam, nec tamen probandam puto REISKII correctionem tentantis reſcribere σιαίνεσθαι

σιαίνεσθαι, *taedio, moleſtia, aegritudine affici*, in Animadverſſ. ad Graec. Auct. Vol. IV. p. 67. ſeq. Cur autem non Paullus praecipiat nemini adulandum eſſe in his malis, malorum ſubleuandorum tollendorumque cauſſa? Κυνῶν ἰοβόλων τρόπον ΠΡΟΣΣΑΙΝΟΝΤΕΣ, *canum rabidorum more adulantes*, apud Philonem Quod pr. lib. p. 878. E, confirmant quae de proprietate verbi praecipiuntur. Lex. MS. Biblioth. Coislin. p. 475. Σαίνει, κολακεύει, σείει ὡς ἐπὶ τῶν κυνῶν. Σαίνεσθαι, κολακεύειν, nam quod ibi legitur κολακεύων, verum eſſe non poteſt. Perquam accommodate. At illa tamen *commouendi*, *conturbandi* notio, Heſychii Gloſſariique N. T. gloſſis, et ALBERTI illic obſeruatis, confirmatur.

Caput IV.

v. 4. Τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος) Vocabulum σκεῦος de *corpore* dicitur, quemadmodum ἀγγεῖον apud Philon. Quod det. pot. inſ. p. 186. A, τὸ τῆς ψυχῆς ΑΓΓΕΙΟΝ τὸ σῶμα, *hoc corpus vas animae*. De Migr. Abr. p. 418. E, ὁ τοῖς ΑΓΓΕΙΟΙΣ τῆς ψυχῆς σώματι καὶ αἰσθήσει διατρίβων. *Latens inter animi vaſa corpus ſenſusque*. Ἀσκὸς autem dicitur, quod omn. prob. lib. p. 881. D, in verbis Anaxarchi philoſophi: πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου ΑΣΚΟΝ, *tunde Anaxarchi follem*. add. Ariſtophan. Nub. 441. παρέχω — ΑΣΚΟΝ δέρειν, vbi Schol. ἀντὶ τοῦ τὸ σῶμα ἐκδέρειν. Item Iſocrat. ep. 9. Quin etiam σάκκος apud Phil. Quis rer. diu. her. p. 488. E, Δαμασκόν· τοῦτ᾽ ἔστι μεταληφθὲν αἷμα σάκκου — ΣΑΚΚΟΝ μὲν τὸ σῶμα αἰνιξάμενος, *per ſaccum ſignificatur corpus*. Conf. GATAKERVS ad Marc. Ant. III, 4. p. 68. add. VIII, 27, nam ibi pro αἴτιον περικείμενον, ΑΓΓΕΙΟΝ emendat VALKENARIVS Epiſt. ad ROEVER. p. 54. Cel. FISCHER. Ind. Aeſchin. v. σκῆνος.

v. 6.

v. 6. Μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν) Verbum πλεονεκτεῖν refertur omnino ad res quaſcunque quibus alter alteri ſuperior eſt, ſed in hoc loco ſane clarum eſt, dici de iis rebus in quibus cum iniuria alterius alter eminere ſtudet. Sic certe πλεονεξίαν Moſes apud Philonem iniquitatem paſtorum vocat, qui, quam puellae ſuis pecoribus aquam hauſiſſent, eam, his repulſis, ſuis gregibus potum praebebant, de Vit. Moſ. p. 611. A, ἰδὼν δὲ Μωϋσῆς τὸ γενόμενον — ὀ παύσεσθε εἶπεν, ΑΔΙΚΟΥΝΤΕΣ, τὴν ἐρημίαν νομίζοντες εἶναι ΠΛΕΟΝΕΞΙΑΝ; *id Moſes conſpicatus — non deſiſtetis ab iniuriis, ſolitudinem putantes facultatem iniuriae faciendae praebere?* In quo mire conuenit cum Ioſepho, qui in eadem re verbo πλεονεκτεῖν vtitur A. II, 11, 2. Mox: καὶ γάρ εἰμὶ σύμμαχος ταῖς ΑΔΙΚΟΥΜΕΝΑΙΣ μετὰ μεγάλης χειρὸς, ἣν ὀ θέμις ΠΛΕΟΝΕΚΤΑΙΣ ὁρᾶν, *nec enim deero iniuriam paſſis, fretus magna manu, quam iniquis et violentis videre nefas eſt.* Sic eos, qui in diuidenda terra Cananaea, potiores ferre partes cupiebant, increpat eod. lib. p. 652. C, διὰ τὶ — ἐν ταῖς διανομαῖς ΠΛΕΟΝΕΚΤΗΣΕΤΕ, ὡς οἱ ἄρχοντες ὑπηκόων, ἢ δεσπόται δούλων καταφρονήσαντες, *quid eſt cur in agrorum diuiſione rationem veſtri haberi poſtuletis extra ordinem, quaſi ceteros, ſeruos et ſubditos, tanquam domini et imperantes ſpernatis.*

v. 16. Ἐν κελεύσματι) Ad congregandos homines. Philo de Praem. et poen. p. 928. B, ἀνθρώπους ἐν ἐσχατιαῖς ἀπῳκισμένους ῥᾳδίως ἂν ἑνὶ ΚΕΛΕΥΣΜΑΤΙ συναγάγοι θεὸς ἀπὸ περάτων εἰς ὅ, τι ἂν θελήσῃ χωρίον, *homines in extremis terrarum finibus habitantes facile deus in vnum, quem velit, locum vno HORTATV contrahat.* Dicitur proprie de ſigno quod hortator dat remigibus, de Abrah. p. 366. C, ἑνὶ πειθαρχοῦντας ΚΕΛΕΥΣΜΑΤΙ — τοῦ — κυβερνήτου; ſicut et κελευστὴς *hortator* eſt

eſt apud Xenoph. Oecon. Cap. 21, 3. Secutus autem eſt vulgarem formam, vt et Interpretes Alexandrini Prou. XXX, 27. nam Attici dixerint *κέλευμα*, vt docet HEMSTERHVS. ad Ariſtoph. Plut. 430.

Capvt V.

v. 22. Ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε) Εἶδος de *genere* intellegendum. Sic Philo de Migr. Abr. p. 398. C, ὅλον τὸ ἐπιθυμίας ΕΙΔΟΣ, *omne genus cupiditatis.*

v. 23. Καὶ ὁλόκληρον ἡμῶν τὸ πνεῦμα καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα) Inepte quidam his verbis abuſi ſunt ad tres hominis eſſentiales partes, quarum tantum duo ſcimus, probandas. Neque enim πνεῦμα et ψυχὴ diuerſas naturae humanae partes, ſed eiusdem, hoc eſt *animi*, partis, diuerſas vires facultatesque indicant, ita quidem vt πνεῦμα referatur ad *rationem* et *intellectum* qui etiam νοῦς dicitur: ψυχὴ autem ad *ſenſus*, *cupiditates*, *perturbationes*, quas cum brutis homo communes habet. Ad quod intellegendum inſignes aliquot in Philone loci ſunt. Leg. Alleg. II. p. 90. C, δύο ἐστιν ἐξ ὧν συνέσταμεν, ψυχή τε καὶ σῶμα· τὸ μὲν οὖν σῶμα ἐκ γῆς δεδημιούργηται· ἡ δὲ ψυχὴ, αἰθέρος ἐστὶν ἀπόσπασμα θεῖον· Ἐνεφύσησε γὰρ εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνεῦμα ζωῆς ὁ θεός· *Duo ſunt ex quibus conſtamus anima et corpus, hoc a terra factum, illud dei figmentum aethereum. Inſpirauit enim in faciem eius ſpiritum vitalem.* Quod det. pot. inſid. p. 170. B, vbi ait ΠΝΕΥΜΑ ἐστιν ἡ ΨΥΧΗΣ οὐσία, πνεῦμα *eſſe animi vim primariam et praecipuam*, conferantur ſequentia. De Migr. Abr. p. 398. A, βουληθέντες ὅλον τὸ τῆς ΨΥΧΗΣ ἄλογον ἐκζωπυρῆσαι μέρος, τὸν δὲ ΝΟΥΝ διαφθεῖραι, *confirmatis brutis animi partibus, mentem delere volentes.* Libro Quis rer. diu. her. p. 512. E, τὸ

μὲν

μὲν γὰρ ἄλογον ψυχῆς μέρος ἑξαχῆ διελὼν ὁ δημιουργὸς, ἓξ μοίρας εἰργάσατο — τὸ δὲ λογικὸν ὁ δὴ ΝΟΥΣ ὠνομάσθη, ἄσχιστον εἴασε. *Brutam animi partem in ſex alias portiones ſubdiuiſit opifex — rationalem autem partem quae mens nominatur, indiuiſam reliquit.* Hinc etiam Epiphanius Haer. XIX, p. 50, Chriſtum ait in coelum ſublatum eſſe ἐν αὐτῷ τῷ σώματι καὶ ΨΥΧΗι καὶ ΝΩι. Haec autem vel conſentiunt, vel originem debent veterum philoſophorum diſciplinae, qui differre ſtatuebant facultates animi ſuperiores ab inferioribus, cuius rationis ſi quis rem altius repetat, apud Homerum iam repeRiuntur veſtigia. Nam illas animas luce carentum vocat ψυχὰς et εἴδωλα, quorum νοῦς euolauerit ad ſuperos in caelum. Quin etiam oracula diuina Veteris Teſtamenti declarant, נֶפֶשׁ et ψυχὴν dici pro *cupiditate et deſiderio.* Vid. Prouerb. XIII, 25. Comp. HEINSIVS Exercitatt. p. 373. Elſ.

IN POSTERIOREM EPISTOLAM AD THESSALONICENSES.

Caput I.

v. 5.

Εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τȣ̃ Θεȣ̃) *Vt accipiatis.* Philo Quod det. inſ. pot. p. 174. A, ὅτι μερῶν τῶν πρὸς γονὰς ΗΞΙΩΘΗΣ, *cum membra ACCEPISTI genitalia.* Philo de Vit. Moſ. I, p. 605. D, τροφῆς ȣ̃ν ἤδη βασιλικῆς καὶ θεραπείας ΑΞΙΟΥΜΕΝΟΣ, *cibos cultumque regium nactus.* Nimirum ἀξιȣ̃σθαι τινὸς, eſt *aliquid accipere, conſequi* ſine reſpectu ad meritum. Conf. v. 11. Iterum p. 652. C, ἴσων ἐν τοῖς μεγίστοις καὶ ἀναγκαιοτάτοις ΑΞΙΩΘΕΝΤΕΣ, *paria in maximis et praeſtantiſſimis conſecuti.*

v. 7. Ἄνεσιν μεθ' ἡμῶν) Vocem hanc apud Philonem ſaepius pro *gaudio*, *laetitia*, ſiue vt Latini dicunt, *remiſſione animi* dici obſeruauimus. De Vit. Moſ. I, p. 605. D, Moſen ait pueriles oblectationes, quibus iſta aetas teneatur, ſpreuiſſe, καίτοι τῶν τὴν ἐπιμέλειαν αὐτȣ̃ παρειληφότων ΑΝΕΣΙΣ ἔχειν ἐπιτρεπόντων, *quamuis indulgenter haberetur ab educatoribus.* De Merc. Meretr. p. 862. C, Voluptas promittit ſuis cultoribus, ΑΝΕΣΙΣ ἐστι παρ' ἐμοὶ, καὶ ἄδεια, καὶ ἐκεχειρία, κ. τ. λ. *Apud me eſt ceſſatio. ſecuritas, quies* etc. Sic Leg. ad Cai. p. 1003. E, *Liber exculta vite homines* μεθαρμόζεται πρὸς ΑΝΕΙΜΕΝΗΣ

ΝΗΣ σχῆμα καὶ ΙΛΑΡΑΣ διαίτης, *traducit ad remiſſioris laetiorisque vitae formam.* ΑΝΕΣΙΣ et σχολὴ iunguntur 1. Vit. Moſ. p. 616. A. add. de Exſecr. p. 935. C.

Capvt II.

v. 4. Ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεὸν ἢ σέβασμα) De ſuperbis eiusmodi hominibus verba facit Philo de Somn. p. 1118. E, τῷ γὰρ ὄντι καθάπερ οἱ γαῦροι τῶν ἵππων τὸν αὐχένα μετέωρον ΕΞΑΡΑΝΤΕΣ, ὅσοι θιασῶται τῆς κενῆς δόξης εἰσὶν ἐπάνω ΠΑΝΤΩΝ ἑαυτὲς ἱδρύϛσι, πόλεων, νόμων, ἐθῶν πατρίων, τῶν παρ᾽ ἑκάστοις πραγμάτων. *Re ipſa enim, quemadmodum equi ſuperbi ceruicem ſublimen attollentes, quot ſocii vanae gloriae ſunt, ſupra omnes ſe ipſos erigunt, vrbes, leges conſuetudines patrias, et quascunque res.* Has ipſas autem comprehendit Apoſtolus voce σεβάσματος: eſt enim vis illius haec, vt indicet omne id, quod colitur cum aliqua ſanctitate.

Ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ θεὸς) Pro ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν θεὸν, *gerens ſe pro deo, deum ſe faciens, coram omnibus deus haberi cupiens.* Philo Quis rer. diu. her. p. 523. B, κατὰ τὸν τέταρτον ἀριθμὸν — ἡ ψυχὴ κληρονόμος ΑΠΟΔΕΙΚΝΥΤΑΙ σοφίας, *circa quartum numerum — animus nanciſcitur ſapientiam*, vel, *fit poſſeſſor ſapientiae.* Alleg. I. p. 50. A, ὃν μὲν μόνον τίθησιν ἐν τῷ παραδείσῳ πλαστὸν καλεῖ, ὃν δὲ ἐργάτην καὶ φύλακα ΑΠΟΔΕΙΚΝΥΣΙΝ, ἐ πλαστὸν, ἀλλ᾽ ὃν ἐποίησε. *Quem tantummodo ponit in paradiſo fictum vocat, quem vero operarium cuſtodemque conſtituit, non fictum, ſed quem fecit.* In Flacc. p. 966. C, Γαΐε δ᾽ ΑΠΟΔΕΙΧΘΕΝΤΟΣ αὐτοκράτορος, *Caio imperatore facto.* Sic quoque 1 Cor. IV, 9. Conf. TIB. HEMSTERHVSIVS ad Lucian. Tom. I. p. 460.

v. 7. Τὸ γὰρ μυςήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας) Vox μυςήριον, indicat altam, profundam, ſumme magnam et occultam iniquitatem, quem vſum huius locutionis etiam apud alios auctores ſe obſeruaſſe ſcribit CASAVBONVS Exercit. adu. BARONIVM p. 543. Edit. Lond. Sic etiam adhibetur apud Philonem de Merc. Meretr. non rec. extr. p. 865. A, vbi cum Virtus, quaecunque vitia eſſent cum voluptate coniuncta, longo ordine enarraſſet, addit, τοιαῦτα τῆς περικαλλȣ̃ς καὶ περιμαχήτȣ μεγάλα ΜΥΣΤΗΡΙΑ ἡδονῆς ἐςὶν, ἅπερ ἑκȣ̃σα ἀπεκρύψατο ἀεὶ, *haec ſunt huius formoſae et optatae voluptatis magna myſteria, quae libenter ſemper occultet.* Sic Nabuchodonoſor Iudith. II, 2. dicitur ἔθετο μετ' αὐτῶν τὸ μυςήριον τῆς βȣλῆς αὐτȣ̃, *communicaſſe cum amicis occulta conſilia.*

v. 8. Ὃν ὁ Κύριος ἀναλώσει) Ἀναλίσκειν eſt *conſumere*, quo ſenſu de *igne* dicitur, de Vit. Moſ. 3, p. 676. D: deinde, *conterere*, *confringere*. Sic Philo de impiis fulmine ad vmbras adactis ibid. p. 695. D, τȣ̀ς τῆς ςάσεως ἡγεμόνας πεντήκοντα πρὸς τοῖς διακοσίοις ἄνδρας κεραυνοὶ κατασκήψαντες αἰφνίδιον ἀθρόȣς ΕΞΑΝΑΛΩΣΑΝ μηδὲν μέρος ὑπολειπόμενοι τῶν σωμάτων ὃ ταφῆς ἐπιμοιράσεται, *ſeditioſi ducenti quinquaginta, qui praecipui tumultus auctores fuerant, repente de coelo tacti vna conflagrauerunt, ne minimo quidem membro relicto, quod ſepulchris poſſet inferri.* Idem Leg. ad Cai. p. 1010. E, πολλȣ̀ς δ' ἔτι ζῶντας ἱμᾶσι καὶ βρόχοις περιβαλόντες καὶ ἐπισφίγξαντες τὰ σφυρὰ διὰ μέσης κατέσυρον ἀγορᾶς — καὶ πατȣ̃ντες — πᾶσαν ἰδέαν ΕΞΑΝΗΛΙΣΚΟΝ ὡς μηδὲ λείψανον γȣ̃ν ὃ δυνήσεται ταφῆς ἐπιλαχεῖν ὑπολείπεσθαι, *Multos etiam viuos loris laqueisque circa talos adſtrictis per medium forum raptabant — et conculcando — omnem formam abſumſerunt, vt ne reliquias quidem ad ſepulturam ſu-*

 pereſſe

pereſſe ſinerent. In Flacc. p. 974. C, συναρπαθέντες — δολοφονῦνται, καὶ συρόμενοι καὶ πατύμενοι διὰ τῆς πόλεως ἁπάσης ΕΞΗΝΑΛΩΘΗΣΑΝ, ὐδενὸς ὑπολειφθέντος μέρες ὃ δυνήσηται κοινωνῆσαι ταφῆς, *correpti — occiſi ſunt corporaque raptata et conculcata per totam vrbem, ita conſumta ſunt, vt ne ad ſepulturam quidem vllum membrum fieret reliquum.*

v. 9. Τέρασι ψεύδυς) Denotantur *falſa et mendacia prodigia*, ψευδῆ. Cum ALBERTO non eſt, cur diſſentiam, merum Hebraiſmum eſſe neganti. Nam apud Philonem de Opif. p. 14. D, κίνησις ἠρεμίας eſt *motus placidus*, p. 36. C, πλάσματα μύθυ, pro quo πλάσματα μυθικὰ dicit p. 1. A, 39. D, mox δείγματα τύπων, pro τυπικὰ *figurata documenta.* Hoc vſu Genitiui pro Adiectiuo nec Latinos carere docet OVDENDORP. ad Sueton. Aug. 94. p. 319. Add. POTTERVS ad Lycophr. p. 139.

Capvt III.

v. 2. Ἀπὸ τῶν ἀτόπων καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων) Rationem poteſtatis in voce ἄτοπος declarat Philo Alleg. II. p. 70. D, τόπον γὰρ ὐδένα ἔχει ἡ τῦ φαύλυ ψυχὴ ᾧ ἐπιβήσεται, ἢ ἐφ᾽ ὃ ἱδρυνθήσεται· παρ᾽ ὃ καὶ ΑΤΟΠΟΣ λέγεται εἶναι ὁ φαῦλος. ΑΤΟΠΟΝ δέ ἐστι κακὸν δύσθετον· τοιῦτος δ᾽ ὁ μὴ ἀστεῖος, σαλεύων καὶ κλονύμενος ἀεὶ, καὶ πνεύματος τρόπον ἀστάτυ διαφερόμενος, *nullum enim locum habet mali hominis animus, cui vel inſiſtat, vel inſidat. Igitur etiam malus dicitur* ἄτοπος, *ſic autem appellatur malum, cuius nusquam vſus eſt. Talis igitur eſt, qui virtuti non ſtudet, fluctuans ſemper et agitatus vagusque in morem flatus incerti.* Eſt etiam ſignificatio eius vocis haec, vt dicatur de eo quod *inconditum, moleſtum, iniucundum eſt.* Ita occurrit in Flacc. p. 970. D, ἐξήχει βοή τις ΑΤΟΠΟΣ, Μάριν

ἀπο-

ἀποκαλέντων, *reſonuit clamor inconditus*, *Marin appellantium.* Sic ΑΤΟΠΟΝ *πνεῦμα*, *halitus peſtilens* et *noxius*, quem aer ingraueſcens efficiebat Leg. ad Cai. p. 1009. E. Quemadmodum Thucydides in deſcriptione peſtilentiae II, 49. dicit, *ἥτε φάρυγξ — πνεῦμα* ΑΤΟΠΟΝ *καὶ δυσῶδες ἠφίει*, *guttur foedum et taetrum halitum emittebat.* Eandem vim habet *ἀτοπία* Cap. 51.

v. 6. *Στέλλεσθαι ὑμᾶς*) Verbum *Στέλλω* in Actiua forma ſignificat *retraho*, in Media autem *στέλλομαι*, *me ipſum retraho*, ſiue *recedo*, *abſcedo.* Neque enim exiſtimandum eſt in hac ſignificatione, compoſitum potius quam ſimplex adhiberi, quod confirmant plurima Philonis loca. De Spec. legg. p. 772. E, vbi ait recta diſciplina, inhabitans animo, *καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑπομιμνίσκει τῆς ἀνθρωπότητος*, *ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν καὶ ὑπερόγκων ἀντισπῶσα καὶ* ΣΤΕΛΛΟΥΣΑ, *ſingulis diebus humanae conditionis admonet a celſis et tumentibus retrahendo et coercendo.* Paſſiuae nonnumquam Mediae vim tenentis, formae idem praebet exempla. Quod mund. incorr. p. 956. D, *ἅπαν σῶμα ἀναλυόμενον εἰς πῦρ*, *ἀναλύεται καὶ χεῖται· σβεννυμένης δὲ τῆς ἐν αὐτῷ φλογὸς* ΣΤΕΛΛΕΤΑΙ *καὶ συνάγεται*, *omne corpus quod igne diſſoluitur*, *late diffunditur*, *poſt exſtinctam vero flammam contrahitur.* Macras boues, per nocturnam viſionem Pharaoni oblatas, cum deuoraſſent pinguiores, ait *μηδὲν πρὸς ὄγκον ἐπιδοῦναι τὰς γαστέρας*, *ἀλλ' ἢ μᾶλλον*, *ἢ οὐχ ἧττον* ΕΣΤΑΛΘΑΙ, de Ioſeph. p. 540. E, *nulla pinguedinis incrementa cepiſſe*, *ſed magis*, *vel non minus contractas fuiſſe.* De tenuitate arborum legitur de Agric. p. 188. B, *βούλεται — τὰ δ' ὑπὸ πλεοναζούσης τροφῆς κεχυμένα* ΣΤΕΛΛΕΙΝ, *τὰ δ'* ΕΣΤΑΛΜΕΝΑ *καὶ πεπιλημένα ἐπιφύσεων ἐκλάσεσι μηκύνειν*, *dat operam — vt ſi quas prae alimento nimio*

 luxuriant,

luxuriant, putatione coerceat; alias vero contractiores, nouis ſtolonum acceſſionibus amplificet. Hinc transfertur ad alia. Vitam fore beatam dicit de Opif. p. 17. E, ἐὰν — μὴ ΣΤΕΙΛΩΣΙ καὶ κάμψωσι τὴν διάνοιαν αἱ λῦπαι, *Si — non moerores mentem depreſſam curuatamque ſibi ſubdiderint.* Sic de Vit. Moſ. III. p. 668. E, τὴν πρὸς ὕψος ἄλογον αἴρουσαν καὶ φυσῶσαν οἴησιν, ἀτυφίας ἔρωτι σὺν ἐπιστήμῃ ΣΤΕΛΛΕΙΝ καὶ καθαιρεῖν, *in immenſam altitudinem ſe ſubiicientem et intumeſcentem arrogantiam, modeſtiae amore, ſcienter compeſcere et deſtruere.* Dicitur etiam in re athletica, cum, vt ictus aduerſarii eludat, pugnans modo protenſum modo reductum corpus ſeruat, de Cherub. p. 121. E, οὗτος μὲν οὖν τὰς ἐπιφερομένας πληγὰς ἑκατέρᾳ τῶν χειρῶν ἀποσείεται καὶ τὸν αὐχένα περιάγων ὧδε κἀκεῖσε τὸ μὴ τυφθῆναι φυλάσσεται· πολλάκις δὲ καὶ δακτύλοις ποδῶν ἄκροις ἐπιβεβηκὼς, πρὸς ὕψος αὐτὸν ἐξάρας, ἢ ΣΤΕΙΛΑΣ καὶ συναγαγὼν ἔμπαλιν κατὰ κενοῦ φέρειν τὰς χεῖρας τὸν ἀντίπαλον ἠνάγκασε, *hic enim illatas plagas vtraque manu diſcutit, et ceruice huc illuc reducta ictus euitat, nonnumquam erectus in ſummos pedum digitos et attollens ſe, aut contra ſubmittens, atque contrahens eludit fruſtraturque aduerſarium.* Quemadmodum de Polluce cum Amyco pugnante Valerius Flaccus Arg. IV, 265.

vigil ille metu cum pectore et armis
Huc alternus et huc, ſemper ceruice reducta
Semper et in digitis et ſummi puluere campi
Proiectusque redit — Pollux ſic prouidus ictus
Seruat et Oebalia dubium caput eripit arte.

Quorſum igitur haec? Vt intellegatur στέλλειν et στέλλεσθαι ſimplex, non minus *comprimendi* ſenſu occurrero

rere quam compoſita, de quo etiam admonuit GATAKERVS ad Marc. Anton. I, 16. p. 24. Deinde verba Paulli commode explicari poſſe, etiamſi verbum ςέλλεσθαι in ſignificatione *proficiſcendi*, quae ſententia doctorum animis conſtanter inhaeſit, non accipiatur, nihilo minus tamen idem valere, quod ἀφίςαθαι ἀναχωρεῖν, vt explicatur in Gloſſario Fabriciano quod ALBERTVS edidit p. 149, praeſertim ſi loci Philonis ſupremum commemorati, ratio habeatur. Caeterum et illius ſignificationis exempla e Philone proferamus. Sic ΣΤΕΛΛΟΝΤΑΙ ἀποικίαν, de Conf. ling. p. 331. B, *in coloniam deducuntur*. De nauigatione legitur in Flacc. p. 969. B, οὐ γὰρ κατὰ θέαν ἀφῖκτο τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπιδεδημηκὼς αὐτῇ πρότερον, ἡνίκα τὸν ἐπὶ Ῥώμης πλοῦν ΕΣΤΕΛΛΕΤΟ πρὸς Τιβέριον, *non enim viſendae Alexandriae cauſſa venerat, quam ante adierat Romam nauigaturus ad Tiberium.* Conf. Leg. ad Cai. p. 1023. D, 1035. E.

Ἀτάκτως περιπατοῦντος) Forma haec vt v. 11. ſiue ἀτακτεῖν v. 7. eſt *diſciplinam neglegere*, *incontinenter viuere.* Apud Philonem dicitur de equis, excuſſo auriga, incerto curſu ruentibus de Agric. p. 198. A, τὰ δὲ ζῶα εὐθὺς ἀφηνιάσαντα, πλημμελῆ καὶ ΑΤΑΚΤΟΝ ποιεῖται τὸν δρόμον· *at iumenta habenis libera temere diſcurrunt nullo ordine.*

v. 11. Μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους) Eſt elegans luſus verborum. Verbi περιεργάζεσθαι ea vis eſt vt ſignificet *curare non ſua, ſed aliena.* Sic occurrit in Flacc. p. 966. B, *praecipiens ſingulis militibus* ἵνα μηδὲν ἔξω τῶν κατὰ τὴν ςρατείαν ΠΕΡΙΕΡΓΑΖΗΤΑΙ, *vt occupati laboribus militaribus de cetero non ſatagerent.* Leg. ad Cai. p. 1002. B, ὁ δὲ ἠλίθιος τὰ μὴ καθ' ἑαυτὸν ΠΡΟΣΠΕΡΙΕΙΡΓΑΖΕΤΟ, *ſtultus*

autem plus ſatis curioſus fuerat in rebus nihil ad ſe pertinentibus. 1. de Vit. Moſ. p. 609. E, de iis qui apud Aegypti regem Moſes ingenium calumniarentur: *οὐδὲν φρονεῖ μικρὸν ἀεί τι* ΠΡΟΣΠΕΡΙΕΡΓΑΖΕΤΑΙ, *nihil mediocre ſapit, ſemper molitur aliquid.*

v. 14. *Διὰ τῆς ἐπιστολῆς τοῦτον σημειοῦσθε*) *Per epiſtolam hunc indicate*, vt ERASMVS vertit. Philo de Ioſ. p. 560. A, *δυσὶν ἤδη μαρτυρίαις* ΣΗΜΕΙΩΣΑΜΕΝΟΣ *τὸ μηδὲν ἔχθος ὑποτύφεσθαι*, *cum duobus teſtimoniis indicaſſet, nullam ſimultatem apud ſe latere.* *Σημειοῦσθαι* eſt etiam *vultu animi affectionum indicia dare.* Idem de Leg. ad Cai. p. 1028. E, *ὁ δ' ἔτι μὲν ἀναγινώσκων διῴδει, καὶ μεστὸς ἦν ὀργῆς ἐφ' ἑκάστῳ* ΣΗΜΕΙΟΥΜΕΝΟΣ. *Ille inter legendum iam excandeſcebat, ad ſingula vultu prae ſe ferens iracundiam.*

IN

IN PRIOREM EPISTOLAM AD TIMOTHEVM.

Capvt I.

v. 4.

Γενεαλογίαις ἀπεράντοις) Coepit inter interpretes varia ſuper his verbis quaeſtio inſtitui. Nam alii eorum intellegunt fabulas Cabbaliſticas, alii qui iſtorum hereticorum errores nimis frequenter coargui ſtatuunt, omnique vel temporum et aetatis, vel linguae ratione poſthabita eos inueniſſe ſibi videntur, Valentinianorum et Gnoſticorum nugas reprehendi volunt. Neutrum igitur accipiendum eſt, ob rationes quas propoſitas inuenient ſtudioſi ab ERNESTIO Venerab. in Bibliothecae Theologicae volumine tertio. Relinquitur ergo vt genealogiae proprie dictae intelligendae ſint, de quibus bene dicitur immenſum illud et infinitum. Hoc enim eſt ἀπέραντον. Plane ſic de oratione et turbata et in infinitum extenſa apud Philonem de conf. ling. p. 352. C, τὴν μὲν γλῶτ]αν ἀνιεὶς, πρὸς ἄμετρον καὶ ΑΠΕΡΑΝΤΟΝ διήγησιν καὶ ἄκριτον, συγχέων πάντα καὶ φύρων. Iterum p. 365. D, πολλῇ τινι καὶ ΑΠΕΡΑΝΤΩι φιλοτιμίᾳ. De Migrat. Abrah. p. 403. D, πολλὴν καὶ ΑΠΕΡΑΝΤΟΝ φλόγα. De congreſſ. erud. quaer. cauſ. p. 431. E, ἐπ' ΑΠΕΡΑΝΤΩι καὶ ἀνηνύτῳ περιεργείᾳ κειμένης. Quae loca etiam commemorauimus, vt verbi propoſiti vis, ex adiunctis ſibi epithetis clarior fieret. Neutiquam autem fauemus Bentleianae coniecturae κενολογίαις, iam ab aliis reprehenſae.

v. 9. Δικαίῳ νόμος ὁ κεῖται) Proprie locutus eſt, ſicuti Philo det. inſ. pot. p. 158. E, παρ᾽ ὃ καὶ ΝΟΜΟΣ ΚΕΙΤΑΙ, *Igitur lex perſcripta eſt.* De Abrah. p. 350. B, τοὺς ΚΕΙΜΕΝΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ, *leges ſcriptas.*

v. 11. Τοῦ μακαρίου Θεοῦ) Hoc nomine inſignitur Deus apud Philonem de Sacr. Ab. et Ca. p. 147. E, *aufer o anima quidquid eſt genitum, mortale, mutabile, profanum,* ἀπὸ ἐννοίας τῆς περὶ ΘΕΟΥ τοῦ ἀγεννήτου καὶ ἀφθάρτου καὶ ἀτρέπτου, καὶ ἁγίου, καὶ μόνου ΜΑΚΑΡΙΟΥ, *quando de deo ingenito, incorruptibili, immutabili ſancto, ſoloque beato cogitas.*

v. 15. Πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος) Nomen ἀποδοχὴ vt vel ex vſu verbi ἀποδέχεσθαι apud Philonem ſaepius obuii, apparet, vbi ſignificat *laudare, comprobare aliquam rem,* de quo vidimus ad Act. XXIV, 3. dicitur de *laude, fauore, reuerentia.* Noſter de Profug. p. 469. A, εἰ δέ τις — σκέπτεται καὶ ζητεῖ περὶ τῆς ἀμείνονος — γενεᾶς, ΑΞΙΟΣ ΑΠΟΔΟΧΗΣ ἐστίν. De Praem. et Poen. p. 912. B, μόνος δ᾽ ΑΠΟΔΟΧΗΣ ΑΞΙΟΣ, ὁ ἀναθεὶς τὴν ἐλπίδα Θεῷ. De Vit. Moſ. I. p. 606. B, διὰ τῆς τῶν ζώων ΑΠΟΔΟΧΗΣ, ἃ καὶ θεῶν τιμαῖς γεραίρουσι. Sic ΑΠΟΔΟΧΗ et τιμὴ Synonyma coniunguntur de Decal. p. 749. C. de Ioſ. p. 559. C. Ex quo iudicari poteſt an BEZAE adſentiendum ſit, qui ex Hebraici vſu verbi קבל haec interpretanda cenſet.

v. 17. Μόνῳ σοφῷ Θεῷ) *Vni ſapienti nimirum Deo.* Sic Philo de Migr. Abr. p. 408. E, τὸ γὰρ μηδὲν οἴεσθαι εἰδέναι πέρας ἐπιστήμης, ἑνὸς ὄντως ΜΟΝΟΥ ΣΟΦΟΥ, τοῦ καὶ ΜΟΝΟΥ Θεοῦ, *Agnoſcere ſuam ignorantiam finis eſt ſcientiae, cum vnus ſolus ſit ſapiens qui ſolus deus eſt.*

v. 18. Ἵνα στρατεύῃ ἐν αὐταῖς τὴν καλὴν στρατείαν) Philo 2. Alleg. p. 63. A, ΣΤΡΑΤΕΥΣΑΜΕΝΟΣ γὰρ

ΣΤΡΑ-

ΣΤΡΑΤΙΑΝ [leg. ΣΤΡΑΤΕΙΑΝ] τὴν ὑπὲρ ἀρετῆς ἐ παύεται πολεμῶν, πρὶν ἐπιδεῖν πρηνεῖς — τὰς ἡδονὰς, *Virtuti militans non ceſſat a bello, priusquam videat proſtratas voluptates.*

v. 19. Περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν) Philo de Somn. p. 1128. D, τινὰς ἴσμεν — ΝΑΥΑΓΗΣΑΝΤΑΣ, ἢ ΠΕΡΙ γλῶτταν ἄθυρον, ἢ ΠΕΡΙ γαστέρα ἄπληστον, ἢ ΠΕΡΙ τὴν τῶν ὑπογαστρίων ἀκράτορα λαγνείαν. *Scimus quosdam qui naufragium fecerunt aut circa linguae incontinentiam, aut circa ventris inexplebilitatem, aut circa eorum quae ſub ventre ſunt, impotentem libidinem.*

Caput II.

v. 1. Ἐντεύξεις) Hac voce vtitur Philo qu. det. pot. inſ. p. 172. B, ἡ δὲ πηγὴ νοῦς ἐστὶ, δι' οὗ τὰς πρὸς τὸν ὄντα ΕΝΤΕΥΞΕΙΣ καὶ ἐκβοήσεις — ἀναφθεγγόμεθα. *Fons autem mens eſt, per quam ad illum Qui eſt interpellationes et occlamationes — effamur.*

v. 2. Τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων) Intelliguntur *principes ciuitatis.* Sic Philo de Abrah. p. 363. B, λανθάνει γὰρ ΤΟΥΣ ΕΝ ΕΞΟΧΑΙΣ οὐδέν. *Nihil SVPERIORES latet.* Paullo ante eosdem dixerat τοὺς ἐν τέλει.

Ἡσύχιον βίον) Philo in Flacc. p. 991. A, βίον ΗΣΥΧΑΖΟΝΤΑ, *vitam tranquillam.* At γαληνὸν καὶ εὔδιον βίον κτησάμενος de Congr. erud. qu. c. p. 521. B. Sic βιότου γαλήνη ſecuritas, otium, eſt ap. Anacr. Odar. 39, 15. et βίον ἥσυχον φέρωμεν 42, 17.

v. 4. Καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν) Philo in Flacc. p. 975. E, ΕΙΣ ἀπόγνωσιν σωτηρίας ΕΛΘΕΙΝ, *de ſalute deſperare.* Quod prob. lib. p. 876. C, magos Perſarum rerum naturam ſcrutari ait πρὸς ΕΠΙΓΝΩΣΙΝ ΑΛΗΘΕΙΑΣ.

v. 6. Καιροῖς ἰδίοις) Philo de Abrah. p. 375. C, dicit ἐν ΚΑΙΡΟΙΣ, *tempore.*

v. 9. Ἐν καταϛολῇ κοσμίῳ) SALMASIVS καταϛολὴν ducit a καταϛέλλω et interpretatur *modeſtiam.* Sic, eſt apud Diodor. Sic. p. 707. C. ed. RHOD. Sed comparem potius μετρίαν ἐσθῆτα, *veſtitum mediocrem,* e Philone de Merc. Meretr. non rec. p. 863. A.

v. 10. Ὃ πρέπει γυναιξὶν ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν) Exquiſitam habet in his verbum ἐπαγγέλλομαι ſignificationem. Dicitur autem de iis, qui ſe artem aliquam tenere promittunt. Sic apud Philonem etiam reperitur, de Vit. Cont. init. vbi de Eſſenorum nomine tradit: θεραπευταὶ γὰρ καὶ θεραπευτρίδες ἐτύμως καλοῦνται, ἤτοι παρ᾽ ὅσον ἰατρικὴν ΕΠΑΓΓΕΛΛΟΝΤΑΙ κρείσσονα τῆς κατὰ πόλεις. Quo ſenſu Horat. Epiſt. I, 1, 115.

quod medicorum eſt
PROMITTVNT medici, tractant fabrilia fabri.

Paullo poſt autem, loco huic perquam ſimile eſt illud p. 890. A, οἷς τινὰς συγκρίνειν ἄξιον τῶν ΕΠΑΓΓΕΛΛΟΜΕΝΩΝ εὐσέβειαν, *quibus quidam comparandi ſunt pietatem prae ſe ferentium.*

v. 13. Ἀδὰμ γὰρ πρῶτος ἐπλάσθη) Frequens eſt huius verbi vſus de creatione hominis. Dicitur proprie de vaſis quae e luto, vel terra finguntur. Hebraeis יצר. Sed Philonem etiam eadem loquendi forma vſum, haec loca demonſtrant. De Migr. Abr. init. p. 388. E, καὶ γὰρ παγῆναι φησὶ τὸν χοῦν εἰς ἀνθρωπείαν μορφὴν τοῦ θεοῦ ΔΙΑΠΛΑΣΑΝΤΟΣ, *nam etiam terram ait Moſes concreuiſſe in formam humanam deo formante.* De Profug. p. 460. C, πάντα τ᾽ ἄλλα εἰπὼν ὑπὸ θεοῦ γενέσθαι, μόνον τὸν ἄνθρωπον ὡς ἂν μετὰ συνεργῶν ἑτέρων ἐδήλωσε ΔΙΑΠΛΑΣΘΕΝΤΑ. Et mox: διαλέγεται οὖν ὁ τῶν ὅλων πατὴρ ταῖς ἑαυτοῦ δυνάμεσιν, αἷς τὸ θνητὸν ἡμῶν τῆς ψυχῆς μέρος ἔδωκε ΔΙΑΠΛΑΤΤΕΙΝ. De Nom. Mutat. p. 1049. A, φαύλου μὲν γὰρ ψυχὴν

ψυχὴν ἃ ΔΙΕΠΛΑΣΕΝ, ἐχθρὸν γὰρ Θεῷ κακία. Loca Ciceronis et Lactantii, in quibus *Fingere* eadem notione vſurpatum ſit, ſi id nunc ageremus, facile a nobis proferri poſſent.

Caput III.

v. 2. Δεῖ ἂν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι) Oportet epiſcopum talem eſſe, vt in eo nullus pateat reprehenſioni locus, vt eleganter haec verba expreſſit MVRETVS Orat. 24. Vocem e palaeſtra ſumtam eſſe videri ſcribit elegantiſſimus KREBSIVS, et dici de pugili qui omnes corporis partes ita tutas ab aduerſarii ictibus praeſtet, vt feriri non poſſit. Quam ſententiam is quidem non aliquo diſerto loco, ſed vſu vocum ληπτὸς, ἄληπτος et εὔληπτος confirmandam putat; quo facit locus Philonis I Alleg. p. 56. B, καὶ γὰρ ὁ ἄφρων ΕΥΛΗΠΤΟΣ τῷ φρονίμῳ καὶ δειλὸς ὑποπέπτωκε τῷ ἀνδρείῳ, *Imprudens non aegre in poteſtatem prudentis redigitur, timidus itidem in fortis.* In apponendis Philonis locis, in quibus ἀνεπίληπτος pro *carens reprehenſione* reperitur, otium nobis fecit KREBSII ſtudium. Quibus tamen, ne aſymboli videamur, addimus de Confuſ. ling. p. 355. B, καὶ μηδὲν παραλείποντος τῶν πρὸς ἐπίληπτον καὶ ἐπάρατον βίον. De Carit. p. 716. A, ἐςὶ δ' αὐτῷ καθάπερ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα ΕΠΙΛΗΠΤΟΝ, κατὰ δὲ τὰς σχέσεις καὶ κινήσεις ἁπάσας. De Nobil. p. 907. C, ἂτοι μὲν ἂν εἰσὶ τῆς ΕΠΙΛΗΠΤΟΥ τάξεως. Sic πράξεις ΕΠΙΛΗΠΤΟΙ καὶ ὑπαίτιοι, *actiones culpandae et reprehendendae* 2. Alleg. p. 106. E. Rurſus ἐπίληπτος et ὑπαίτιος promiſcue de Spec. legg. p. 804. E. At ἀνεπίληπτος πολιτεία De Spec. Legg. p. 778. A, διανοίᾳ χρώμενος ΑΝΕΠΙΛΗΠΤΩι de Spec. Legg. p. 798. C. De decal. p. 754. D, τὸ τῶν ἱερέων γένος ἐξετάζεται — εἰ ΑΝΕΠΙΛΗΠΤΟΝ, *labe corporis expers.* Ἄληπτος exſtat de humanit. p. 713. C.

v. 3.

v. 3. Μὴ πάροινον) Adſentior iis, qui vinoſitatis culpam non omnino quidem excludunt, ſed maxime tamen reſpici volunt ad ea vitia, quae ex illa ſolent euenire, veluti petulantiam, qua quis alteri iniuriam et contumeliam facit. Quod non ſolum ex loci ipſius ratione, verum etiam cum ex vſu vocis παροινία, tum verbi παροινεῖν intelligitur. Etenim oppoſita, ſi accuratius conſiderentur, non ſunt eiusmodi vt iis vis inſit ea, quae ſobrietatem indicet. Deinde παροινία auctore Heſychio, vel eo potius vnde is eam gloſſam hauſit, eſt ἡ ἐκ τȣ͂ οἴνȣ ὕβρις καὶ οἷα δήποτε ἁμαρτία. Sic apud Xenophont. Sympoſ. VI, 2. Hermogenes ait, τὸ παρ᾽ οἶνον λυπεῖν τȣ̀ς συνόντας τȣ͂τ᾽ ἐγὼ κρίνω παροινίαν. Eſt igitur παροινεῖν non ſolum ebrium eſſe, ſed amplius propter ebrietatem facere alicui contumeliam. Vid. CASAVBONVS ad Athenaeum X, 12. p. 730. Plato Eutyphr. §. 4. ΠΑΡΟΙΝΗΣΑΣ ȣ͂ν καὶ ὀργισθεὶς τῶν οἰκέτων τινὶ τῶν ἡμετέρων, ἀποσφάττει αὐτόν. Demoſth. adu. Nauſim. p. 635. B, τὰ ὄντα κατεσθόντας καὶ ΠΑΡΟΙΝΟΥΝΤΑΣ μετὰ Ἀριστοκράτȣς καὶ Διογνύτȣ. Diſerte diſtinguuntur μέθη et παροινίαι apud Philon. in Flacc. p. 984. E, ὧν κατάρχει τῆς κοινωνίας ȣ̓δὲν ὑγιὲς, ἀλλ᾽ ἄκρατος καὶ μέθη καὶ ΠΑΡΟΙΝΙΑΙ καὶ ἡ τȣ́των ἔκγονος ὕβρις κ. τ. λ. *Quorum ſocietati ſani nihil ineſt, ſed merum, et ebrietas et ludibria et horum filia, contumelia.* Philo de Charit. p. 714. D, καθάπερ οἱ πολὺν ἄκρατον ἐμφορησάμενοι μεθύȣσι καὶ ΕΜΠΑΡΟΙΝΟΥΣΙ δȣ́λοις ὁμȣ͂ καὶ ἐλευθέροις, ἐστὶ δ᾽ ὅτε καὶ ὅλαις πόλεσι, *quemadmodum qui multum meri ſubbiberunt, ebrii ſunt et illudunt ſeruis ac ingenuis, interdum et vniuerſis ciuitatibus.* In Flacc. p. 966. A, τάς τε ἑταιρείας καὶ συνόδȣς αἳ ἀεὶ ἐπὶ προφάσει θυσιῶν εἱστιῶντο, τοῖς πράγμασιν ΕΜΠΑΡΟΙΝΟΥΣΑΙ, διέλυε, *ſodalitates et conuentus, praetextu ſacrificiorum epulis celebrandis, rebus illudentes diſſoluit.*

Leg.

Leg. ad Cai. p. 1035. E, *μὴ γὰρ εἶναι συνόδους ἐκ μέθης καὶ* ΠΑΡΟΙΝΙΑΣ *ἐπὶ συστάσει, ὡς λυμαίνεσθαι τὰ τῆς εἰρήνης, Non enim haec eſſe congreſſus ex ebrietate et inſolentia, ſeditionis et turbandae pacis cauſſa.*

v. 6. Ἵνα μὴ τυφωθεὶς) Τυφοῦσθαι eſt *vel ſtolidum eſſe, vel inſlari ſuperbia.* Nam *τύφος*, quae vox proprie de turbine dicitur qui res tanquam ſtipulas, vel naues in mari in altum tollit, eleganter deinde transfertur ad ſuperbiam, faſtum, qui animum pariter efferre ſolet. Illius ſignificationis exemplum eſt apud Lucianum Hiſtor. Ver. Lib. I, p. 645, Περὶ *μεσημβρίας δὲ οὐκ ἔτι τῆς νήσου φαινομένης ἄφνω* ΤΥΦΟΣ *ἐπιγενόμενος καὶ περιδινήσας τὴν ναῦν καὶ μετεωρήσας, οἷον ἐπὶ σταδίους τρισχιλίους οὐκ ἔτι καθῆκεν εἰς τὸ πέλαγος ἀλλ' ἄνω μετέωρον ἐξηρτημένην ἄνεμος ἐμπεσὼν τοῖς ἱστίοις ἔφερε κολπώσας τὴν ὀθόνην, Meridie vero tum non appareret amplius inſula, turbo repente exorſus eſt, qui circumuolutam et in ſublime eleuatam nauem ad ter mille fere ſtadia non iam in pelagus depoſuit, ſed ſublatam ſuſpendit, ingruensque ventus ſinuatum carbaſum impulit.* Huius autem translatae notionis exemplum praebet Philo de Migr. Abrah. p. 408. E, *πάρεστε νῦν οἱ* ΤΥΦΟΥ *καὶ ἀπαιδευσίας καὶ πολλῆς ἀλαζονίας γέμοντες, οἱ δοκησίσοφοι, Adeſte nunc vos, qui ſtultitia, ignorantia arrogantiaque turgidi, ſapientes vobis videmini.* Eadem vis in verbo *τυφοῦσθαι* obſeruatur apud eundem de Conf. Ling. p. 335. D, *κατακλαίει δὲ καὶ τὸν πλάνητα καὶ* ΤΕΤΥΦΩΜΕΝΟΝ *τῶν πολλῶν ἄθλιον νοῦν, ὃς ψευδοῦς δόξης ἐκκρεμασθεὶς, ᾠήθη τὶ παρ' ἑαυτῷ βέβαιον καὶ ἀσφαλὲς, ἢ συνόλως παρά τινι τῶν γενομένων ἄτρεπτον ἱδρύσθαι —, deplorat etiam errantem et ſtolidam mentem vulgi miſeri, quae pendens a falſa opinione, putat ineſſe ſibi aliquid certum firmumque.* De Cong. quaer. erud. gr. p. 442. C, *καὶ* ΜΕΤΕΩΡΙΣΑΣ

καὶ

καὶ ΦΥΣΗΣΑΣ ἑαυτὸν ὑψαυχενεῖ καὶ τὰς ΟΦΡΥΣ εὖ μάλα ΑΝΑΣΠΑΣΑΣ ΤΕΤΥΦΩΤΑΙ, *atque ita ſupinus incedit et inflatus obducto ſupercilio* (potius *adducto*) *ſuperbit.* Et paullo poſt: τουτέστι τὸ ἐν γαστρὶ ἔχειν ΟΙΔΕΙΝ καὶ ΤΕΤΥΦΩΣΘΑΙ καὶ ὄγκον πλείονα τοῦ μετρίου περιβεβλῆσθαι, *Hoc eſt illud in utero concipere, turgere inflarique ſupra modum.* Eodem modo *inflare* et *inflatum eſſe* aliquoties vſurpat Liuius. Vid. 31, 10. 35, 42. 49. Ex quibus apparet quam vere interpretetur huius verbi vim gloſſa huc pertinens in Gloſſar. N. F. ab ALBERTO edito p. 157. Τυφωθείς· ἐπαρθεὶς, ὑπερηφανευθείς.

v. 8. Μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας) Προσέχειν in his eſt *duci, trahi, delectari aliqua re;* quae ſignificatio verbi paullo rarior eſt, nec adhuc a quoquam exemplis ſcriptorum confirmata. Sed ita reperitur apud Philonem de Prof. p. 472. E, ἑνὶ ΠΡΟΣΕΧΟΥΣΑΝ ἀνδρὶ, καὶ τὴν ἑνὸς οἰκουρίαν ἀγαπῶσαν, *vni deditam marito et vnius conſortio contentam.* Lib. 1. de Vit. Moſ. p. 605. D, vbi permutatur cum ἥδεσθαι. De Moſe enim ſcribit οὐχ οἷα κομιδῇ νήπιος ΗΔΕΤΟ τωθασμοῖς καὶ γέλωσι, καὶ παιδιαῖς. — ἀλλ' αἰδῶ καὶ σεμνότητα παραφαίνων ἀκούσμασι καὶ θεάμασι ἃ τὴν ψυχὴν ἔμελλεν ὠφελήσειν ΠΡΟΣΕΙΧΕ. *Nequaquam, vt infantes ſolent, aſſentationibus, iocis luſibusque gaudebat — ſed modeſtiam grauitatemque prae ſe ferens, eorum quae animum iuuarent auditu aſpectuque delectabatur.* Sic et libro quod pr. lib. p. 866. E, δοῦλοι δ' εἰσὶ δόξης ΕΠΑΝΕΧΟΝΤΕΣ αἰσθήσεσιν, *ſerui ſunt opinionum, ſenſibusque ducuntur.*

CAPVT IV.

v. 1. Ῥητῶς λέγει) Philo Quod det. inſ. pot. p. 180. D, διὸ καὶ προειπὼν — ΡΗΤΩΣ ἐπιφέρει, *Ideo cum dixiſſet — diſerte infert.*

v. 6.

v. 6. Ταῦτα ὑποτιθέμενος τοῖς ἀδελφοῖς) Ὑποτίθεσθαι eſt *docere*, *monere*, *inſtituere*, *praecipere*, ſed amice et leniter, non ſeuere et coacte. Hoc patet e Philonis quodam loco lib. 2. de Vit. Moſ. p. 661. B, vbi de ipſo Moſe ſcribit, ἐν ταῖς προστάξεσιν ΥΠΟΤΙΘΕΤΑΙ καὶ παρηγορεῖ τὸ πλέον, ἢ κελεύει, μετὰ προοιμίων καὶ ἐπιλόγων τὰ πλεῖστα καὶ ἀναγκαιότατα πειρώμενος ὑφηγεῖσθαι τοῦ προτρέψασθαι χάριν μᾶλλον ἢ βιάσασθαι· *In praeceptis monet hortaturque magis quam imperat, adhibitis plerumque praefatiunculis et epilogis prout res poſtulat, docendi magis quam cogendi cauſſa.* L. 1. de Vit. Moſ. p. 647. D, τί γὰρ εἴποι τις ἄν, ἰδιάζεις καὶ συμβουλεύεις, τὰ ἐναντία τοῖς χρησμοῖς ΥΠΟΤΙΘΕΜΕΝΟΣ, *Dixerit aliquis, cur priuatim agis et conſilium das, contraria oraculis praecipiendo.* Conf. HEMSTERHVS. ad Tho. Mag. p. 444.

Ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως) Elegantem vſum forma ἐντρέφεσθαι τινὶ habet, pro alicuius artis, iuſta diſciplina peritum intellegentemque fieri. Eſt autem e palaeſtra petitus, vbi dicitur de iis qui inter vſum legum laborumque palaeſtrae adoleſcunt. Quae ſignificatio auctorum aliquot locis fiet apertior. Euripid. Phoeniſſ. v. 371, γυμνάσιά θ' οἷσιν ΕΝΕΤΡΑΦΗΝ. Ariſtoph. Ran. 741. ΤΡΑΦΕΝΤΕΣ ἐν παλαίστραις. Maximus Tyr. Diſſ. III. c. οὐδὲ ὑπὸ τῷ αὐτῷ παιδοτρίβῃ ἀσκηθεὶς — οὐδὲ τοῖς αὐτοῖς παλαίσμασιν ΕΝΤΕΘΡΑΜΜΕΝΟΣ, *Neque ab eodem paedotriba exercitus — neque iisdem artibus innutritus.* Vid. omnino DORVILLIVS ad Charito. p. 36. Deinde transfertur ad alia, quae addiſcimus et in quibus exercemur. Plato Apolog. init. εἰ τῷ ὄντι ξένος ἐτύγχανον ὤν, ξυνεγιγνώσκετε δήπου ἄν μοι εἰ ἐν ἐκείνῃ τῇ φωνῇ τε καὶ τῷ τρόπῳ ἔλεγον ἐν οἷσπερ ΕΤΕΘΡΑΜΜΗΝ, *Si vere hoſpes eſſem ignoſceretis arbitror, ſi ea voce, et more dicerem,*

rem, cui eſſem adſuetus. Idem Epiſt. VII. T. III. p. 335. D, ed. Steph. ὁσίων ἀνδρῶν ἀρχόντων ἐν ἤθεσι ΤΡΑΦΕΙΣ τε καὶ παιδευθεὶς ἐνδίκως, *imperantibus viris iuſtis, moribus honeſtis innutritus et inſtitutus.* Sed quoniam cum maxime ad vim verborum formarumque dicendi illuſtrandam Philone vtimur, age huic potiſſimum teſtimonium denunciemus. Igitur is de Vict. off. p. 855. C, οἱ γεννηθέντες ἐν πολιτείᾳ φιλοθέῳ καὶ ΕΝΤΡΑΦΕΝΤΕΣ νόμοις πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν ἀλείφουσι, καὶ ἐκ πρώτης ἡλικίας παιδευόμενοι τὰ κάλλιστα ἀνδράσι, τῶν μὲν ὀλιγωροῦμεν, τῶν δὲ ὡς ἀληθῶς ὀλιγωρίας ἀξίων περιεχόμεθα, *qui educati in diuinitus inſtituta republica et innutriti legibus ad omnem virtutem incitantibus a prima aetate imbuti quae viros deceat, alia neglegimus, alia vere neglectu digna magni facimus.* 1. Alleg. p. 59. C, εἰκότως οὖν ἑνὶ παραγγέλλει, ταῖς ἀρεταῖς ΕΝΤΡΕΦΕΣΘΑΙ, *itaque merito vnum hortatur innutriri virtutibus.* Leg. ad Cai. p. 1016. E, τὰς κατὰ Ἰουδαίων καὶ τῶν Ἰουδαϊκῶν ἐθῶν καταβολὰς αἷς ΕΝΕΤΡΑΦΗΣ, ἐξ ἔτι σπαργάνων ἀναδιδάχθης αὐτάς, *criminationes Iudaeorum Iudaicorumque rituum quas didiciſti a pueritia.* Ibid. p. 1020. B, πρὸς ὃν εἴποιμι ἄν, ἢ οὐκ ἔχεις ἀνδρὸς εὐγενοῦς πάθος γνήσιον, ἢ οὐκ ΕΝΕΤΡΑΦΗΣ οὐδὲ ἐνησκήθης τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν, *reſponderem, aut non habes liberale ingenium, aut non didiciſti ſacras litteras.* Quod prob. lib. p. 882. C, μήπω τοῖς Λυκούργου νόμοις παγίως ΕΝΤΡΑΦΗΝΑΙ διὰ τὴν ἡλικίαν δυνηθεὶς ὅτι μόνον αὐτῶν ἐγεύσατο, *cum nondum Lycurgi legibus propter aetatem firmiter inſtitutus eſſe poſſet, quas tantum deguſtarat.* Confirmat Latinorum formae, *innutritum eſſe* vſum Silius II, 286. — *ne caſtris innutriretur et armis.*

Ἧι παρηκολούθηκας) *Quam es adſecutus*, nimirum ſenſu et intellegentia, qua ſignificatione hoc verbum apud optimum quemque ſcriptorum legitur. Vid.

PETA-

petavius ad Epiphan. T. II. p. 89, kypkius ad Luc. I, 3. et gatakervs ad Marc. Antonin. V, 5. p. 144. Apud Platonem paſſim ἐπακολȣθεῖν ſic dici obſeruauimus, nec non ἀκολȣθεῖν. Videant quibus commodum eſt Theaet. T. I. p. 151. A, 168. E, 185. D. Phaedr. T. III. p. 271. D. Philo 2. Alleg. extr. p. 60. C, μονονȣ̀ καὶ ὁ Ἡράκλειτος κατὰ τȣ̃το Μωϋσέως ΑΚΟΛΟΥΘΗΣΑΣ τῷ δόγματι· φησὶ γὰρ, *quam opinionem Moſis ſecutus propemodum Heraclitus ait.* Demoſth. in Macart. initio: ὑμεῖς τὲ γὰρ — ῥᾷον παρακολȣθήσετε ἅπασι τοῖς λεγομένοις. Sic explicat iac. de roehr ad Porphyr. de Abſtin. Anim. L. I. §. 7.

v. 7. Γύμναζε δὲ σεαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν) Γυμνάζειν in re athletica luctatores dicuntur Gymnaſtae. Philo pariter translate de Vit. Moſ. 1. p. 610. A, τȣ̀ς ἀρετῆς ἄθλȣς Μωσῆς διήθλει, τὸν ἀλείπτην ἔχων ἐν ἑαυτῷ λογισμὸν ἀςεῖον ὑφ᾽ ȣ̃ ΓΥΜΝΑΖΟΜΕΝΟΣ ΠΡΟΣ τȣ̀ς ἀρίςȣς βίȣς, τὸν δὲ θεωρητικὸν καὶ πρακτικὸν, ἐπονεῖτο, *exercebat ſe Moſes in virtutis ſtudio ſub ratione magiſtra, parans ſe ad optima vitae genera contemplatiuum et actiuum.*

v. 8. Ἡ δὲ εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐςιν) Philo laudans maiorum gentis Iudaicae pietatem, eam etiam poſteris vſui eſſe affirmat de Creat. Princ. p. 727. B, αἱ τῶν ἀρχηγετῶν τȣ̃ ἔθνȣς περιμάχητοι δικαιοσύναι καὶ ἀρεταὶ — καθάπερ φυτὰ ἀθάνατα διαμένȣσιν ἀειθαλέα καρπὸν φέρȣσαι τοῖς ἀπογόνοις σωτήριον καὶ ΠΡΟΣ ΠΑΝΤΑ ΩΦΕΛΙΜΟΝ. *Inclita iuſtitia et virtus primorum huius gentis — tanquam immortales plantae manent, fructum ferentes etiam poſteris ſalutarem et omnino vtilem.*

v. 15. Ἡ προκοπὴ) Non caret probatorum ſcriptorum exemplo hanc vocem dici de *ſucceſſu, incremento et progreſſu*, quamquam Lucianus Soloec. 33. cum Suida, Phrynicho et Thom. Mag., eam a Graecorum

veterum vſu alienam ſtatuit. Vid. GRAEV. ad Lucianum l. d. Neque Philo terſiſſimae dictionis auctor eam ſic vſurpare dubitauit. 2. Alleg. p. 88. A, μέλλων ὁ Θεὸς δημιȣργεῖν καὶ τὰς σώματος ΠΡΟΚΟΠΑΣ, *Deus cum etiam corporis profectibus proſpicere vellet.* De Temul. p. 251. D, Ἰακὼβ μὲν ȣ̓͂ν μαθήσεως καὶ ΠΡΟΚΟΠΗΣ ὄνομα, *eſt igitur Iacob diſcentis et proficientis nomen.* Quod deus ſit immut. p. 330. C, ὅςις ȣ̓ μόνον τελειότητας, ἀλλὰ καὶ ΠΡΟΚΟΠΑΣ — ἀνήρει, *qui non ſolum perfectiones, verum etiam incrementa — tollebat.* Quod mund. incor. p. 950. D, ἐπὶ τὰς τοιαύτας ἀνωμαλίας ἄνθρωποι κεχωρήκασι — αὐξήσεσι καὶ ΠΡΟΚΟΠΑΙΣ καὶ βελτιώσεσι — εἰωθότες χρῆσθαι, *hominum eſt haec inaequalitas, incrementa et profectus et emendationes recipientium.* De Nom. Mutat. p. 1047. B, δικαιοῖ γὰρ τῶν μὲν φαύλων λέγεσθαι κύριος καὶ δεσπότης· τῶν δὲ ἐν ΠΡΟΚΟΠΑΙΣ καὶ βελτιώσεσι, θεός· *Aequum enim cenſet, vt improborum quidem dicatur Dominus et herus; eorum autem qui in virtute et probitate progreſſus faciunt, deus.*

CAPVT V.

v. 4. Εὐσεβεῖν, καὶ ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις) Philo de eadem re ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ περιέχεσθαι, de Decal. p. 760. B, et τὸ ΕΥΣΕΒΕΙΝ, quod etiam ciconiae tribuit p. 761. B, et ΑΜΟΙΒΑΣ dicit, p. 760. D, cum ſcribit, quaedam parentum beneficia ȣ̓δ᾽ ΑΜΟΙΒΑΣ ἐνδέχονται, *ne compenſari quidem poſſunt.*

v. 6. Ἡ δὲ σπαταλῶσα ζῶσα τέθνηκε) Pro σπαταλᾷν quod verbum dialecti Macedonicae eſſe videtur, apud ſcriptores probatae auctoritatis frequentius eſt σπαθᾷν, ab opere textorio ſumtum, vbi de iis dicitur qui σπάθῃ, *radio*, qua de voce videndus Pollux VII, 36, et SALMASIVS ad Scriptores Hiſt. Aug. p. 344, nimis crebro tramam impellunt, et ita denſant,

denſant, vt multum lanae conſumatur; transfertur ad luxuriam vitae et impenſarum magnitudinem. Ariſtophanes Nub. v. 53.

Οὐ μὴν ἐρῶ γ' ὡς ἀργὸς ἦν, ἀλλ' ἐσπάθα.

Ad quae verba Scholiaſta, Σπαθᾷν δὲ τὸ ἀφειδῶς καταναλίσκειν· καὶ παρὰ τοῖς ῥήτορσιν εἴρηται πολλάκις· οἰκείως δὲ νῦν τῇ λέξει χρῆται ἐπὶ γυναικός· καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ὑφαινομένων ἱματίων, σπαθᾷν τὸ ἄγαν κρούειν τὴν κρόκην. Et v. 55.

Ὦ γύναι, λίαν σπαθᾷς.

Schol. autem Theocriti Idyll. III, 36. verba τύ μοὶ ἐνδιαθρύπτῃ interpretatur σπαταλᾷς, τρυφᾷς. Conf. Alberti Obſſ. ad h. l. Nos vt propoſuimus, huius verbi vim et vſum Philonis auctoritate confirmabimus. De Profug. p. 454. C, ὁ μὲν γὰρ ἢ ἀνελεύθερος καὶ δουλοπρεπὴς — ἀναφανεῖται, ἢ ἔμπαλιν ἄσωτος πεφορημένος, φυλάττειν καὶ ΣΠΑΘΑΝ ἑτοιμότατος, *Nam ille aut illiberalem et ſeruilem ſe praebebit, aut rurſus ad luxuriam pronum, ad ſeruandum et perdendum promtiſſimum.* De Creat. princ. p. 733. A, vbi ſermo de praecepto diuino agrum ſeptimo quoque anno coli vetante, διότι — ταῖς τοῦ θεοῦ δωρεαῖς ὁ κεκτημένος ἐναλύει (legam: ἐναναλύει) καὶ ΕΝΣΠΑΘΑι, *quod muneribus diuinis poſſeſſor illudit et ea in luxuriam vertit.* Alexandrini Amoſ. VI, 4. καὶ κατασπαταλῶντες ἐπὶ ταῖς στρωμναῖς αὐτῶν· Hebr. וּסְרֻחִים a סָרַח, *luxuriauit.* Eiusmodi igitur viduam luxuria diffluentem Paullus ait *ſpiritu viuentem, animo infra mortuos amandatam eſſe,* quomodo Cicero de Clodio dicit ad Quir. p. red. c. 4. Cui ſententiae appoſitiſſima ſunt, quae leguntur apud Philonem de Profug. p. 458. D, ἐδίδαξε γὰρ μὲ [ἡ σκέψις] ὅτι καὶ ΖΩΝΤΕΣ ἔνιοι ΤΕΘΝΗΚΑΣΙ, καὶ ΤΕΘΝΗΚΟΤΕΣ ΖΩΣΙ. τοὺς μὲν γὰρ φαύλους ἄχρι

 γήρως

γήρως ὑςάτȣ παρατείνοντας, νεκρȣ̀ς ἔλεγεν εἶναι, τὸν μετ᾽ ἀρετῆς βίον ἀφῃρημένȣς etc. *docuit enim me* (conſideratio) *viuos quosdam mortuos eſſe, et mortuos, viuos, malos enim, etiamſi ad extremam pertingant ſenectutem, mortuos eſſe dixit, quod virtuti non viuant.* De Somn. p. 1140. D, τὸν δὲ προκόπτοντα πάλιν ἐν τῇ μεταξὺ χώρᾳ ζώντων καὶ τεθνηκότων τάττει· ζῶντας μὲν καλῶν, τȣ̀ς συμβιȣ̃ντας φρονήσει· ΤΕΘΝΗΚΟΤΑΣ δὲ, τȣ̀ς ἀφροσύνῃ χαίροντας, *proficientem porro in intermedia regione viuentium et mortuorum collocat: viuentes quidem appellans, cum prudentia conſuetudinem habentes, mortuos autem inſipientia gaudentes.* add. Quod. det. inſ. pot. p. 164. B. coll. Luc. XV, 24. 32. ibique KYPK.

v. 11. Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτȣ̃) Verbi παραιτεῖσθαι ſignificationem aliquot Philonis loca declarant. Primum denotat, *cauere, fugere.* De Sacr. Ab. et Cain. p. 139. E, πρὸς ȣ̃ν εὐχαριςίαν καὶ τιμὴν τȣ̃ παντοκράτορος εὔζωνοι καὶ εὐτρεπεῖς γινώμεθα μέλλησιν ΠΑΡΑΙΤΟΥΜΕΝΟΙ, *Accingamus igitur et expediamus nos ad agendas omnipotenti gratias reddendumque illi ſine mora honorem debitum.* In Flacc. p. 968. D, vbi eſt, τὸν πλȣ̃ν ΠΑΡΑΙΤΗΣΑΣΘΑΙ. 2) *Deprecari.* Quod det. inſ. pot. p. 162. A, ὃ χάριν τὴν εἰς τὸ πεδίον ἄφιξιν ἐχρῆν ΠΑΡΑΙΤΗΣΑΣΘΑΙ, καὶ τῆς τȣ̃ δυσμενȣ̃ς προκλήσεως ἀλογῆσαι, *ideo debuerat* [Abelus] *deprecari, et prouocationem inimici contemnere.* 1. de Vit. Moſ. p. 615. A, πιςεύων δ᾽ ὅμως ΠΑΡΗΙΤΕΙΤΟ τὴν χειροτονίαν, ἰσχνόφονον καὶ βραδύγλωσσον — εἶναι φάσκων, *quamuis igitur crederet, tamen deprecabatur hoc munus, cauſſatus exilitatem vocis et linguae tarditatem.* In Flacc. p. 969. D, ἐχρῆν ἐκλιπαρήσαντα ΠΑΡΑΙΤΗΣΑΣΘΑΙ τὴν ἐνθάδε ἄφιξιν, *debuerat iſtam profectionem precibus ſummis deprecari.* 3) *Repudiare, recuſare, aſpernari, neglegere.* II. Alleg. p. 87. A, προσιέμενος,

μενος et ΠΑΡΑΙΤΟΥΜΕΝΟΣ opponuntur. Ibidem p. 106. B, χαλεπὸν ἡγεῖται ΠΑΡΑΙΤΗΣΑΣΘΑΙ αὐτὰ, *graue putat diſciplinis per quas virtuti commendatus fuerat, remittere nuncium.* Quod det. inſ. pot. 158. E, ἐάν τινα θεάσῃ — λουτρὰ ἢ ἀλείμματα ΠΑΡΑΙΤΟΥΜΕΝΟΝ, ἢ τῶν περὶ σῶμα σκεπασμάτων ΑΜΕΛΟΥΝΤΑ, *Si videris quendam lauacra vnctionesque recuſantem, aut corporis operimenta neglegentem.* De Fortit. p. 739. D, οὐχ ἅπασαν τὴν νεότητα καλεῖν οἴεται δεῖν, ἀλλ᾽ ἔστιν ἃς ΠΑΡΑΙΤΕΙΤΑΙ. De Spec. Leg. p. 787. D, καὶ μηδ᾽ ἀναδύεσθαι τὴν ἐξουσίαν ἐχέτω, μήτε ΠΑΡΑΙΤΕΙΣΘΑΙ, *nec ei cunctari, tergiuerſariue liceat.* De Praem. et poen. p. 920. A, τρόπον γάρ τινα καὶ ὁ μανθάνων ἀποκηρύττει τὰ τῆς ἀμαθίας ἔκγονα, καὶ ὡς ἐχθρὰ καὶ δυσμενῆ ΠΑΡΑΙΤΕΙΤΑΙ, *nam et quodammodo qui diſcit abdicat ſobolem e ruditate ſuſceptam, et vt infeſtam et inimicam recuſat.* Harum igitur ſignificationum poſterior cum in hoc, tum in ſuperiori loco Cap. IV, 7. obtinet.

Capvt VI.

v. 3. Εἴ τις — μὴ προσέρχεται ὑγιαίνουσι λόγοις) Nonnulli legunt προσέχεται, auctorem ſecuti Bentleivm, in libro qui inſcribitur, la Friponnerie Laique p. 202, inter quos eſt Mangevs in notis ad Philonem, aliique. Verum impedimur quo minus eam coniecturam accipiamus, non ſolum quia vulgata lectio in omnibus libris reperitur, ſed etiam, et vel maxime, quia ſcriptores ſacri, cum volunt iſto verbo vti, ſemper adhibent in Actiua forma non in Media, vnde dicendum erat προσέχει. Et vt id loco verbum conveniat veretur quoque Abresch. Diluc. Thuc. p. 129. Wesselingivs in Epiſt. ad Venemam, *de Reliquiis Aquilae apud Philonem*, memorat, cum Franequerae verſaretur, conuentibusque quorundam eruditorum intereſſet, quaeſtione de hoc Paullino loco habita, iis

qui Bentleianam rationem probare vellent, ad defendendam verbi auctoritatem, oppoſuiſſe ſemet duo Philonis loca, alterum de Agric. p. 205. B, φθάνειν μὲν γὰρ τὰ καλὰ δρῶντα ἀεὶ, τὰ δὲ αἰσχρὰ μέλλειν· καὶ ἔμπαλιν ἐκείνοις μὲν ΠΡΟΣΕΡΧΕΣΘΑΙ, τούτων δὲ ὑστερίζειν καὶ μακρὸν ὅσον ἀπολείπεσθαι, *In honeſtis enim rebus properatione, in turpibus tarditate opus eſt; et rurſus ad illas quidem accedere, ab his relinqui et abeſſe quam longiſſime:* alterum de Migr. Abrah. p. 401. D, μυρίοι γὰρ ἀνόθως καὶ ἀκολακεύτως ΠΡΟΣΕΛΘΟΝΤΕΣ ἀρετῇ, καὶ τὸ γνήσιον αὐτῆς ἐναγασάμενοι κάλλος — ἐπεβουλεύθησαν κακοὶ νομισθέντες, οἱ πρὸς ἀλήθειαν ἀγαθοὶ, *multi enim nec fucati nec ſimulati cultores virtutis, capti eius natiua pulchritudine — petiti ſunt inſidiis pro malis habiti, cum re ipſa boni eſſent.* Quam quidem viri doctiſſimi ſententiam, noſtram facere non dubitamus. Quid? προσελθεῖν τινὶ γνώμῃ eſt de Gig. p. 289. A, μαθέτωσαν δὴ πάντες οὗτοι μηδενὶ ΠΡΟΣΕΡΧΕΣΘΑΙ γνώμῃ τῶν εἰρημένων· τοῦτο δ᾽ ἐστι μὴ θαυμάζειν αὐτὰ, *Omnes iſti diſcant non eſſe accedendum mente ad quidquam talium* ſc. *ad res externas pertinentium, hoc eſt, non eſſe admiranda* etc. Item 3. Vit. Moſ. p. 671. E, ἐγγυτέρω τις ἀληθείας ΠΡΟΣΕΡΧΟΜΕΝΟΣ εἴποι, *Propius quis ad veritatem accedens dicat.* Philo notante ABRESCHIO Lect. Ariſtaenet. p. 344. ἐξώροις γενομέναις οὐδεὶς ἔτι ΠΡΟΣΕΡΧΕΤΑΙ, *deſtitutas pulchritudine adire nemo vult amplius.* Sed legitur πρόσεισιν in noſtro exemplo iſto in loco de Merc. Mer. non rec. init. p. 861. A. Eſt etiam προσέρχεσθαι πρός τινα, *ſe erga aliquem gerere, praebere,* apud Demoſthenem in Timocr. p. 484. C. Sic προσελθεῖν τινὶ ταῖς διανοίαις occurrit 3. de Vit. Moſ. p. 694. B, μιᾶς δὲ φυλῆς ΠΡΟΣΕΛΘΟΥΣΗΣ οὐχ ἧττον ταῖς ΔΙΑΝΟΙΑΙΣ ἢ τοῖς σώμασιν, *vna tribu ſe adiungente non minus animo, quam corpore.* Cicero in Sull. c. 11.

adeſtote

adeſtote omnes animis, qui adeſtis corporibus — erigite mentes aureſque veſtras. Quodſi quis forte exiſtimat ad hunc locum interpretandum plus prodeſſe verſionis Alexandrinae opem, in qua pro Hebraico קרב Pſ. LXXII, 27. reperitur προσκολλᾶσθαι, et Pſ. LXVIII, 19. προσέχειν, quod vera notio ſit non tam *accedere*, quam *adhaerere* eamque a Vulgato bene expreſſam eſſe putet verbo *Adquieſcit;* Lucas denique Actor. X, 28. ad eandem rationem habeat, Ἀθέμιτόν ἐστιν ἀνδρὶ Ἰουδαίῳ κολλᾶσθαι ἢ προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ: eius quidem iudicio admodum fauemus, ſed concedi nobis viciſſim ſperamus, commemoratis Philonis exemplis eandem illam conſectationis et obſeruantiae notionem ineſſe. Hoc ſenſu *cuſtodem* et *ſatellitem virtutis* dixit Horatius Epiſt. I, 1, 17.

Virtutis verae cuſtos, rigidusque ſatelles.

Caeterum in eadem dicitur ſignificatione verbum περιέχεσθαι apud Philon. de Vit. Contempl. init. ἀλλ' ἀτεχνῶς αὐτῆς ΠΕΡΙΕΧΟΜΕΝΟΣ τῆς ἀληθείας, *ſed ſimpliciſſime veritatem ſectando.* De Vict. off. p. 855. C, τῶν — ὀλιγωρίας ἀξίων ΠΕΡΙΕΧΟΜΕΘΑ, *quae contemtum merentur, amplecti ſolemus.* Ὑγιαίνοντας λόγους appellat Apoſtolus, doctrinam de Chriſto, hoc eſt, veram, certam et nullo mendacio admixtam de Seruatore noſtro ſententiam, quemadmodum nomen ὑγιὴς ſaepius de rebus probatae certitudinis et fidei occurrit apud Philonem. 2. Alleg. p. 66. E, ἐὰν γάρ τις τὸν ἐσῶτα καὶ ΥΓΙΗ καὶ ὀρθὸν διακόψῃ καὶ διέλῃ λόγον ὃς θεῷ μόνῳ τὰ πάντα δύνασθαι μαρτυρεῖ — κλέπτης ἐστὶ, τὰ ἀλλότρια ἀφαιρούμενος, *Nam ſi quis incolumem ſanam rectamque rationem pertundat dirumpatque, quae atteſtatur Dei omnipotentiae — fur eſt, res alienas furtim ſubtrahens.* Eod. libro p. 104. B, ὁ διαφθείρων τὸν ΥΓΙΗ κανόνα τῆς ἀληθείας, *corrumpens*

pens rectam veritatis regulam. De Cher. p. 110. C, ἡ μὲν τῆς παρακαταθήκης ἀπόδοσις ὅταν μὴ ἀπὸ γνώμης ΥΓΙΟΥΣ γένηται, ἀλλ᾽ ἢ ἐπὶ βλάβῃ τοῦ λαμβάνοντος, ἢ ἐπ᾽ ἐνέδρᾳ τῆς περὶ μείζονα πίστιν ἀρνήσεως, καθῆκον ἔργον οὐ δεόντως ἐπιτελεῖται, *cum depoſitum redditur non bono animo, ſed aut in detrimentum accipientis, aut inſidioſe, vt comparata ſemel fide occaſio captetur abnegandi maius depoſitum; tunc officium non officioſe fit.* Mox p. 129. C, Φιλαλήθων ἥδε διάκρισις ἐπιστήμης ΑΛΗΘΟΥΣ καὶ ΥΓΙΟΥΣ ἐφιεμένων, *Sic decernunt amatores veritatis et ſtudioſi verae ſanaeque ſcientiae.* De Plant. Noë p. 236. C, τοὺς μὲν γὰρ ΛΟΓΟΥΣ ΥΓΙΑΙΝΟΝΤΑΣ καὶ ἐῤῥωμένους εἰς πάθος ἀνήκεστον καὶ φθορὰν περιήγαγον, *Nam et ſermones ſanos validosque ad morbum pernicioſum reduxerunt.* Add. GATAKERVS ad Marc. Antonin. VIII, 30. p. 248.

v. 4. Τετύφωται) Τυφοῦσθαι eſt *inſcitia premi*, vt caligine. Τύφος ἐγχώριος tribuitur Aegyptiis, *inſcitia, ſtupor* in religione de Decal. p. 755. E.

Ὑπόνοιαι πονηραί) Intelleguntur ſuſpiciones, variarum criminationum cauſſae. Sic Philo Leg. ad Cai. p. 997. C, Macronem ait exemiſſe Tiberio ſuſpiciones de Claudio ſuſceptas, ἐθεράπευε τὰς ΥΠΟΝΟΙΑΣ τοῦ Τιβερίου. Et mox: ἱκανὸς ἦν ἐν τοῖς εἰς Γαΐον ἐπαίνοις, εἰ δεῖ καλεῖν ἀξίας ἐπαίνου τὰς ἀπολογίας αἳ πρὸς τὰς ἐξ ΥΠΟΝΟΙΩΝ αἰτίας καὶ κατηγορίας ἀδήλους καὶ ἀσαφεῖς ἐγίνοντο· *Erat laudator Caii maximus, ſi laus vocanda eſt defenſio contra accuſationes criminationesque obſcuras et incertas e ſuſpicionibus ortas.*

v. 7. Οὐδὲν γὰρ εἰσενέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον) Sic prorſus ſcribit Philo de Vict. off. p. 852. C, εἰ δ᾽ ὁ τῶν ὅλων κτίστης — μεταδίδωσι τῆς ἵλεω δυνάμεως αὐτοῦ — εἰς τί ποιεῖν ἁρμόττει πρὸς ἀνθρώπους τοὺς φύσει συγγενεῖς

γενεῖς καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ςοιχείων σπαρέντας, τὸν ΜΗΔΕΝ ΕΙΣ ΚΟΣΜΟΝ ἀλλὰ μηδὲ σαυτὸν ΕΙΣΕΝΗΝΟΧΟΤΑ. γυμνὸς μὲν γὰρ θαυμάσιε ἦλθες, γυμνὸς πάλιν ἄπιῃς, τὸν μεταξὺ χρόνον γενέσεως καὶ θανάτȣ παρὰ τȣ̃ θεȣ̃ χρῆσιν λαβὼν, ἐν ᾧ τί ποιεῖν προσῆκον ἦν ἢ κοινωνίας καὶ ὁμονοίας, ἰσότητός τε καὶ φιλανθρωπίας καὶ τῆς ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι — *Enim vero cum ille rerum conditor — benignam ſuam vim impertiatur — tibi quid agendum cenſes erga homines natura coniunctos et ex iisdem elementis prognatos, cum nihil in hunc mundum, ne te ipſum quidem intuleris. Nudus enim veniſti, vir egregie, nudus abibis itidem, cum temporis quod intercedit natiuitatem et obitum, a deo vſuram acceperis. In quo quid magis conuenit facere, quam ſocietatis, concordiae, iuris exaequandi, humanitatis, virtutisque ſtudio operam dare.* Conf. v. 18.

v. 8. Σκεπάσματα) *Veſtes*, ſic vtitur hac voce Philo Qu. det. inſ. pot. p. 159. A, *vbi videris quendam* τῶν περὶ σῶμα ΣΚΕΠΑΣΜΑΤΩΝ ἀμελȣ̃ντα, *operimenta corporis negligentem.* Add. de praem. et poen. p. 925. D. Sic ἄρτον καὶ ἱμάτιον τὸν φύσεως πλȣ̃τον appellat de Somn. p. 584. E. 2) *Domus, tectum.* De Migr. Abr. p. 421. E, σκεπάσματα permutantur cum οἰκίαις.

v. 10. Ἑαυτȣ̀ς περιέπειραν ὀδύναις πολλαῖς) Περιπείρειν ἑαυτὸν ὀδύναις, *Transfigere ſemet doloribus.* Forma dicendi eſt valde efficax. Similiter Philo in Flacc. init. p. 965. A, Φλάκκος Ἀουίλλιος — σύμπαν μὲν ἀδικῆσαι τὸ ἔθνος — ȣ̓ δυνηθεὶς — ἐφ᾽ ὅσȣς δ᾽ ἔφθανεν ἀθρόȣς ἀνηκέςοις ΠΕΡΙΕΠΕΙΡΕ κακοῖς, *Flaccus Auillius — cum infeſtare totam gentem — non valuiſſet — ad quoscunque venit ſimul omnes malis affecit inſanabilibus.*

v. 12. Ἀγωνίζȣ τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίϛεως) Haec forma exſtat apud Philonem de Leg. ad Cai. p. 1040. C, ἄξιον δὲ ἐπιμνησθῆναι καὶ ὧν εἴδομέν τε, καὶ ἠκȣ́σαμεν, μεταπεμφθέντες ΑΓΩΝΙΣΑΣΘΑΙ ΤΟΝ ΠΕΡΙ τῆς πολιτείας ΑΓΩΝΑ, *Libet commemorare hic et illa, quae vidimus audiuimusque, quando ad reipublicae noſtrae CAVSSAM AGENDAM acciti fuimus.*

v. 15. Ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων) Philo de Decal. p. 749. E, his deum nominibus celebrat: ὁ ἀγένητος καὶ ἄφθαρτος, καὶ ἀΐδιος, καὶ ȣ̓δενὸς ἐπιδεὴς καὶ ποιητὴς τῶν ὅλων καὶ εὐεργέτης, καὶ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, καὶ θεὸς θεῶν.

v. 18. Κοινωνικȣ̀ς) Κοινωνικὸς Graecis eſt, quem Latini *communem* dicunt, de qua voce videndi quos laudat OVDENDORPIVS ad Suetonii Claud. c. 21. Sic occurrit apud Philon. Leg. ad Cai. p. 1001. C, ὁ πρὸ μικρȣ̃ ἴσος καὶ ΚΟΙΝΩΝΙΚΟΣ εἶναι νομισθεὶς Γάϊος, *qui paullo ante ciuilis et communis eſſe putabatur Caius.* Cui opponitur ἀκοινώνητος in ſequentibus, et de Merc. mer. non rec. p. 864. C, ἄνισος, ἀκοινώνητος, *nefarius, ſibi viuens.* Sic τὸ τῆς φύσεως ἄμικτον καὶ ἀκοινώνητον, *ingenium ad ciuilem conſuetudinem ineptum* in Leg. ad Cai. p. 997. B. eadem verba coniunguntur de Creat. Princ. p. 731. A.

v. 20. Τὴν παρακαταθήκην φύλαξον) Conuenit inter antiquos grammaticos παρακαταθήκην ab Atticis vocari, quam reliqui Graeci παραθήκην nominent. Vid. WETSTENIVS ad h. l. et alii. Quemadmodum autem non in propria, qua in ſenſu iuris *depoſitum* denotat, ſed translata ſignificatione, de munere Euangelicae doctrinae tradendae, quod Timotheo tuendum ornandumque erat commiſſum, in hoc loco dicitur, ita apud Philonem aliquot cum propriae, tum translatae notionis exempla reperiuntur. De Sacr. Ab.

et

et Ca. p. 139. C, θείων ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗΝ ὀργίων ὀ παντός ἐςι ΔΙΑΦΥΛΑΞΑΙ, *diuinorum myſteriorum depoſitum ſeruare non cuiusuis eſt.* De Temul. p. 271. C, τί γὰρ τῷ σοφίας ἀγόνῳ λόγων ἀκροάσεως ἱερῶν ὄφελος, ἐκλετμημένῳ πίςιν καὶ ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗΝ βιωφελεςάτην δογμάτων ΦΥΛΑΞΑΙ μὴ δυναμένῳ, *Quid enim ei qui ſapientiam non poſſit gignere, profuerint ſacrae conciones auditae, cui fides exſecta eſt, nec poteſt depoſitum utiliſſimorum vitae dogmatum ſeruare.* Ibidemque aliquoties. In libro de Iud. p. 721. B, legitur de officio iudicis, qui dicitur ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗΝ εἰληφὼς τὴν πάντων τῶν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον ἀρίςην, *accepiſſe depoſitum omnium in vita humana optimum.* Et in Flacc. p. 984. D, ſimiliter: ὁ δὲ ΦΥΛΑΤΤΕΙΝ ἐπιτραπεὶς τὴν ἀναγκαιοτάτην ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗΝ τὰ δίκαια, καὶ τὰς ἐπ' αὐτοῖς ὁσιωτάτας γνώμας, ἐνεπορεύετο τὴν λήθην τῶν δικαςῶν, τὸς μὲν νικᾷν ὀφείλοντας γράφων ἐν ἡτ]ημένοις, μετὰ τὸν ἐπάρατον μισθὸν, ἢ κυριώτερον εἰπεῖν τὸ μίσθωμα, ἐν νενικηκόσιν, *Iſte vero, cui concredita eſſet cuſtodia grauiſſimi depoſiti, iuris et decretorum eius ſanctiſſimorum, venalem habebat obliuionem iudicum, parti, quae viciſſe debuerat adſcribens litem perditam, et qui iure ſuccumbere, accepta deteſtanda mercede, vel potius pretio, iis qui viciſſent.* Qui locus vel inprimis huc pertinet. Fons autem, e quo Philo hanc ſignificationem receperit, videtur eſſe apud Demoſthenem Mid. p. 123. ed. Tayl. τῦτο γάρ ἐσθ' ὃ φυλάτ]ειν ὑμᾶς δεῖ, τὸς νόμυς, τὸν ὅρκον· ταῦτ' ἔχεθ' ὑμεῖς οἱ δικάζοντες ἀεὶ παρὰ τῶν ἄλλων, ὥσπερεὶ ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗΝ, ἣν ἅπασιν ὅσοι μετὰ τῦ δικαίυ πρὸς ὑμᾶς ἔρχονται, σῶαν ὑπάρχειν δεῖ, *Nam hoc illud eſt, quod vos cuſtodire oportet, leges, iusiurandum, haec habetis vos iudices ſemper ab aliis tanquam depoſitum, quod iis omnibus qui iuſtitia freti ad vos veniunt, ſartum tectum praeſtandum eſt.*

'Αντι-

'Αντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως) Ψευδώνυμος *mentiens nomen alicuius*, eſt igitur, falſa, opinata ſcientia. HAMMONDVS et GROTIVS accipiunt de Gnoſticorum placitis, quorum in ſententiam inquirere iam non eſt nec otii, nec propoſiti noſtri, praeſertim cum in hoc genere aliorum diligentia elaborarit. Illius tamen, quam diximus ſignificationis, quaedam e Philone exempla poſuimus. Sic de Sacr. Abel. et Ca. p. 141. D, *μεθέμενοι τὴν ἀπὸ γενέσεως τῆς παθητῆς* ΨΕΥΔΩΝΥΜΟΝ *ὀφέλειαν*, *omiſſis quae a patibili creatura petuntur falſi nominis auxiliis.* De Temul. p. 246. D, *Θεοῖς ἐν τοῖς ψευδωνύμοις οὐκ ἂν πιϛὸν ἀληθῆ θεὸν συγκρίνειν ὑπέμεινεν*, *cum falſo nominatis Diis nunquam verum certumque comparare ſuſtinuiſſet.* De Conf. ling. p. 341. A, *αἰτίας τῆς τῶν ὄντων ὑποθέμενοι γενέσεως*, ΨΕΥΔΩΝΥΜΟΥΣ *πάσας*, *principia cauſſasque rerum creatarum ſupponunt, falſo quae dicuntur omnes.* Sic *νόθους καὶ* ΨΕΥΔΩΝΥΜΟΥΣ *ἀρχὰς*, adulterinos et falſo dictos principatus, coniungit in eod. libro p. 353. B.

IN
POSTERIOREM EPISTOLAM
AD TIMOTHEVM.

Capvt I.

v. 5.

Τῇ μάμμῃ σου) Vocem μάμμη tanquam minus probam repudiat Thomas Mag. cum caeteris, aſſerto bonis auctoribus vocabulo τίτθης. Sed legitur quoque apud Philonem de Spec. legg. p. 778. C, καὶ τὴν μὲν ὧν ἔτεκε ΜΗΤΕΡΑ τὲ καὶ ΜΑΜΜΗΝ, *hauc prolis ſuae matrem ſimul eſſe ac auiam*, quem ipſum locum laudat sallierivs ad Tho. Mag. p. 847.

v. 6. Ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ θεοῦ) Ἀναζωπυρεῖν proprie *ignem ſopitum ſpiritu, flabello, aut folliculo ſuſcitare*. Cuius ſignificationis exemplum habemus apud Philon. in verbo ſimplici ζωπυρεῖν, de Migr. Abr. p. 407. A, σπινθὴρ γὰρ ὁ βραχύτατος ἐντυφόμενος, ὅταν καταπνευσθεὶς ΖΩΠΥΡΗΘΗι, μεγάλην ἐξάπτει πυράν. *Scintilla enim vel exigua fumigans ſi afflata fuerit, magnum rogum incendit.* Quod omn. prob. lib. p. 876. A, ἣν (σοφίαν) δυνατὸν ἦν ἐμφυσήσαντα καθάπερ ἐν ὕλῃ σπινθῆρα τυφόμενον ΖΩΠΥΡΗΣΑΙ, *quam, (ſapientiam) poteramus ceu ſcintillam in fomite fumante redaccendere.* De Somn. p. 1134. A, οἱ δὲ λειτουργοὶ θεοῦ τὴν οὐρανίαν φλόγα ΑΝΑΚΑΙΕΙΝ καὶ ΖΩΠΥΡΕΙΝ ἐπειγόμενοι, *miniſtri Dei coeleſtem flammam accendere et ſuſcitare ſolliciti.* Metaphorice, *vires valitudine collapſas recreare*, atque adeo *vitam reddere*, nec non, *graui quadam perturbatione commoto vehementius*,

tius, *animum addere.* Quod det. inſ. pot. p. 169. A, ὃ μὴν ἔτι γε ἐν ταῖς ὑμετέραις ψυχαῖς τέθνηκε τὰ καλὰ ΖΩΠΥΡΗΘΕΝΤΩΝ κακῶν, *annon in veſtris animis omne bonum emortuum eſt*, *vigentibus vitiis.* Ibid. p. 172. D, ὅταν ἐν ἡμῖν ΖΩΠΥΡΗΤΑΙ Φαραὼ καὶ ὑγιαίνειν δοκεῖ, *quando in nobis vigeſcit Pharao et ſanus videtur.* De Migr. Abr. p. 407. A, πεπλωκότα ἐγείρειν καὶ τεθνηκότα ΖΩΠΥΡΕΙΝ, *collapſa erigere et emortua reſuſcitare.* Leg. ad Cai. p. 1037. B, τὸν — τεθνεῶτα δέει ΖΩΠΥΡΗΣΑΣ, καθάπερ ἐκ παλιγγενεσίας ἀνήγειρας, *metu paene mortuum reſuſcitando ceu redintuum excitaſti.* De Somn. p. 1149. A, ἐὰν οὖν τὸ παλμῶδες καὶ παφλάζων τοῦ νοσήματος ἄρξηται χαλᾶν, τὰ τῆς ὑγείας ἐμπυρεύματα κατ' ὀλίγον ΕΚΖΩΠΥΡΟΥΜΕΝΑ κ. τ. λ. *Si igitur tremulum et aeſtuans morbi*, *remittere coeperit*, *paullatim excitata ſanitatis fomenta* etc. Hinc augeri copiae Theſauri Stephaniani poſſunt, qui ipſius verbi ζωπυρεῖν, quod tamen apud veteres Atticos obtinuiſſe ſatis exploratum habemus, nulla exempla refert. Denique omnino ſignificat *aliquid excitare quouis modo*, *alere et fouere.* Sic noſter de Conf. Ling. p. 352. E, τὰς δ' ἀρετὰς ΖΩΠΥΡΟΥΣΙΝ διά τε ποιημάτων, καὶ τῶν καταλογάδην συγγραμμάτων, οἷς ἡ ψυχὴ πέφυκε βελτιοῦσθαι, *prodita memoriae ſcripta*, *virtutem excitant*, *tum poematis*, *tum proſa oratione confecta*, *quibus animus ſolet emendari.* De Migrat. Abrah. p. 398. A, βουληθέντες ὅλον τὸ τῆς ψυχῆς ἄλογον ΕΚΖΩΠΥΡΗΣΑΙ μέρος, τὸν δὲ νοῦν διαφθεῖραι, *cum voluiſſent brutas animi partes confirmare*, *mentem autem corrumpere.* De Ioſeph. p. 527. B, τὸ δὲ μῖσος ἔτι μᾶλλον ΕΖΩΠΥΡΕΙΤΟ, *odium magis accendebatur.* Ibid. p. 532. E, de femina Ioſephi amorem ſollicitante: ΖΩΠΥΡΟΥΣΑ καὶ ἀναφλέγουσα τὴν ἔκνομον ἐπιθυμίαν, *excitans et inflammans inceſtam cupiditatem.* 1. de Vit. Moſ. p. 640. B, πατρικὴν

πατρικὴν ἔχθραν ΖΩΠΥΡΟΥΣΑ, *paterna renouans odia.* Ibid. p. 650. A, ὅσον ἐν ταῖς ψυχαῖς προϋπῆρχε, γενναιότητος ΖΩΠΥΡΗΣΑΝΤΕΣ, *quantum animis inerat ingenuitatis, excitantes.* Leg. ad Cai. p. 1038. E, τὴν πρὸ μικρῦ ΖΩΠΥΡΩΝ ἐπιθυμίαν, *reſuſcitans priſtinam concupiſcentiam.* De Nom. Mut. p. 1077. C, ἵνα τὸ θεῖον ἄκυσμα ἐπὶ ψυχῇ διαιωνίζων, ἐγείρῃ τε αὐτὸν καὶ ΖΩΠΥΡΗι, *vt diuina auditio in animo perpetuo conſeruata ipſum excitaret ac refocillaret.* Sed ſatis ſit exemplorum. Pro ζωπυρεῖν dicitur etiam ὑποτυφεῖν in libro quis rer. diu. her. p. 486. C, de Septen. p. 1175. D. Nam ζώπυρον *ſcintilla*, deinde *ſemina, fomenta alicuius rei.* 1. de Vit. Moſ. p. 631. C, διὰ τὸ μηδ᾽ ἴχνος ἢ ΖΩΠΥΡΟΝ τῆς — κακίας — ὑπολελεῖφθαι, *vt nullum veſtigium aut fomes priſtini vitii relictum ſit.* Loquitur de aquis Moſis opera dulcedini redditis. Sic τὰ ΖΩΠΥΡΑ τῆς σωτηρίας, in Flacc. p. 966. E, vbi eodem ſenſu mox dicuntur ἐλπίδες. Conf. Rvhnkenivs ad Tim. Lex. Plat. p. 94. Alias dicuntur ὑπεκκαύματα. Qu. rer. diu. her. p. 524. E, ἵνα ὁ νῦς — ἔνθερμος ὢν καὶ ἀλεαινόμενος ΥΠΕΚΚΑΥΜΑΣΙΝ ἀρετῆς ΖΩΠΥΡΗΤΑΙ, *vt mens tepida et calefacta igniculis virtutis, vigeat.* Porro ἐμπυρεύματα, et ζωπυρήματα, de Sept. p. 1175. C, 1179. C. Ex quibus omnibus pateſcit, quae vis huius verbi ſit apud Paullum; nimirum adhortatur Timotheum, vt acceptum donum miniſterii ſacri confirmet, alat et conſeruet, precibus et vitae vſu, ne ipſi fruſtra datum ab eccleſia videatur. Inter gloſſemata N. F. reperitur: Ἀναζωπυρεῖν· ἀναφλέγειν, ἀνακλᾶσθαι, vbi vid. Albertvs ad Gloſſar. Graec. in N. F. libros p. 163. Add. Wetstenivs ad h. l., Sallier. et Pierson. ad Moerid. p. 170.

v. 12. Πέπεισμαι ὅτι δυνατός ἐςι τὴν παραθήκην μυ φυλάξαι) Krebsivs V. C. commemoratis diuerſis doctorum de hoc loco ſententiis, ſuffragium ſuum tribuit

tribuit ei, quae παραθήκην h. l. *animam* ſ. *vitam* ſignificare ſtatuat; quod vt confirmet, inter Flauianae orationis exempla, tandem etiam Philonis loco vtitur, qui reperitur in lib. quis rer. diu. h. p. 499. A, τȣ̃τ' ἔπαινός ἐςι τȣ̃ σπȣδαίȣ, τὴν ἱερὰν ὧν ἔλαβε ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗΝ ψυχῆς — μὴ ἑαυτῷ, μόνῳ δὲ τῷ πεπιςευκότι, φυλάξαντος, *Haec laus eſt probi hominis ſacrum depoſitum animae, non ſibi ſeruantis, ſed ei qui depoſuit.* Sed, vt ingenue fatear, perſuadere mihi non potui, eam rationem tanquam veram et certam eſſe arripiendam. Qualis quaeſo ſententia, *perſuaſum mihi habeo eum mihi poſſe animam, vitam conſeruare ad finem vsque vitae.* Nam ἐκείνην τὴν ἡμέραν eſſe diem emortualem etiam e vſ. 18. cognoſcitur. Quapropter ſentiam cum iis, qui *munus Apoſtolicum* intelligant, quod in periculis et afflictionibus vel grauiſſimis ſe retenturum eſſe confidit. Cuius interpretationis auctor eſt ſatis antiquus Cyrillus Hieroſ. Cathech. p. 258. ed. Preuot.

CAPVT II.

v. 3. Κακοπάθησον ὡς καλὸς ςρατιώτης Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃) Verbo κακοπαθεῖν exquiſite vtitur Apoſtolus, cum dicatur ſaepius de tolerantia in laboribus athletarum, vel bellicis, qui et ipſi κακοπάθειαι dicuntur. Sic apud Philonem de Ioſ. p. 558. C, in allocutione fratrum πατὴρ μὲν ἐςι πρεσβύτης, ȣ̓ χρόνῳ μᾶλλον γεγηρακὼς ἢ ταῖς ἐπαλλήλοις δυςυχίαις, ὑφ' ὧν ΓΥΜΝΑΖΟΜΕΝΟΣ ΑΘΛΗΤΟΥ τρόπον, ἐν πόνοις καὶ δυσκαρτερήτοις ΚΑΚΟΠΑΘΕΙΑΙΣ διετέλεσεν, *Pater conſenuit non tam aetate grauatus quam multis aerumnis, quibus ATHLETARVM more EXERCITATVS vitam in laboribus perpetuis MISERIISQVE exegit.* Eod. libro p. 530. B, ipſe de ſe Iacobus γεγύμνασμαι πολλαῖς ΚΑΚΟΠΑΘΕΙΑΙΣ. Sic dicitur etiam ταλαιπωρεῖν.

v. 16. Τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας περιΐστασο) Ad confirmandam verbi περιΐσταμαι, pro *vito*, *deuito*, vt Vulgatus reddit probante DORVILLIO, ſignificationem, quam viri docti ex aliis ſcriptoribus illuſtrarunt, vid. WOLFIVS in Curis et DRESIGIVS de Verb. Med. N. F. I, 105, adiungamus Philonem, cuius de Temul. p. 270. B, haec habentur: εἰς τὰ ἐναντία ὧν ὑπετόπησέ τις εἰωθότων ΠΕΡΙΙΣΤΑΣΘΑΙ τῶν πραγμάτων ἀσφαλέστατον τὸ ἐπέχειν, *Cum in contrariam quam quis putauerat cedere* l. *confugere ſoleant res, nihil tutius fuerit quam aſſenſum retinere.* De Somn. p. 568. B, ἀὴρ ὁλκὸν ἔχει φύσιν, εἴκων καὶ ΑΝΤΙΠΕΡΙΙΣΤΑΜΕΝΟΣ τοῖς σώμασιν· *aer naturam tractilem habet, cedens et abſiſtens corporibus.* Comparandus omnino DORVILLIVS ad Charito. I, 13. p. 136.

v. 22. Νεωτερικὰς ἐπιθυμίας) Non tam intelleguntur *iuueniles cupiditates*, quam *fortes*, *acres*, *vehementes*, quia tales eſſe ſolent iuuenum, quam notionem illuſtrat REINESIVS Epiſt. ad BOSIVM p. 275. ſimulque obſeruat, Iſocrati νεώτερα λέγειν eſſe *audacius dicere*, quo ex fonte hauſit Philo, quum lib. quod omn. prob. lib. p. 871. D, habet: ΝΕΑΝΙΚΩΤΕΡΟΝ δ' ὁ τῶν Ἰουδαίων νομοθέτης προσυπερβάλλων — τὸν ἔρωτι θείῳ κατεσχημένον — οὐκ ἔτ' ἄνθρωπον ἀπετόλμησεν εἰπεῖν, *vehementius inſurgens Iudaeorum legislator, eum qui diuino amore teneatur — non amplius hominem auſus eſt dicere.* Et p. 873. A, ὁ δὲ Ζήνων, εἰ καί τις ἄλλος ὑπ' ἀρετῆς ἀπαχθεὶς, ΝΕΑΝΙΚΩΤΕΡΟΝ ἀποδείκνυσι περὶ τοῦ μὴ εἶναι τοῖς φαύλοις ἰσηγορίαν πρὸς ἀστείους, *Zeno quoque, ſi quis alius eorum qui virtutis amore correpti ſunt FORTITER pronuntiat, non oportere malos cum probis viris contendere.* Νεανικαὶ ἡδοναί, Max. Tyr. Diſſ. I, 5. Conf. BARTH. ad Zachar. p. 314. Cel. FISCHER. in Ind. et Proluſſ. Palaephateis. Sicut νεανιεύεσθαι eſt *audacem ſe*, *ſtrenuum*-

que gerere, eodem Philonis libro p. 868. E. Suidas etiam νεανικὸν interpretatur μέγα.

v. 26. Καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος) Νήφειν, vulgo, *ad ſobrietatem redire.* Sic Philo de Somn. p. 1148. B, ἐὰν μὲν ὥσπερ ἐκ μέθης ΝΗΨΑΝΤΕΣ ἐν ἑαυτοῖς γένωνται κ. τ. λ. *Si tanquam ex ebrietate ſobrii ad ſeipſos redeant* etc. Deinde vero, *ſe recipere, colligere* ex quacunque demum perturbatione; ſic legitur de Agrippa rege, poſtulato Caligulae, vt ſimulacrum ſuum tanquam dei in templum Hieroſolymitanum reciperetur, grauiter percuſſo, tandem vero e deliquio animi ſe recipiente, Leg. ad Cai. p. 1030. E, ὁ δὲ ΝΗΦΕΙΝ γὰρ ἤρχετο, καθεώρα τὸ περὶ ἑκάστῳ συμπαθὲς, *tum vero, namque reſipiſcere incipiebat, ſingulos condolere conſpexit.* 3. Alleg. p. 1098. A, διὸ καὶ ΑΝΑΝΗΦΕΙ, [ὁ σοφὸς] τοῦτο δ' ἐστὶ μετανοεῖ, καὶ ὥσπερ ἐκ νόσου ἀναλαμβάνει. *Ideo etiam ad ſobrietatem redit; hoc eſt reſipiſcit et tanquam ex morbo reficitur.* Perſpicuus etiam eſt ad hanc verbi ſignificationem illuſtrandam locus Ioſephi Ant. I. VI, 11. vlt. Et Habac. II, 7. ἐκνήψουσιν permutatur cum ἀναστήσονται et cum ἐγείρεσθαι v. 19. in Alexandrina verſione.

Caput III.

v. 4. Τετυφωμένοι) Verbi τυφοῦσθαι, *occoecari*, etſi iam ſupra aliquot e Philone exempla poſuimus, tamen iis hac occaſione adiungere quaedam non poenitet. Igitur quemadmodum τύφος, *fumus* cum ſumma petit, tum obſcuritatem oculis et caligines obducit, ita ſuperbia alta cogitat et animum coecitate et ſtupore implet. Philo Leg. ad Cai. p. 1015. C, ὁ δὲ Γάϊος ἑαυτὸν ΕΤΕΤΥΦΩΣΕΝ, οὐ λέγων μόνον ἀλλὰ καὶ οἰόμενος εἶναι Θεός, *Caius autem ſic occoecatus eſt, vt ſe deum non iactaret tantum, ſed et crederet.* De Somn. p. 1116. E, τῷ ἀληθεῖ καὶ ΑΤΥΦΩι βίῳ παρανέβλαψεν ὁ κατεψευσμένος καὶ

ΤΕΤΥ-

ΤΕΤΥΦΩΜΕΝΟΣ, *verae et ſine faſtu vitae, plurimum nocumenti attulit, ementita et faſtuoſa*, vel, *ſtolida.* Etymol. M. τετύφωμαι ἀντὶ τῦ ἐμβεβρόντημαι, ἔξω τῶν φρενῶν γέγονα — καὶ τετυφῶσθαι τὸ μεμηνέναι, τὰ γὰρ Τυφώνια πνεύματα μανίαν ἐμποιεῖ πεσόντα. Τετυφωμένως *ſtulte*, *ſtolide* ap. Demoſth. Ind. REISK. Conf. τυφῦν.

Φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι) Eadem Paronomaſia vtitur Philo de Agric. p. 200. B, ἀλλὰ γὰρ ἐκ ἔςι νῦν ὁ λόγος αὐτῷ περὶ δυνάμεως ἱππικῆς — ἀλλὰ περὶ τῆς κατὰ ψυχὴν ἀλόγε — φορᾶς, ἣν ἐπιςομίζειν λυσιτελὲς, μόποτε τὸν λαὸν αὐτῆς ἅπαντα εἰς Αἴγυπτον τὴν τῦ σώματος χώραν ἀποςρέψῃ, καὶ ΦΙΛΗΔΟΝΟΝ καὶ φιλοπαθῆ μᾶλλον, ἢ φιλάρετον καὶ ΦΙΛΟΘΕΟΝ — ἐργάσηται, *Sed nunc non facit ſermonem de equitatu, ſed de eo qui animo ineſt bruto impetu, quem refrenare vtilius fuerit, ne quando populum ſuum vniuerſum in Aegyptum corporis regionem auertat, et voluptatum affectuumque magis, quam virtutum Deique amatorem reddat.*

v. 5. Ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας) In his interpretandis viri docti in diuerſa abeunt. Mihi maxime probanda eorum ſententia videtur, qui *ſimulatores probitatis* intellegunt, cultu, habitu, vultu, voce eam praeferentes, cum animum teneant verae pietatis expertem. Sic μόρφωσιν ἔχειν τινὸς idem erit quod ἐπιμορφάζειν τὶ locutione apud Philonem frequentiſſima et Lexicis inferenda, ſiquidem verbum ipſum in Theſauro STEPHANI plane omiſſum eſt. v. Alleg. leg. 2. p. 69. D.

v. 6. Ἀγόμενα ἐπιθυμίαις ποικίλαις) Ἄγεσθαι reſpondet Latinorum, *duci*, *trahi* aliqua re, h. e. *delectari*, *gaudere*, *moueri*, *falli*, vt hoc loco apud Paullum ita apud Philonem. Quod det. inſ. pot. p. 186. D, πόσην γὰρ ὑπολαμβάνομεν πληθὺν καθ᾽ ἑκάςην ἡμέραν ὑπ᾽ ὀφθαλμῶν προδίδοσθαι — πόσην δὲ πρὸς τῆς

ὀσφρήσεως καὶ γεύσεως ὀργάνων, ὑπὸ τε ἀτμῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀπλέτοις ΠΟΙΚΙΛΙΑΙΣ ΑΓΟΜΕΝΩΝ. *Quantam enim putas multitudinem quotidie a ſuis oculis proditam — quantam ab odoratus guſtusque inſtrumentis, a vaporibus varietatibusque caeterorum immenſis ductam.* 1. de Vit. Moſ. p. 633. B, ὤφειλον ὑπὸ μηδενὸς ἔτι τῶν εὐλόγων καὶ πιθανῶν ΑΓΕΣΘΑΙ, *non debebant amplius ſuas coniecturas ſequi vtcunque probabiles.* De Vit. Contempl. p. 892. C, πᾶσα γὰρ πόλις καὶ ἡ εὐνομωτάτη γέμει θορύβων καὶ ταραχῶν ἀμυθύτων, ἃς ἐκ ἂν ὑπομεῖναι τὶς ἅπαξ ὑπὸ σοφίας ΑΧΘΕΙΣ· *quaeuis enim ciuitas, vel optimis ornata legibus, plena eſt tumultu plurimo, quem nemo ſapientiae ſectator ſuſtineat.* Eodem modo vſurpatur ὑπαχθῆναι, de Exſecr. p. 936. C, τὰς μὲν ἓν ἀρὰς καὶ τιμωρίας ἃς ὑπομένειν ἄξιον τὲς — ταῖς πολυθέοις δόξαις ΥΠΑΧΘΕΝΤΑΣ, ὧν ἀθεότης τὸ τέλος — δεδήλωκα, *hae ſunt exſecrationes et poenae quibus obnoxii ſunt multorum numinum cultores, quorum finis eſt impietas.* Sic Plutarch. de diſcr. am. et ad. §. 130. πολλοὶ — μᾶλλον ὑπὸ τῶν συνεπιθρηνέντων ΑΓΟΝΤΑΙ καὶ συνοδυρομένων, *plurimi magis delectantur iis, qui vna lamentantur et ingemiſcunt.* Sic Epiphanius Haer. 1. p. 99, ΑΠΑΓΟΜΕΝΟΥΣ ἡδοναῖς καὶ ΕΠΙΘΥΜΙΑΙΣ, et pag. ſequenti, vbi συναπαχθῆναι et θελεασθῆναι permutantur. Conf. ad Galat. II, 13.

v. 10. Σὺ δὲ παρηκολέθηκάς μȣ — τῇ ἀγωγῇ) Omnino probandi ſunt, qui vocem ἀγωγῆς non ad *inſtitutionem* quae verbo διδασκαλίας intelligitur, ſed ad *viuendi agendique rationem*, h. e. *diſciplinam*, quae conſtat inſtitutis aptis ad fidem et ſanctitatem alendam et confirmandam, referunt. Sic nimirum Philo Quod det. inſ. pot. p. 158. C, διείρηται — τὲς τῆς ἀσθενείας αἰτίες λόγȣς ἀνελεῖν, ὑγιεινὸς δὲ δι' ΑΓΩΓΗΣ νομίμȣ, ἢ καὶ παιδεύσεως ὀρθῆς ἀντεισαγαγεῖν, *detretum*

tum eſt — vt tollantur ſermones, qui cauſſa fuerunt infirmitatis et ſalubres ſubſtituantur, per diſciplinam eruditionemque rectam ac legitimam. Apparet etiam vis huius vocabuli ex noti libelli, quod Plutarchus ſcripſit περὶ παίδων ἀγωγῆς, argumento. Sed Philo cum verba vocesque, e praepoſitionibus compoſitas vehementer amet, eodem modo vtitur voce διαγωγῆς. De Sacr. Ab. et Ca. p. 132. E, γενομένῳ γὰρ τῷ ζώῳ συμβέβηκεν εὐθὺς — συντρόφους ἔχειν ἀφροσύνην, ἀκολασίαν — τοὺς ἄλλους συγγενεῖς κῆρας, ὧν ἑκάστην ἀνατρέφουσι καὶ συναυξάνουσι τίτθη καὶ ΔΙΑΓΩΓΗ δι' ἐθῶν καὶ νομίμων εὐσέβειαν μὲν ἐλαυνόντων κ. τ. λ. *A prima ſtatim natiuitate, collactaneas habet homo imprudentiam, intemperantiam, aliasque cognatas peſtes, quarum ſingulae aluntur et augentur, a nutrice et diſciplina, moribus et legibus pietatem abigentibus.* De Temul. p. 268. C, ΑΓΩΓΑΙ — αἱ ἐκ παίδων καὶ ἔθη πάτρια καὶ πάλαι οἱ νόμοι, *inſtitutiones ab aetate tenera, conſuetudines patriae, leges antiquae.* Sic de Congr. er. quaer. gr. p. 447. A, ἐπεὶ μάστιγι μόλις καὶ ΑΓΩΓΗι δαμασθῆναι — δύνανται, *Siquidem ſcutica et diſciplina aegre manſueſcunt.* Hinc ducitur ἀδιάγωγος, *diſſolutus, ſine diſciplina, remiſſus*, vt ἀδιάγωγος συνουσία, *congregatio, ubi nulla modi et modeſtiae ratio habetur* 2. Alleg. p. 89. D. Vox ἀγωγὴ occurrit ap. Alexandr. Eſth. II, 20. X, 3.

v. 14. Ἐν οἷς — ἐπιστώθης) *Quorum firmam perſuaſionem concepiſti.* Philo 2. Alleg. p. 99. E, ἱκανὸν γὰρ τῷ γεννητῷ ΠΙΣΤΟΥΣΘΑΙ καὶ μαρτυρεῖσθαι λόγῳ θείῳ, *ſatis enim eſt, per genitum fidem adſtrui et teſtimonium habere oraculi diuini.* Quod omnis prob. lib. init. ὡς καὶ διὰ πολλῶν καὶ εἰκότων καὶ ἀληθινῶν ΕΠΙΣΤΩΣΑΜΕΘΑ, *ſicut multis et probabilibus et veris rationibus confirmauimus.* Conf. inprimis FULLER. Miſc. S. I, 19.

v. 15. Ἀπὸ βρέφους) Idem quod ἐξ ἔτι νηπίων, *a tenera aetate* apud Philonem de Ioſeph. p. 550. C. Sed et ipſam formam dicendi ΑΠΟ ΒΡΕΦΟΥΣ adhibet de Spec. Legg. p. 774. D.

Τὰ ἱερὰ γράμματα) H. l. ſcripta Veteris Teſtamenti, quae Philo pariter ita vocat Leg. ad Cai. p. 1020. B, οὐκ ἐνησκήθης τοῖς ΙΕΡΟΙΣ ΓΡΑΜΜΑΣΙΝ, *non exercitatus es in ſacris litteris.*

v. 16. Πρὸς ἐπανόρθωσιν) Philo de Conf. Ling. p. 345. B, ἔστι δὲ κόλασις οὐκ ἐπιζήμιον, ἁμαρτημάτων οὖσα κώλυσις καὶ ΕΠΑΝΟΡΘΩΣΙΣ, *eſt vero poena non damnoſa, cum peccata prohibeat et emendet.* ΕΠΑΝΟΡΘΩΣΙΝ ἐνδείας, *inopiae ſolamen*, dixit de Agric. p. 200. D. ΕΠΑΝΟΡΘΩΣΙΣ τοῦ παντὸς βίου, Qu. deus ſit imm. p. 319. B.

v. 17. Ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος) In Vetere Teſtamento ἄνθρωποι θεοῦ prophetae dicebantur. Quo pertinet locus Philonis de Gigant. p. 292. C, ΘΕΟΥ δὲ ΑΝΘΡΩΠΟΙ ἱερεῖς καὶ προφῆται, *dei vero homines ſacerdotes et prophetae ſunt.* Ibid. de Abrahamo: ὅταν δὲ βελτιωθεὶς μέλλῃ μετονομάζεσθαι, γίνεται ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΘΕΟΥ, κατὰ τὸ χρησθὲν αὐτῷ λόγιον Ἐγώ εἰμι ὁ θεός σου, *ſed quando melior factus nomen mutaturus eſt, fit homo dei ſecundum redditum ſibi oraculum, Ego ſum deus tuus.* Quod ſimul nomen ei tribuitur, qui virtutis, ſanctitatis rerumque diuinarum ſtudio prae caeteris occupatur. Ita de Nom. Mutat. p. 1048. B, δικαιοῖ γὰρ — τὸν τέλειον καὶ ἡγεμονεύεσθαι ὡς ὑπὸ κυρίου, καὶ εὐεργετεῖσθαι ὡς ὑπὸ θεοῦ — ἐκεῖνος δὲ πάντως ἐστὶν ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΘΕΟΥ, *etenim aequum putat perfectum regi tanquam ab domino et beneficiis affici, tanquam a deo, ille autem omnino dei homo eſt.* Add. ſeqq. Hinc in N. T. doctores Euangelii ſic vocantur.

Capvt IV.

v. 5. Τὴν διακονίαν σȣ πληροφόρησον) *Omnes partes muneris tui exple.* Eſt enim πληροφορεῖν ſi etymologiam ſpectes, *plenam menſuram reddere*, pro quo alias dicitur πληρῶσαι, Actor. XII, 25. vbi vid. quae notauimus. Qui tamen locus non valet eo, vt cum MANGEO, ad Philon. in Flacc. p. 988. B. legamus πλήρωσον; quae emendatio cum ſit contra Codices, Verſiones et Commentatores omnes, merito repudiatur. Caeterum ibi eodem valore reperitur ἐκπλήθω. Verba ſic habent, καὶ οἱ μὲν τὴν ΔΙΑΚΟΝΙΑΝ ΕΚΠΛΗΣΑΝΤΕΣ ἀπῄεσαν, *illi quidem miniſterio functi diſceſſerunt.* Sermo eſt de iis, qui Flaccum naue in Andrum inſulam deportarunt. Alius locus eſt Ariſtophanis Nub. 991. — ὅτι τῆς αἰδȣ̃ς μέλλεις τἄγαλμ' ΑΝΑΠΛΗΣΕΙΝ· vbi Scholiaſtes: εἴπερ μέλλεις τῆς αἰδȣ̃ς τὰ ἀγάλματα πληρώσειν, h. *ſi verecundiae ornamentis ſatisfacturus ſis.*

v. 6. Καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως) Ἀνάλυσις omnino *abitum*, *diſceſſum* ſignificat, translate autem *mortem*, *diſceſſum e vita.* Vtriusque ſignificationis exempla praebent Philonis ſcripta. In Flacc. p. 981. E, ὁ δὲ ἀπάγεται, τελευταίαν ταύτην ΑΝΑΛΥΣΙΝ ἐκ συμποσίȣ ποιησάμενος, *ille autem abducitur, vltimum e conuiuio diſceſſum faciens.* In eodem libro p. 991. C, dicit, terram, hominibus et terreſtribus omnibus, non per vitam ſolum, verum etiam in morte eſſe aptiſſimam, ἵνα ἡ αὐτὴ καὶ τὴν πρώτην ὑποδέχηται γένεσιν, καὶ τὴν ἐκ τȣ̃ βίȣ τελευταίαν ΑΝΑΛΥΣΙΝ, *vt quae naſcentes excepit, eadem diſcedentes e vita recipiat.* Conf. ALBERT. Peric. Crit. p. 102.

v. 7. Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι) Philo Leg. Alleg. II. p. 89. E, ἀνὰ κράτος νικῶ ΚΑΛΗΝ νίκην καρτερίας καὶ σωφροσύνης κ. τ. λ. *egregie vinco victoriam*

riam honeſtiſſimam, conſtantiae temperantiaeque. Add. ſuperioris Epiſt. VI, 6. Similis quoque cum in verbis, tum in ſententia eſt locus de Congr. er. qu. gr. p. 448. B, τὸν ΑΓΩΝΑ τοῦ βίου διήθλησαν, ἀδιάφθορον καὶ ἀήττητον φυλάξαντες, *tolerando fortiter, inuicti perduraverunt in vitae certamine.*

✱ 8. Ὁ Κύριος — ὁ δίκαιος κριτής·) Idem deo nomen tribuitur apud Philonem de Vit. Moſ. III. p. 695 B, vbi Moſen refert precatum eſſe deum vt ſeditioſorum ſacrificium repudiare velit, οὐκ ἐπειδήπερ ἔμελλεν ὁ ΔΙΚΑΙΟΤΑΤΟΣ ΚΡΙΤΗΣ ἱερουργίας ἀσεβῶν παραδέχεσθαι, ἀλλ' ὅτι καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ θεοφιλοῦς τὸ κατ' αὐτὴν μέρος οὐχ ὑποσιωπᾷ, *non quod periculum eſſet ne IVSTISSIMVS IVDEX ſacra impiorum acciperet, ſed quia animus deum amantis nec pro ſua parte tacet.*

Τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ) *Qui contenti viuunt eius praeſentia et ſpem ad eam referunt*, vel, *expetunt magnique faciunt.* Sic ἐλευθερίαν ἀγαπᾶν eſt apud Iſocr. Pan. p. 162. ed. WOLF. min. Conſ. ad Marc. X, 21.

IN EPISTOLAM AD TITVM.

Caput I.

v. 11.

Οὓς δεῖ ἐπιστομίζειν) Verbum ἐπιστομίζειν de aurigis dicitur et ſeſſoribus, qui iumenta, inprimis equos, cum nimio et indomito impetu feruntur, frenis ori immiſſis continent. Quod Philonis aliquot loci demonſtrant. 1. Alleg. p. 83. A, εἰδὼς γοῦν ὁ ἱερὸς λόγος ὅσον ἡ ἑκατέρου δύναται ὁρμὴ πάθους θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας ἑκάτερον ΕΠΙΣΤΟΜΙΖΕΙ, *ſciens oraculum diuinum, quantum vtriusque perturbationis, irae cupiditatisque impetus poſſit, vtrumque refrenat.* Ibid. p. 84. E, ἀλλὰ θεραπεύει καὶ ΕΠΙΣΤΟΜΙΖΕΙ, τὸ μὲν πρῶτον λόγῳ, ἵνα ἡνιόχῳ χρώμενος ἀρίστῳ, μὴ σφόδρα ἀφηνιάζῃ, *ſed curat refrenatque primum ratione, vt ſub auriga optimo diſcat, non admodum habenas contemnere.* Ibid. p. 85. E, ἵν' οὕτως ἡνιοχῶν ΕΠΙΣΤΟΜΙΖΗι τὴν ἐπιπλέον αὐτῶν φορὰν, *vt is habenas tenens refrenet nimium eorum impetum.* Iam porro, p. 89. D, ΕΠΙΣΤΟΜΙΕΙ γὰρ ὁ λόγος καὶ ἐγχαλινώσει τὴν ῥύμην καὶ φορὰν τοῦ πάθους, *nam ratio compeſcet refrenabitque furorem et impetum cupiditatis.* De Agric. p. 200. B, ἀλλὰ — νῦν ὁ λόγος αὐτῷ — περὶ τῆς κατὰ ψυχὴν ἀλόγου καὶ ἀμέτρου καὶ ἀπειθοῦς φορᾶς, ἣν ΕΠΙΣΤΟΜΙΖΕΙΝ λυσιτελὲς, *ſed — nunc verba facit — de animi bruto, immoderato et inobediente impetu, quem refrenare melius fuerit.* In quo ſimul obſeruare licet τὴν ΚΑΤΑ ψυχὴν ἄλογον — ῥύμην, *animi importunum impetum*, eodem modo dici vt vſ. 9. τὸν κατὰ

 διδαχὴν

διδαχὴν πιϛὸν λόγον, i. *doctrinae verum ſermonem*, quam praepoſitionis κατὰ vim illuſtrat RAPHELIVS Annotatt. Polybian. ad iſtum locum. Pag. ſeq. B, δύνανται γὰρ ὗτοι χαλινὸν ταῖς ἀλόγοις δυνάμεσιν ἐμβαλόντες αὐτῶν ΕΠΙΣΤΟΜΙΖΕΙΝ τῆς πλεοναζούσης τὴν φορὰν ὁρμῆς. *Nam hi poſſunt iniecto brutis potentiis freno, cohibere nimium curſus eorum impetum.* Deinde ſignificat, *vocem opprimere.* Quis rer. diu. her. p. 482. A, ΕΠΙΣΤΟΜΙΖΟΥΣΙ γὰρ, ὡς αἱ σφοδραὶ λῦπαι, καὶ ὑπερβάλλουσαι χαραὶ, *adimit vocem vt vehemens dolor, ita nimia laetitia.* Quod apud Phaedr. I, 2, 26. *vocem praecludit metus.* Fab. 23, 5. *linguam praecludere.* Quo etiam ſenſu legitur apud Heliodorum Lib. VI. c. 7. Sed ΕΠΙΣΤΟΜΑΤΙΖΕΙΝ de Decal. p. 753. C, τοῦτ᾽ ἐϛὶ μόνον ᾧ τοὺς φιλοθέους ΕΠΙΣΤΟΜΑΤΙΖΟΥΣΙ, *hoc ſolum eſt quo amicos dei ad ſilentium agunt.* De Somn. p. 1148. A, ἐπιτραγῳδοῦντες καὶ ΕΠΙΣΤΟΜΙΖΟΝΤΕΣ εἰώθασιν λέγειν ταῦτα. Occurrit etiam ἐπιϛοματίζειν in altera ſignificatione 3. Alleg. p. 1106. E, ἱππέως μὲν οὖν ἔργον δαμάζειν τὸν ἵππον καὶ ἀφηνιάζοντα ΕΠΙΣΤΟΜΑΤΙΖΕΙΝ.

v. 12. Κακὰ θηρία) Indicantur ferinis moribus homines, quorum e genere ſunt de quibus Philo ſcribit Leg. ad Cai. p. 1016. B, τούτων ἦσαν οἱ πλείους αἰγύπτιοι πονηρὰ σπέρματα, κροκοδείλων καὶ ἀσπίδων τῶν ἐγχωρίων ἀναμεμαγμένοι τὸν ἰὸν ὁμοῦ καὶ θυμὸν ἐν ταῖς ψυχαῖς· *Horum plerique erant Aegyptii malum genus, aſpidum et crocodilorum patriorum venenis et feritate tincti animo.* MANGEVS, qui loci huius conuenientia ductus, affinxit Philoni πονηρὰ ΘΗΡΙΑ, non eſt audiendus.

v. 14. Ἀνθρώπων ἀποϛρεφομένων τὴν ἀλήθειαν) Ἀποϛρέφεσθαι, *aliquid auerſari, ſe auertere, ne adſpectu aut odore alicuius rei offendare:* deinde, *ſpernere.* Philo Quod det. pot. inſid. p. 172. C, ὁ δὲ ἅτε ἀγαθὸς ὢν καὶ ἵλεως, τοὺς ἱκέτας οὐκ ΑΠΟΣΤΡΕΦΕΤΑΙ, *ille vero vt*

bonus

bonus et propitius, non auerſatur ſupplices. Vid. ad Matth. V, 42. Oppoſiti vim habet verbum ἐπιστρέφεσθαι. De Nom. Mut. p. 1077. C, ζῆν δὲ εὔχεται ȣ̓ τῆς μετὰ σώματος ζωῆς ἐπιστρεφόμενος, *vitam precatur, non quod huius vitae, quae cum corpore degitur curam haberet.*

C A P V T II.

v. 4. Ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας) Σωφρονίζειν eſt *adhortari, docere, formare ad virtutem.* Saepe apud Philonem, vt iam obſeruauit ABRESCHIVS Dilucidatt. Thucyd. p. 339. coniungitur cum νȣθετεῖν. Qu. Deus ſit immut. p. 301. B, λέγεται δὲ παρὰ τῷ νομοθέτῃ μέχρι τινὸς εἰσαγωγῆς τὰ τοιαῦτα, τȣ̃ ΝΟΥΘΕΤΗΣΑΙ χάριν τȣ̀ς ἑτέρως μὴ δυναμένȣς ΣΩΦΡΟΝΙΖΕΣΘΑΙ, *dicuntur haec apud legislatorem, docendi gratia, vt ſic moneantur, qui non aliter poſſunt caſtigari.* Ibid. p. 312. D, ὁ γὰρ ἐπίτροπος — ὑφ᾽ ȣ̃ ΝΟΥΘΕΤΗΣΑΙ καὶ ΣΩΦΡΟΝΙΣΘΗΝΑΙ μόνȣ δυνατὸν, μακρὰν ἀφέστηκε, *tutor enim — qui ſolus admonere caſtigareque poteſt, procul remotus eſt.* De Congr. erud. quaer. gr. p. 447. D, διόπερ ἐπιφέρει, Καὶ ἐκάκωσεν αὐτὴν, ἴσον τῷ, ΕΝΟΥΘΕΤΗΣΕ καὶ ΕΣΩΦΡΟΝΙΣΕ, *quapropter additur, Et afflixit eam: ac ſi diceret, caſtigauit et coegit officium facere.* Iungitur cum ἐκπαιδεύειν, eod. libro p. 449. A, τὸ μὲν ἐκάκωσε, ἴσον τῷ, ΕΞΕΠΑΙΔΕΥΣΕ καὶ ΕΝΟΥΘΕΤΗΣΕ καὶ ΕΣΩΦΡΟΝΙΣΕ. Leg. ad Cai. p. 993. B, ἡ κόλασις ΝΟΥΘΕΤΕΙ καὶ ΣΩΦΡΟΝΙΖΕΙ πολλάκις μὲν καὶ τȣ̀ς ἁμαρτάνοντας, *non raro animaduerſio caſtigatos peccatores reducit ad mores ſobrios.* Ita etiam coniunguntur ΝΟΥΘΕΣΙΑ καὶ ΣΩΦΡΟΝΙΣΜΟΣ. Qu. deus ſit immut. extr. 1. de Vit. Moſ. p. 653. A, τὴν δὲ ΝΟΥΘΕΣΙΑΝ πρᾴως ἐνεγκόντες — ᾔδεισαν γὰρ αὐτὸν τὸ μισοπόνηρον ἐπὶ ΣΩΦΡΟΝΙΣΜΩι τῶν βελτιȣ̃σθαι δυναμένων ποιȣ́μενον, *Admonitionem leniter tulerunt — cum ſcirent eum malitiam*

tiam odio perſequi ad emendationem eorum qui viderentur corrigi poſſe. Pariter νȣθετητὴς et σωφρονιςὴς iuncta incedunt. De Sacr. Ab. et Cain. p. 137. C, καθάπερ οἱ τῶν παίδων ἀφρονέςατοι [βδελύτ]ονται] πάντα ΝΟΥΘΕΤΗΤΗΝ καὶ ΣΩΦΡΟΝΙΣΤΗΝ ἀγαθὸν, *ſicut deterrimus quisque puer, omnem bonum adhortatorem et monitorem odit.* Hinc poſſint intellegi melius loca ea in quibus verbum σωφρονίζειν ſolum reperitur, cuiusmodi ſunt cum hoc Paulli loco, Philonis Quod det. pot. inſid. p. 164. C, πατὴρ υἱὸν τύπτει ΣΩΦΡΟΝΙΖΩΝ, *pater pulſat caſtigans filium.* De Sacr. Ab. et Ca. p. 138. C, τὸν δ' ἑαυτὸν νομίζοντα τῶν συμβαινόντων ἀγαθῶν αἴτιον ΣΩΦΡΟΝΙΖΕΙ τὸν τρόπον τȣτον, *qui autem ſe ipſum cauſſam putat bonorum, eum ſic caſtigat* etc. De Vit. Moſ. 1. p. 613. C, διελέγχȣσα τȣς ὠμοθύμȣς, μὴ ταῖς ἰδίαις ἀλκαῖς ἐπαίρεσθε, τὰς ἀμάχȣς ῥώμας ἰδόντες καθαιρȣμένας ΣΩΦΡΟΝΙΣΘΗΤΕ, *coercens crudeles, ne nimium confidite viribus veſtris, inuictiſſimas opes cum aliquando deletas videritis, reſipiſcite.*

v. 5. Σώφρονας) Aliis exemplis alii docent, quam late vis huius vocis pateat: nobis nunc quidem addere liceat, *modeſtiam in victu caeteroque cultu eadem comprehendi*, quod ex vſu vocis σωφροσύνης et eius oppoſitis pateſcit. Sic τῇ σωφροσύνῃ opponitur ἀκολασία, *temperantiae*, *incontinentia* apud Philonem de mund. Opif. p. 16. B. Quod det. pot. inſ. p. 158. E, *quemadmodum ad quamcunque artem exercendam arte opus eſt*, ȣτως ȣδὲ φρόνησιν πανȣργως, ȣδὲ ΣΩΦΡΟΣΥΝΗΝ ΦΕΙΔΩΛΩΣ καὶ ΑΝΕΛΕΥΘΕΡΩΣ, ȣδὲ θρασέως ἀνδρίαν, ȣδὲ δεισιδαιμόνως εὐσέβειαν — ἐπιτηδεύειν προσήκει· *ita neque prudentiam callide, nec temperantiam parce et illiberaliter, nec ſuperſtitioſe pietatem — exercere oportet.* De Praem. et Poen. p. 918. B, ἡ ψυχὴ — ἐλαύνȣσα ΣΩΦΡΟΣΥΝΗι ἀσωτίαν καὶ φειδωλίαν,

φειδωλίαν, *animus frugalitate abigens luxum et ſordidam parſimoniam.*

Οἰκȣρȣ̀ς, ἀγαθάς) H. STEPHANVS, et cum TAYLORO in Indice ad Lyſiam, MARKLANDVS ad Max. Tyr. Diſſ. XXX. c. 4. putant haec ſine diſtinctionis nota coniungi debere; quod non diſplicet: alioquin cum ALBERTO Peric. Crit. c. 9. p. 31. ἀγαθὰς interpretemur *benignas*, *beneficas*. Verbi οἰκȣρεῖν exemplum eſt apud Demoſthenem ad Neaer. p. 529. C, ἱκανὸν φόβον ταῖς γυναιξὶ παρασκευάζων, τȣ̃ ΣΩΦΡΟΝΕΙΝ καὶ μηδὲν ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ δικαίως ΟΙΚΟΥΡΕΙΝ διδάσκων, *ſatis magno terrore lege feminis iniecto, ad colendam modeſtiam et flagitia vitanda, traditaque diſciplina domum, ſicut aequum eſt, cuſtodiendi.* Eaedem virtutes vxorum laudantur a Philone de Exſecr. p. 932. D, ὄψονται καὶ γυναῖκας ἃς ἠγάγοντο κȣριδίας ἐπὶ γνησίων παίδων σποράν, ΣΩΦΡΟΝΑΣ, ΟΙΚΟΥΡΟΥΣ καὶ φιλάνδρȣς. Sed vocem οἰκȣρίας obuiam habemus de Congr. erud. quaer. gr. p. 424. D, οἱ δὲ ȣ́̕πω ἡλικίαν ἔδοξαν ἔχειν ὡς ἐπαινετῆς καὶ σώφρονος ΟΙΚΟΥΡΙΑΣ ἀνέχεσθαι, *alii nondum videbantur matura aetate eſſe, ad laudabilem domus cuſtodiam et modeſtam rei domeſticae curam ſuſtinendam.* De Sacerd. hon. p. 831. D, ὅπερ χρὴ λογιζομένȣς καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, ΣΩΦΡΟΣΥΝΗΣ καὶ ΟΙΚΟΥΡΙΑΣ καὶ ὁμονοίας περιέχεσθαι, *quod coniuges admonet temperantiae, curae domeſticae atque concordiae.*

v. 10. Μὴ νοσφιζομένȣς) Νοσφίζεσθαι, *de rebus alienis vel communibus aliquid ſibi, inque ſuos vſus auertere.* Sic vtitur Philo 1. de Vit. Moſ. p. 641. E, οἱ δὲ ἀνακράτως ἑλόντες τὰς χαριστηρίȣς ὁμολογίας ἐπετέλȣν, μηδὲν ἐκ τῆς λείας ΝΟΣΦΙΣΑΜΕΝΟΙ, *illi vi capta vrbe, vota gratiae cauſſa facta perſoluerunt, nihil de praeda auertentes.* 2. Alleg. p. 66. E, ὁ ἑαυτῷ τι προσνέμων, τὰ ἑτέρȣ ΝΟΣΦΙΖΕΤΑΙ, *qui ſibi aliquid tribuit, aliena auertit.*

Capvt

Caput III.

v. 4. Ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία) Philo de Vit. Moſ. I. p. 633. C, τοῦτο μὲν διὰ τὴν σύμφυτον ἐπιείκειαν καὶ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΙΑΝ, τοῦτο δὲ βουλόμενος ὃν ἐχειροτόνησεν ἡγεμόνα τιμῆσαι — ὁ θεὸς ἐλεήσας, τὸ πάθος ἰᾶται, *Deus partim propria clementia et benignitate motus, partim in honorem ducis ſuo iuſſu electi — miſeriae remedium exhibuit.* Coniungit haec vocabula Leg. ad Cai. p. 1002. C, ΧΡΗΣΤΟΤΗΤΑ γὰρ καὶ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΙΑΝ ἐλπίσαντες — ἐνιδρύσθαι τῇ Γαΐου ψυχῇ, *mitem et humanum ſperantes animum Caii.*

v. 8. Καλῶν ἔργων προΐστασθαι) *Recte facere.* Neque enim haec forma dicendi curam alicuius rei tantum indicat, vt eſt apud Demoſthenem adu. Timocr. p. 462. A, καὶ τοσούτῳ ῥᾷον ἐστιν ἰδίᾳ τινὰς θεραπεύειν, ἢ τῶν ὑμετέρων δικαίων ΠΡΟΙΣΤΑΣΘΑΙ, *tanto autem commodius eſt priuatim quosdam colere, quam veſtrum ius tueri,* et in aliis eiusdem locis in Ind. Reiskiano; add. Ioſeph. Ant. V, 7.: ſed laborem ipſum, qui in ea efficienda praeſtatur, denotat. Athenaeus XIII. p. 612. A, Σόλωνος τοῦ νομοθέτου οὐδ' ἐπιτρέποντος ἀνδρὶ τοιαύτης ΠΡΟΙΣΤΑΣΘΑΙ τέχνης, *Solone legislatore non permittente cuiquam eiusmodi artis exercitium.* Polybius lib. VI. tribunos militum ait πάσης τῆς ἐν ὑπαίθροις χρείας ΠΡΟΙΣΤΑΣΘΑΙ, *neceſſaria ad expeditionales vſus obire.* Demoſth. Amat. p. 159. C, οὕτω καλῶς ΠΡΟΕΣΤΗΣ τῶν τοιούτων ſc. ὁμιλιῶν l. ἀνθρώπων, *ita tractas eos homines: ita te geris in familiaritatibus,* explicante Wolfio. Dionyſ. Halicarn. p. 98. ὅσοι φιλοσόφως τοῦ μαθήματος τούτου ΠΡΟΕΣΤΗΣΑΝ, quae recte Cel. Morus ad Iſocr. Paneg. p. 9. vertit: *qui eloquentiam ſubtiliter tractarunt.* Sic ἐργασίας αἰσχρᾶς ΠΡΟΙΣΤΑΣΘΑΙ Sozomen. H. Ecl. V, 16.

IN

IN EPISTOLAM
AD PHILEMONEM.

Verſ. 10.

Περὶ τȣ̃ ἐμȣ̃ τέκνȣ, ὃν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μȣ) Oneſimum Apoſtolus filium in vinculis a ſe genitum appellat, quia ipſum ad chriſtianae doctrinae fidem recipiendam adduxerat. Magiſtri autem, quos erudiunt diſcipulos, *gignere* dicuntur: quam rationem confirmat Philonis locus Leg. ad Cai. p. 1000. B, ἐμὸν ἐςὶ τȣ̃ Μάκρωνος ἔργον Γάϊος· μᾶλλον αὐτὸν ἢ ȣ̓χ ἧττον τῶν γονέων ΓΕΓΕΝΝΗΚΑ, *meum opus eſt Caius, a me magis aut certe non minus quam a parentibus ſuis, eſt genitus.* Conf. Galat. IV, 19. vbi ſic dicitur ὠδίνειν.

IN EPISTOLAM
AD HEBRAEOS.

CAPVT I.

v. 3.

Χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ) Philo 1. Alleg. leg. p. 51. C, commemorat τὸν τῆς τελείας ἀρετῆς ΧΑΡΑΚΤΗΡΑ, *perfectae virtutis effigiem.* Et mox eſt: ὁ τῆς ἀρετῆς ΧΑΡΑΚΤΗΡ οἰκεῖος, *effigies virtutis propria.*

v. 6. Ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην) Viri docti formam loquendi εἰσάγειν εἰς τὴν οἰκουμένην, non vno modo interpretantur. Alii Hebraicam putant et comparant cum הֵבִיא בְּעוֹלָם *facere vt aliquis naſcatur*, ad cuius ſimilitudinem Graeci dixerunt ἄγειν vel παράγειν εἰς τὸ εἶναι, εἰν βίον. Vid. ad Rom. IV, 17. Alii eam τοῦ εἰσάγειν notionem, qua indicat, *commendandi cauſſa aliquid oſtentare, commendare*, huic loco applicare conantur. Videamus, ſi quid nos in his verbis intellegendis loci Philonis adiuuent. De Sacr. Ab. et Ca. p. 132. B, τί δήποτε πρεσβύτερον ΕΙΣΑΓΑΓΩΝ τοῦ Ἄβελ τὸν Κάϊν, νῦν τῇ τάξει μετατέθεικεν, *Cur, cum maiorem natu Cainum dixerat, nunc tranſponit ordinem?* Ibidem mox: ὅταν μὲν οὖν ἡ γένεσις ἀμφοῖν ΕΙΣΑΓΗΤΑΙ, προεκτρεχέτω ὁ Κάϊν, *Quando de amborum natiuitate agitur, Cain procurrat prior.* Et p. 133. A, τὸν γὰρ ἀφροσύνης ἐπώνυμον Ἡσαῦ ΕΙΣΑΓΑΓΩΝ χρόνῳ πρεσβύτερον, τῷ — Ἰακὼβ χαρίζεται τὰ πρεσβεῖα, *Cum enim induxiſſet Eſau illum cui nomen eſt ab imprudentia antiquiorem*

rem — Iacobo tribuit praeferentiam. De Agricult. p. 193. C, ὁ νομοθέτης τȣ̀ς σοφȣ̀ς — ἄρχοντας — ὡς ἂν ποίμνης ΕΙΣΑΓΕΙ τῶν ἀνθρώπων ἁπάντων, *Legiſlator ſapientes — praefectos tanquam gregis inducit omnium hominum.* Eod. libro p. 202. A, παρ' ὃ καὶ τῆς χαλκȣ͂ κραταιοτέρας ὕλης κατεσκευασμένος ΕΙΣΑΓΕΤΑΙ, *quapropter e ſolidiore materia, ſcilicet aere, factus inducitur.* De Temul. p. 270. A, ȣ̓κ εἰκότως ȣ̓͂ν τῶν δύο θυγατέρων βȣλῆς τε καὶ συνέσεως ἁρμοσθεισῶν καὶ συνευνασθεισῶν ὁ νȣ͂ς ἀγνοίᾳ ἐπιστήμης χρώμενος ΕΙΣΑΓΕΤΑΙ, *non immerito igitur cum duabus filiabus conſilio aſſenſioneque coniunctus et una cubans intellectus, ignorantia laborans ſcientiae, inducitur.* De Gig. p. 291. E, ἐπεὶ καὶ δίδυμον ΕΙΣΑΓΕΤΑΙ, *quando inducuntur et in geminis.* Ibid. p. 292. A, μῦθον μὲν ȣ̓δένα περὶ γιγάντων ΕΙΣΗΓΕΙΤΑΙ, *nullam de Gigantibus affert fabulam.* Ex quibus apparet εἰσάγειν eſſe *commemorare, ſermonem de aliquo facere.* Alia notione ὁ πρῶτα εἰσαγόμενος dicitur 2. Alleg. p. 83. C, *tiro qui in aliqua arte inſtituitur.*

Caput II.

v. 7. Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλȣς) Verbum ἐλαττȣ͂ν eodem, quo hic Apoſtolus ſenſu, adhibuit Philo de Leg. ad Cai. p. 1015. A, ἀργύριον ἢ σῖτον ἐν μέρει παντὸς τȣ͂ δήμȣ λαμβάνοντος, ȣ̓δέποτε τȣ̀ς Ἰȣδαίȣς ΗΛΑΤΤΩΣΕ τῆς χάριτος, *quoties pecuniae frumentique diſtributiones acciperet populus, non deterioris conditionis Iudaeos eſſe ratione beneficii voluit.* Ἐλαττȣ͂σθαι, de Opif. p. 20. A, ȣ̓ παρ' ὅσον ὕστατον γέγονεν ἄνθρωπος, διὰ τὴν τάξιν ΗΛΑΤΤΩΤΑΙ, *non quia homo poſtremus factus eſt, inferior eſt ordine.* Hinc ἐλαττȣ́μενος *inferior, minor,* ſic 1. de Vit. Moſ. p. 651. A, οἱ ἔφεδροι τῶν ἀγωνιστῶν ȣ̓κ ΕΛΑΤΤΟΥΜΕΝΟΙ ταῖς προθυμίαις, χρόνῳ καὶ τῷ φθασθῆναι μόνον ΥΣΤΕΡΙ-

ΣΟΥΣΙ, *Qui manent in ſtatione auxilio parati, non alacritate, ſed tempore cedunt.* De Leg. ad Cai. p. 1018. C, ὃ γὰρ ἠγνόει γε ὄντας Ἰȣδαίȣς, οἷς ἀγαπητὸν τὸ μὴ ΕΛΑΤΤΟΥΣΘΑΙ, *non enim neſciebat nos eſſe Iudaeos, contentos, ſi aequaremur caeteris.* Conf. ad Ioh. III, 30. ΒΡΑΧΥ ΤΙ, eſt apud Philon. in Flacc. p. 976. C, ἐςὶ ἐν ἀτιμίᾳ ΒΡΑΧΥ ΤΙ τῶν εἰς ἐπιτιμίαν εὑρεῖν, *licet in dedecore paullulum quidquam honoris reperire.*

v. 10. Ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ) Leue eſt, ſed tamen commemorandum, eodem ſenſu Philonem libr. de Migr. Abr. p. 394. D, ſcribere: ΕΙΧΕ τοίνυν ΕΥΠΡΕΠΕΣ ὑφηγεῖσθαι κ. τ. λ. *Decebat igitur vt doceret* etc.

v. 16. Οὐ γὰρ δήπȣ ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται) Forma ἐπιλαμβάνεσθαί τινος nusquam ſignificat *aſſumere, ſecum coniungere*, vnde multum merito de plerorumque in his verbis interpretandis ſententia derogatur, orta ex male intellecto Latino verbo *Aſſumit.* Significat autem *manum iniicere, vel vindicandi, vel opis ferendae cauſſa.* Alia ſignificatio non reperitur: ergo non eſt alia fingenda. Conf. quae notauimus ad Rom. XIV, 1. E quo oritur commodiſſimus ſenſus: *non angelorum lapſum ſuſtentauit, ſed hominum.* Simpliciter autem pro, *manum iniicere* vel *apprehendere*, eſt apud Philonem de Somn. p. 1117. C, ἐπειδὰν ἄρξηται τῶν γεννητικῶν, ἢ γενέσεως, ἢ ἀνθρωπείων σπȣδασμάτων ΕΠΙΛΑΜΒΑΝΕΣΘΑΙ, *poſtquam coepit animus generantia, aut generationem, aut humana ſtudia apprehendere.*

Caput IV.

v. 13. Πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος) Fruſtra Ven. Carpzovius laudat verba Philonis, leg. Alleg. p. 56. A, ἀλλ' ȣ̓κ ἐςὶ πρὸς ποταμὸν ὁ λόγος, nam ibi diſerte legitur: περὶ ποταμȣ̃. Verte: *quocum nobis res eſt*, vel *agendum eſt.* Conf. Alexandrina verſio 2. Reg. IX, 5.

Capvt V.

v. 9. Τελειωθεὶς) Non tam ea notio verbi, qua deſignat *inaugurari*, huc pertinere videtur, quam haec qua de victoribus certaminum palmaque donatis dicitur, cuius exemplum eſt apud Philonem de Somn. p. 585. C, ψυχὴ ΤΕΛΕΙΩΘΕΙΣΑ ἐν ἀρετῶν ἄθλοις, *animus in virtutis certaminibus palmam adeptus.*

Capvt VI.

v. 6. Πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν) Ἀνακαινίζειν eſt, *inſtaurare*, *renouare.* Philo Leg. ad Cai. p. 1004. A, de Dioſcuris, quos Caius habitu praeferre volebat, ἀνισότητα τὴν ἀδικίας ἀρχὴν ΑΝΕΚΑΙΝΙΣΕΝ ἰσότητι, ἥ τίς ἐστι πηγὴ δικαιοσύνης, *inaequalitatem iniuſtitiae originem, aequalitate, iuſtitiae fonte reſtaurauit.*

v. 7. Γῆ — τίκτουσα βοτάνην) Non fugerunt viros doctos wolfivm, trillervm et carpzovivm loci Philonis, qui de terra et arboribus τίκτειν eodem ſenſu dicit. Sic quoque apud Latinos *gignere* terram eleganter dici, docuit nic. heinsivs Aduerſar. I, 1. De Opif. p. 30. B, ἀνάγκη τὴν ὑγρὰν οὐσίαν μέρος εἶναι ΓΗΣ τῆς πάντα ΤΙΚΤΟΥΣΗΣ, *neceſſe eſt humidam eſſentiam partem eſſe terrae omnia parientis.* Adhuc alii ſunt de Char. p. 713. E, πολλοὶ γοῦν τῶν γεωπόνων ἔαρος ὥρᾳ ἐπιτηροῦσι τὰ νέα τῶν δένδρων, ἵν' ὃν ἂν ΤΕΚΗι καρπὸν εὐθὺς ἀποθλίβωσι, *Nonnulli agricolarum, verno tempore obſeruant arbores, vt quem fructum tulerint, ſtatim carpant.* De Merc. Mer. p. 862. D, βλαστάνοντα καὶ ΤΙΚΤΟΝΤΑ καρποὺς ἐπαλλήλους, *arbores progerminantes et proferentes fructus continuos.*

v. 9. Ἐχόμενα σωτηρίας) *Salus.* Sic Philo de Agric. p. 202. C, τὰ καρτερίας καὶ σωφροσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς ΕΧΟΜΕΝΑ μόνα, μηδενὸς ὄντος ἐν ποσὶν

ὀλιϲθηρῶ ᾧ προσπταίσασα κλιθήσεται, κατὰ λεωφόρε καὶ εὐθυτενῆς βαίνειν ἐπιτρέπει ψυχήν· *Fortitudo, temperantia reliquaeque virtutes ſolae, nullo in quo quis labi aut offendere poſſit, obſtante, per latam regiamque viam ſinunt animum tendere.* Vid. WESSELING. Diſſert. Herodot. p. 78. vbi aliquot exemplis ex Herodoto in hac forma illuſtranda vtitur. Add. HEMSTERHVSIVS ad Ariſtoph. Plut. p. 472.

v. 18. Κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος) Verbum eſt exquiſitiſſimum, petitum ex Veterum certaminum more. Proprie προκεῖσθαι dicuntur ἆθλα, vt eorum adſpectu animus certaturis addatur. Vid. ad Coloſſ. I, 5. Addamus hic alios locos. De Creat. princ. p. 729. B, φιλεργίας ΑΘΛΑ μισθοὶ ΠΡΟΚΕΙΝΤΑΙ τοῖς δημιεργοῖς, *Operae premium mercedes proponuntur opificibus.* De Nom. Mut. p. 1058. C, ὁ δὲ ἀσκήσει χρώμενος, ϛεφάνων καὶ τῶν ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΩΝ ΑΘΛΩΝ (ἐφίεται) φιλοπόνῳ καὶ φιλοθεάμονι ψυχῆ, *Qui vtitur exercitatione, coronas et praemia petit, quae proponuntur animo laboris patienti et ſpectandi cupido.* Κρατεῖν et περικρατεῖν in exemplis apud ABRESCH. Lect. Ariſtaenet. p. 226. eſt *vincere, capere.*

CAPVT IX.

v. 4. Τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης περικεκαλυμμένην πάντοθεν χρυσίῳ) *Vbique*, hoc eſt, ἔνδοθεν καὶ ἔξωθεν vt diſerte Philo. Pro περικαλύπτω vtitur is verbo περιαμπίσχειν lib. de Temul. p. 252. A, ὁ γὰρ ἀπερισκέπτως ἡμῖν τὴν κιβωτὸν ἔνδοθέν τε καὶ ἔξωθεν χρυσῷ ΠΕΡΙΑΜΠΙΣΧΕΙ, *Non temere nobis* [Moſes] *arcam intus et extra aureis laminis induit*, ſiue, *indutam eſſe refert.*

v. 7. Ὑπὲρ ἑαυτῷ καὶ τῶν τῷ λαῷ ἀγνοημάτων) Apud Alexandrinos Interpp. locis pluribus ἀγνοίας vel ἀγνοήματα de *peccatis* et *delictis* quibusuis ad exprimendum

mendum Hebraicum חטאת dici, ignotum eſſe harum litterarum amantibus non poteſt. Adiungamus Philonem lib. de Plant. Noë p. 229. C, ſcribentem, θυσίαι ὑπομιμνήσκουσι τὰς ἑκάστων ΑΓΝΟΙΑΣ τε καὶ διαμαρτίας, *Victimae in memoriam reuocant ſingulorum peccata et delicta.*

v. 11. Χριστὸς δὲ παραγενόμενος) Non opus eſt cum Ven. CARPZOVIO παραγίνεσθαι reddere per *ſuccedere.* Significat ſimpliciter *aduenire*, nec aliter accipiendum eſt in laudato illo Philonis loco 1. de Vit. Moſ. p. 615. D, ΠΑΡΑΓΕΝΟΜΕΝΟΙ δ' εἰς Αἴγυπτον γνώμῃ καὶ ψυχῇ μιᾷ, *Ingreſſi in Aegyptum vnanimiter.* Sic quoque in Leg. ad Cai. p. 1010. B, εἴ τινες — ἀγνοίᾳ τῶν κατασκηψάντων κακῶν ἀγρόθεν ΠΑΡΕΓΕΝΟΝΤΟ, πολυτρόπων ἀπήλαυον συμφορῶν, *Si qui neſcii malorum incumbentium peregre rediiſſent, variis modis mulctabantur.*

v. 14. Ἑαυτὸν προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ Θεῷ) Ἄμωμος de *victima omni macula labeque carente.* Hoc ſenſu apud Philonem ſaepius dicitur, nec ſolum tamen, ſed cum aliis quoque nominibus eleganter vel iungitur, vel permutatur. De Cherub. p. 122. C, ὁ ταῦτα διδαχθεὶς — ΑΜΩΜΟΝ καὶ κάλλιστον ἱερεῖον ΟΙΣΕΙ θεῷ, πίστιν ἐν οὐ θνητῶν ἑορταῖς, *Haec quicunque didicit — incorruptam pulcherrimamque victimam offeret deo fidem, idque non in feſtis mortalium.* De Sacr. Ab. et Ca. p. 137. D, Μωσῆς τὰ βδελύγματα Αἰγύπτου θύσειν τῷ θεῷ φησὶ τὰς ἀρετὰς ΑΜΩΜΑ καὶ πρεπωδέστατα ἱερεῖα, *Moſes ſe abominationes Aegypti ſacrificaturum ait deo, virtutes nimirum, tanquam immaculatas et decentiſſimas victimas.* Quae libro de Agric. p. 206. D, ΑΜΩΜΑ καὶ ἀσινῆ ἱερεῖα dicuntur, eadem pag. praeced. extr. ΑΜΕΜΠΤΟΙ θυσίαι nominantur. De Congr. quaer. erud. c. p. 439. C, ἵνα — ἱερουργεῖν ἤδη δύνηται τὰς ἀσινεῖς καὶ ΑΜΩΜΟΥΣ προκοπάς,

τȣτέϛιν ἱλασμȣ̃ς, *Vt — ſacrificare poſſit integras et inculpatas hoſtias*, *hoc eſt*, *propitiationes*. Conf. Quis rer. diu. her. p. 496. E. De Somn. p. 574. E, *εἴρηται — θύειν τὰ ὁλοκαυτώματα καὶ σωτήρια καὶ τὰς ἄλλας* ΑΜΩΜΟΥΣ *θυσίας ἀνάγειν*, *Praeceptum eſt — ſacrificare holocautomata et pro ſalute caeteraſque integras victimas adducere*. De Somn. p. 1118. A, *τὸ εὐχάριϛον*, *τὸ θυσίας* ΑΜΩΜΟΥΣ *ἀληθω̃ς ἀνάγον*, *ἓν μόνον ἦν ἄρα*, *ἡ ψυχὴ*, *quod gratum eſt*, *ſacrificia inculpata vere offerens*, *vnum igitur erat*, *nempe animus*. Sed ſatis ſit exemplorum, in quibus omnibus non de Sacerdotibus, ſed de victimis dicitur.

Caput X.

v. 35. Μὴ *ἀποβάλητε τὴν παῤῥησίαν ὑμω̃ν*) Optime a Vulgato redditur, *ne amittatis*. Eſt enim *ἀποβάλλειν iacturam facere*, quod nauigantium eſt, tempeſtate prehenſorum: hinc, *perdere*. Quo ſenſu ſaepius vtitur Philo. Lib. de immut. dei p. 306. A, *τω̃ν εὑρισκόντων οἱ μὲν*, *ἃ πρότερον ἔχοντες* ΑΠΕΒΑΛΟΝ, *αὖθις εὑρίσκȣσι*, *Qui aliquid inueniunt*, *aut prius amiſſum reperiunt denuo*. Ibid. C, *ἅπερ* ΑΠΕΒΑΛΕΝ *εὑρίσκει*, *quae amiſerat inuenit*. De Abrah. p. 382. C, *ȣ̓δένα τω̃ν συνόντων* ΑΠΕΒΑΛΕ, *ſuos ad vnum omnes incolumes reduxit*. Ibid. p. 385. B, *τοιαύτην* (*γυναι̃κα*) ΑΠΟΒΑΛΩΝ *κοινωνὸν τȣ̃ σύμπαντος βίȣ*, *amiſſa tali vitae ſocia*. De Spec. legg. p. 808. E, *ὁ μὲν τὰς ὄψεις* ΑΠΟΒΑΛΩΝ *ȣ̓ κεκώλυται βιȣ̃ν* · [f. *βίȣ*] *Viſu orbatus poteſt nihilominus viuere*. De Exſecr. p. 935. E, *οἷα μήτηρ φιλόϛοργος*, *οἰκτιει̃ται μὲν υἱȣ̀ς καὶ θυγατέρας*, *ἃς* ΑΠΕΒΑΛΕΝ, *Vt mater amantiſſima miſerabitur filios filiasque amiſſas*. Lib. de Incorrupt. mund. p. 951. A, *θνητὸν μὲν ἀθανασίας μεταλαχει̃ν εἰκός ἐϛιν*, *ἀφθαρσίαν δὲ θεȣ̀ς* ΑΠΟΒΑΛΕΙΝ *ἀδύνατον* · *fieri quidem poteſt*, *vt mortalis immortalitate potiatur*, *ſed deos hanc amittere*, *poſſibile non eſt*.

eſt. Sic dicitur de Somn. p. 1147. C, χῶραι — ὧν ἀρχαὶ κατελύθησαν, ȣ̓ παλαιὰς καὶ μεγάλας εὐδαιμονίας ΑΠΕΒΑΛΟΝ; *regiones — ſolutis imperii vinculis, nonne antiquae et ingentis felicitatis iacturam fecerunt?* Quae apud Petronium c. 74. occurrit forma, *animam abiicere*, i. vitam perdere, Graecae loquutioni exacte reſpondet.

v. 37. Μικρὸν ὅσον ὅσον) Huius formae exemplum praebet Philo in Leg. ad Cai. p. 1029. B, ΜΙΚΡΟΝ ΟΣΟΝ ἐπισχών, *breui mora interiecta.* Et p. 1030. C, ΜΙΚΡΟΝ ΟΣΟΝ τὴν κεφαλὴν ἐπάρας. 3. Alleg. p. 1099. E, ἐπειδὰν ὁ νȣ̃ς ΜΙΚΡΟΝ ΟΣΟΝ ἑτέρῳ νοητῷ προσενεχθῇ, *cum mens tantillum alteri intelligibili attenta fuerit.*

v. 38. Καὶ ἐὰν ὑποςείληται) Hebraicum verbum עפל ab Alexandrinis Interpretibus recte redditum eſſe per ὑποςέλλεσθαι, nec opus eſſe correctione Hebraici textus, demonſtratum ſatis eſt a Viris doctis, POCOCKIO, PEARSONIO, aliis, quorum diligentia in his verbis illuſtrandis elaborauit. Eſt autem ὑποςέλλεσθαι, *metu, timore, verecundia* etiam, *ſe ſubducere.* Quae poteſtas obtinet locum Philonis, vbi de Moſe, mandata dei ad Pharaonem deferre, propter ingenuum quendam pudorem et rei grauitatis cogitationem nolente, legitur lib. 1. Vit. eius p. 615. B, νομίσας τὴν ἀνθρωπίνην λογιότητα κατὰ σύγκρισιν τῆς ἀληθείας ἀφωνίαν εἶναι καὶ ἅμα τὴν φύσιν εὐλαβὴς ὤν, ΥΠΕΣΤΕΛΛΕΤΟ τοῖς ὑπερόγκοις, *ratus mutam eſſe humanam eloquentiam cum veritate collatam, et verecundo ingenio praeditus, ſubtraxit ſe grauiori negotio.* Haec verbi Medii ſignificatio facile intellegi poteſt ex Actiui notione, quam ſe minus noſſe, nec in aſſiduo quodam ſcriptore obſeruaſſe ingenue fatetur DRESIGIUS Comment. de V. M. Nou. F. I, 104. Sed ſalua res eſt.

Ὑποςέλλω eſt *occulto, auerto, deprimo aliquid*, vnde ὑποςέλλομαι, *occulto, retraho, ſubduco memet ipſum.* Iuuat Philonem audire de Leg. ad Cai. p. 1002. B, πατέρες ἰδιῶται γενομένων ἐν ἀρχαῖς μεγάλαις καὶ ἐν ἐσίαις υἱῶν ΥΠΟΣΤΕΛΛΟΥΣΙΝ, ἀγαπητῶς φερόμενοι τὰ δευτερεῖα, *Patres priuati, filiis ad magiſtratus et opes prouectis vltro cedunt, libenterque ſecundas ferunt*, vbi ὑποςέλλειν intellecto ἑαυτὸν eſt idem quod ὑποςέλλεσθαι. Hinc explicandus Paullus ad Galat. II, 12. Ibid. p. 1005. C, ὡς δέον τὰ μὲν ἀγαθὰ ὀρέγειν ἐξ ἑτοίμε — τὰς δὲ κολάσεις ΥΠΟΣΤΕΛΛΕΙΝ, *Quod deceat bona praebere promte, poenas vero ſupprimere.* Et p. 1020. A, τοῖς μεγάλοις τὰ βραχέα, καὶ τοῖς κοινοῖς τὰ ἴδια ΥΠΟΣΤΕΛΛΕΙΝ ἀναγκαῖον, *magnis parua, publicis priuata poſtponere neceſſe eſt.* Notionis *diſſimulandi, reticendi*, exempla dedimus ad Act. XX, 20.

Capvt XI.

v. 1. Ἐλπιζομένων ὑπόςασις) *Rerum ſperandarum fiducia.* Ὑπόςασις ab ὑφίςασθαι ducitur, quod verbum ſenſu philoſophico et ontologico ſignificat id, *quod naturam ac eſſentiam rei ingreditur.* Sic occurrit apud Philonem de Conf. lingu. p. 348. A, παρακαλέσαιμ' ἂν μὴ ἐπὶ τέτων ςῆναι, μετελθεῖν δὲ ἐπὶ τὰς τροπικὰς ἀποδόσεις, νομίσαντας, τὰ μὲν ῥητὰ τῶν χρησμῶν σκιάς τινας ὡσανεὶ σωμάτων εἶναι, τὰς δ' ἐμφαινομένας δυνάμεις τὰ ΥΦΕΣΤΩΤΑ ἀληθείᾳ πράγματα· *Admonitos cupio ne hactenus proceſſiſſe contenti ſint, ſed tranſeant ad tropologiam, exiſtimando, diuina oracula eſſe umbras quasdam corporum, quae autem per eas ſignificantur eſſe res veriſſimas.* In ſenſu populari, *perpeti, perferre*, vt, νόσον ὀφθαλμῶν χαλεπὴν ΥΠΟΣΤΑΝΤΕΣ de Dec. p. 754. B, et: ἀποκοπὴν ῥημάτων, μᾶλλον δὲ καὶ ἀφωνίαν ΥΠΟΣΤΗΝΑΙ παντελῆ. Eſt autem in ſpe patientia. Ὑπόςασις habent

Alexan-

Alexandrini Ruth I, 12. pro Hebr. תִּקְוָה; et Prou. XI, 7. pro eodem ἐλπίς. Habent et Pſ. XXXIX, 7. pro תּוֹחֶלֶת.

Οὐ βλεπομένων) Τὰ βλεπόμενα ſunt *quae viſu oculorum percipimus:* τὰ φαινόμενα dicuntur mox v. 3. et ſic Philo de Conf. ling. p. 345. B, dicit τὸν ΦΑΙΝΟΜΕΝΟΝ κόσμον, *mundum viſibilem.*

v. 6. Πιστεῦσαι γὰρ δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ) h. e. εὐαρεστήσαντα τῷ Θεῷ. Exprimitur Hebraicum התהלך את יהוה Geneſ. V, 22. Memorabilis eſt locus Philonis de mund. Opif. p. 33. C; vbi Adamum recens creatum dicta factaque omnia refert eo retuliſſe vt patri et regi ſuo gratificaretur, ἑπόμενος αὐτῷ κατ' ἴχνος ταῖς ὁδοῖς, ἃς λεωφόρους ἀνατέμνουσιν ἀρεταί· δι' ὧν μόναις ψυχαῖς θέμις ΠΡΟΣΕΡΧΕΣΘΑΙ, τέλος ἡγουμέναις τὴν πρὸς τὸν γεννήσαντα Θεὸν ἐξομοίωσιν, *ſequendo eum iisdem veſtigiis, qua virtutes viam muniunt, per quas ſolis animabus incedere fas eſt eum finem affectantibus, vt genitori deo ſimiles reddantur.*

v. 7. Κατεσκεύασε κιβωτὸν) Κατασκευάσασθαι de nouo opere dicitur, vt alias ἐγείρειν, quod Hebraico הקים reſpondet. Apud Philonem de mund. Opif. κατασκευὴ τοῦ ἀνθρώπου, τῶν ζώων aliquoties, et ἡ τοῦ σώματος ΚΑΤΑΣΚΕΥΗ p. 33. D, λίθων καὶ ξύλων ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΙ de Abrah. p. 369. E.

v. 11. Σάῤῥα δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβε) Καταβολαὶ σπερμάτων praeter de Opif. mund. p. 30. C, vbi tam hominibus, quam plantis attribuuntur, etiam in Leg. ad Cai. p. 999. E, nominantur, vbi Caius, ſibi, qui ab ineunte aetate optima diſciplina fuerit vſus, monitoribus opus eſſe negans inducitur, χωρὶς τοῦ κἀν ταῖς πρώταις τῶν ΣΠΕΡΜΑΤΩΝ ΚΑΤΑΒΟΛΑΙΣ εἶναι τινὰς δυνάμεις βασιλικὰς τῶν ἡγεμονικῶν, *praeter id, quod in prima ſeminis effuſione ſint quaedam regiae virtutes, imperio fungentibus.* In libro

de Temul. p. 271. B. etiam forma, ΣΠΕΡΜΑΤΑ ΚΑΤΑΒΑΛΛΕΣΘΑΙ habetur. Sed diſputari ſolet, an etiam feminis ſeminis emiſſio tribui poſſit. At enim vero, iſtae quaeſtiones alia interpretandi ratione, non contemnendis veritatis ſuae fundamentis fulta, euitari poterunt. Σπέρμα de *progenie*, *ſobole*, inprimis de *filiis* dici, tritum eſt. v. Luc. XX, 28. etc. Καταβολὴ autem denotat *initium*, *principium*, veluti ΚΑΤΑΒΟΛΗ πυρετȣ͂, *febris acceſſio* de reſip. No. p. 280. C, Leg. ad Cai. p. 1009. E. Quae loca cum aliis huc referendis, iam occupauimus ad Epheſ. I, 4. Latini dicunt *fundare domum*, *thalamum*, *familiam*, vt docet DRAKENBORCH. ad Silium II, 65. Nec aliter καταβάλλειν dicitur in verſionibus Graecis Geneſ. IV, 25. vbi, cum Eua parit Sethum, Moſes cauſſam nominis explicat, quod illa dixerit: שָׁת־לִי אֱלֹהִים זֶרַע, κατέβαλέ μοι ὁ Θεὸς σπέρμα. v. Ven. ERNESTI Proluſio *de vanitate philoſophantium in interpretatione* etc.

v. 19. Αὐτὸν καὶ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο) Formam ἐν παραβολῇ, *in ſummo diſcrimine*, aequipollere τῷ παρ' ἐλπίδα, παραδόξως, dubitandum non eſt; poterat etiam dici, ἀπογνωσθέντα, quemadmodum Philo de Ioſeph. p. 559. D, τίς γὰρ ἂν γένοιτο πατρὶ δωρεὰ μείζων, ἢ τὸν ΑΠΟΓΝΩΣΘΕΝΤΑ ΚΟΜΙΣΑΣΘΑΙ; *quod enim maius patri donum contingat, quam deploratum recipere?* Κομίσασθαι eſt *recipere*, non, vt CARPZOVIUS Exercitatt. ad Cap. X, 36. putat, *certo*, *omnino* aliquid *impetrare*, ſed ſimpliciter. Et, quoniam in his explicandis eidem libro idonea exempla deſunt, en, quos praeter ſuperiorem, ſane quam adpoſitiſſimum, adhuc in promtu habuimus locos, adſcripſimus. De Cher. p. 127. E, τῷ δεσπότῃ νόμος, ὅταν θέλῃ τὰ ἑαυτȣ͂ ΚΟΜΙΖΕΣΘΑΙ, *Mos eſt domini, recipere ſua, quando ipſi viſum fuerit.* Lib. de Ioſeph. p. 556. C, de fratribus Ioſephi, τὰ ἀποβάντα αἰσίων τελειότερα εὐχῶν — τὸ ΚΟΜΙΣΑΣΘΑΙ τὸν

ἀδελφὸν

ἀδελφὸν ἀνύβριςον, μηδενὸς ἐντυχόντος καὶ δεηθέντος, *iis omnia ſupra votum euenerant — quod receperunt fratrem illaeſum, nullo deprecante.* Add. de Char. p. 702. D. Vulgaris ſententia haec eſt, vt ſenſus ſit, *recepit eum ita, vt eſſet typus morituri Meſſiae*, quae cur probari non poſſit, rationes hae ſunt. Primum, Iſaacus, quia nec vere mortuus eſt, nec vere in vitam reſtitutus, commode dici typus Chriſti non poteſt. Deinde, non eſt additus genitiuus: deberet enim eſſe ἐν παραβολῇ Χριςοῦ· denique illud καὶ eſt frigidum. Alii auctoribus LAMB. BOSIO atque ALBERTO forte interpretentur, *in ſimilitudine*, hoc eſt, *eum quaſi ex morte recepit*, verum eodem iſta vitio laborant: non eſt adiectum aliud nomen in caſu ſecundo. GROTII ſententia, qua ἐν παραβολῇ comparatur cum Hebraico בְּמָשָׁל vt ſenſus ſit, *per imaginem quandam reſuſcitationis ex mortuis*, etſi melior ſit, tamen et ipſi illud καὶ obſtat, niſi forte ad ἐκομίσατο referatur, quod durum eſt.

v. 25. Ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν) Sic Philo lib. Quis rer. diu. her. p. 516. E, τὴν τῶν παθῶν ΑΠΟΛΑΥΣΙΝ, *affectuum vſum*, dicit.

v. 26. Ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν) *Reſpiciebat enim praemium: rationem habebat remunerationis.* Liceat et nobis elegantem huius verbi ſignificationem exemplis e Philone petitis illuſtrare, apud quem eodem ſenſu ſaepius dicitur ἀπιδεῖν. De Opif. p. 4. B, ΑΠΟΒΛΕΠΩΝ εἰς τὸ παράδειγμα, *reſpiciens exemplum.* De Spec. legg. p. 792. E, commemorans damna, quae veneficorum fraudibus familiis numeroſiſſimis illata ſint, addit, εἰς ἅπερ οἶμαι πάντ' ΑΠΙΔΩΝ ὁ ἡμέτερος νομοθέτης, οὐκ ἐᾷ τὰς φαρμακευτῶν εἰς ὕςερον ἀναβάλλεσθαι δίκας, *ad quae omnia vt arbitror RESPICIENS noſter legislator, non ſinit procraſtinari veneficorum ſupplicia.* De Vict. off. p. 852. A, vbi

vbi dicit, cauſſam, cur a ſacrificiis fermentum abeſſe debuerit, hanc fuiſſe, vt nemo accedens ad aram ſuperbia vteretur, *ἀλλ' εἰς τὸ τȣ͂ θεȣ͂ μέγεθος* ΑΠΟΒΛΕΠΩΝ *αἴσθησιν λαμβάνῃ τῆς περὶ τὸ γεννητὸν ἀσθενείας*, *ſed RESPICIENS dei magnitudinem, creaturae imbecillitatem adgnoſcat*, quandoquidem et deus *ȣ̓ πρὸς τὰς ὑπερβολὰς τȣ͂ κράτȣς αὐτȣ͂ καὶ τὰς ἐξȣσίας* ΑΠΙΔΩΝ, *ἀλλὰ πρὸς τὴν σὴν ἀσθένειαν, μεταδίδωσι τῆς ἵλεω δυνάμεως αὐτȣ͂*, *non ad immenſam ſuam potentiam, ſed tuam infirmitatem reſpiciens, ſuam benignitatem largitur.* De Nom. Mut. p. 1070. C, *ἀφ' ȣ͂ καὶ προγευςρίδα αὐτὴν [τὴν ὄσφρησιν] ἐκάλεσαν, εἰς τὴν ἐνέργειαν* ΑΠΙΔΟΝΤΕΣ, *vnde praeguſtatorem appellarunt odoratum, reſpicientes effectum eius.* De Sept. et Feſt. p. 1177. C, *τὴν ἱερὰν ἑβδόμην, οἱ μὲν ὠνόμασαν παρθένον, εἰς τὴν ὑπερβάλλȣσαν ἁγνείαν* ΑΠΙΔΟΝΤΕΣ *αὐτῆς· Sacram hebdomada nonnulli nominarunt virginem, RESPECTV ad eximiam eius caſtitatem habito.* Senſu eodem *ἀφορᾷν*. De Agric. p. 188. A, *ὁ μὲν γῆς ἐργάτης πρὸς ἓν* ΤΕΛΟΣ *τὸν μισθὸν* ΑΦΟΡΩΝ, — *ȣ̓δεμίαν ἔχει φροντίδα τȣ͂ καλῶς ἐργάσασθαι· Operarius vnum finem SPECTANS mercedem, ſollicitus non eſt, quam bene operetur.* 2. de Vit. Moſ. p. 661. C, *πρὸς τὸ μέγεθος καὶ κάλλος τῆς ὅλης νομοθεσίας ἀκριβεστάτῃ ὄψει τῇ κατὰ διάνοιαν* ΑΠΙΔΩΝ, *ad magnitudinem pulchritudinemque totius legislationis, acutiſſimo mentis oculo RESPICIENS.* De Humanit. p. 699. B, Moſi haec verba tribuit, *ἄρχειν ἀνεδυόμην — εἰς τὸ μέγεθος* ΑΦΟΡΩΝ *τȣ͂ πράγματος*, *imperare recuſaui — magnitudinem rei RESPICIENS.* Ibid. p. 708. A, praecepiſſe deum ait, vt leniter tractent domini eos, qui mercede ſeruiant, *παραινῶν τοῖς τυγχάνȣσι τῆς διακονίας εἰς τὸ τῆς τύχης ἀτέκμαρτον* ΑΦΟΡΑΝ *καὶ λαμβάνειν αἰδῶ τῆς μεταβολῆς*, *adhortando, vt qui eorum miniſterio vtantur, incertae fortunae RATIONEM habeant*,

habeant, reuereanturque eius mutabilitatem. Leg. ad Cai. p. 1023. A, εἰς δὴ ταῦτα ΑΦΟΡΩΝ ὁ Πετρώνιος βραδὺς ἦν ἐγχειρητής· *Ad iſta* ſc. ad incredibile Iudaicae gentis erga templum religionesque ſtudium, *Petronius RESPICIENS, rem cunctanter aggrediebatur.* Caeterum comparandus eſt IENSIVS Lectt. Lucian. Lib. I. Cap. 10., TRILLER. Obſ. Crit. p. 448. ſq. qui docent ineſſe notionem admirationis; REISK. App. Crit. Demoſth. Vol. III. p. 1195. vbi explicatur: *operam rei nauare;* I. F. GRONOVIVS ad Liu. II, 22.

v. 32. Ἐπιλείψει γάρ με διηγούμενον ὁ χρόνος) Vſitatum in hac re verbum ponit Apoſtolus. Sic Philo I. de Vit. Moſ. p. 635. E, ΕΠΙΛΙΠΟΙ ἂν ὁ βίος τοῦ βουλομένου ΔΙΗΓΕΙΣΘΑΙ τὰ καθέκαστα, μᾶλλον δ' ἕν τι τῶν ὁλοσχερεστέρων μερῶν τοῦ κόσμου, *Vita non ſufficiat ei, qui velit ſingula enarrare, vel potius vnam integrarum partium mundi.* De Somn. p. 1116. D, ΕΠΙΛΕΙΨΕΙ ΜΕ ἡ ἡμέρα τὰς διαφορὰς τοῦ ἀνθρωπείου βίου ΔΙΕΞΙΟΝΤΑ, *Deficiet me dies vitae humanae differentias perſequentem.* De Merc. mer. non rec. p. 863. B, ΕΠΙΛΕΙΨΕΙ ΜΕ ἡ ἡμέρα, λέγοντα τὰ τῶν κατ' εἶδος ἀρετῶν ὀνόματα, *dies me deficeret percenſentem ſingularum virtutum nomina.*

Capvt XII.

v. 1. Ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα) Ὄγκος dicitur quidquid vel in corporibus craſſitie et mole, vel in oratione, inani verborum copia abundat, vel denique quod in vita, ad ſpeciem magis, quam ad vſum pertinet. Hoc modo ὄγκος εὐτυχίας habetur apud Philonem de Agric. p. 196. C, ἄδοξα καὶ ταπεινὰ τὰ τοιαῦτα, παρὰ τοῖς ΟΓΚΟΝ μὲν εὐτυχίας τὸν ἄνευ φρονήσεως περιβεβλημένοις, *Ingloria humiliaque videntur haec* [fateri, ſe gregibus paſcendis operam dare] *apud eos qui fortunatiores ſunt quam prudentiores.* Sic de

de exploratoribus terrae promiſſae 1. de Vit. Moſ. p. 638. E, οἱ δὲ τὸν ἁπάντων ὧν εἶδον ἀφαιρȣ̃ντες ΟΓΚΟΝ, παρεκάλȣν μὴ ἀναπίπτειν, *alii, quidquid viderant, eleuabant, hortando forti vt eſſent animo*; opponuntur τοῖς πάντα αἴρȣσι τῷ λόγῳ πρὸς τὸ μεγαλεῖον, *qui narrando omnia in maius attollerent.* In Flacc. p. 969. C, μείζονα τιμῆς καὶ εὐδοξίας ΟΓΚΟΝ ἢ σὺ περιβέβληται, *maiore, quam tu honoris et gloriae apparatu, ſeptus eſt*, quo iam loco vſus eſt ALEX. MORVS. De Leg. ad Cai. p. 994. C, ἐπὶ πλήρεσι τοῖς ΟΓΚΟΙΣ ἀπλήρωτοι ἐπιθυμίαι, *In copia maxima, inexplebiles cupiditates.* 2. Alleg. p. 69. D, μένȣσα ἐν τοῖς σωματικοῖς ΟΓΚΟΙΣ ἢ ταῖς κατὰ νȣ̃ν οἰήσεσιν, ἀζητήτως ἔχεις τῶν θείων, κἂν ἐπιμορφάζεις ὅτι ζητεῖς, *In mole corporea, vel animi opinionibus occupata, rerum diuinarum quaeſtione expers es, etiamſi eam ſimules.* Vnde in libro Quod deus ſit immut. init. p. 293. D, pro σαρκῶν ΟΧΛΟΝ, veriſſime legit σαρκῶν ΟΓΚΟΝ, MARKLANDVS ad Maxim. Tyr. Diſſ. XXI, 5.

Τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα) Pauca quaedam hic iis, quae in ſuperioribus notauimus, addamus ad hunc locum pertinentia. Philo lib. 1. de Vit. Moſ. p. 632. E, apud quem Iudaei de longitudine itineris in deſerto queruntur, πᾶσι τοῖς πλέȣσιν καὶ τοῖς πεζεύȣσιν ὅρος εἰς ὃν ἀφίξονται ΠΡΟΚΕΙΤΑΙ — μόνοις δ' ἡμῖν ἄβατος ἐρημία καὶ δυσοδία, *tum nauigationes, tum terreſtria itinera habent terminum aliquem propoſitum — ſoli nos vagamur per inuias ſolitudines.* De Congr. er. qu. gr. p. 448. B, ΤΟΝ ΑΓΩΝΑ τȣ̃ βίȣ διήθλησαν, *perdurauerunt in vitae CERTAMINE*, i. periculis et moleſtiis.

v. 3. Ἵνα μὴ κάμητε, ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι) Haec duo verba e palaeſtra et ab athletis recepta ſunt, qui dicuntur κάμνειν, ἐκλύεσθαι, ἀναπίπτειν, ἀπειπεῖν, *cum vel animi, vel corporis robore*

ac

ac viribus deſtituti, victas dant aduerſario manus palmamque concedunt. Vid. FABER in Agoniſticis. Hanc verbi vim illuſtrat, quod apud Philonem legimus lib. de Congr. erud. qu. gr. p. 448. A, vbi ſermo de iis, qui moleſtiarum viae pertaeſi in Aegyptum redire potius, quam terrae Cananaeae occupationem perſequi volebant, *οἱ μὲν γὰρ* ΠΡΟΚΑΜΟΝΤΕΣ *ἀνέπεσον, βαρὺν ἀντίπαλον ἡγησάμενοι τὸν πόνον, καὶ τὰς χεῖρας ὑπ' ἀσθενείας ὥσπερ ἀπειρηκότες ἀθληταὶ καθῆκαν, multi nimis cito defeſſi ſunt, laborem grauem aduerſarium non ferentes, manus prae languore demittentes, ſicut athletae qui de victoria deſperant.* Lib. 1. de Vit. Moſ. p. 609. A, de Moſe Iudaeos laboribus preſſos, ad conſtantiam excitante: *παραινῶν — μὴ* ΣΥΓΚΑΜΝΕΙΝ *τὰς ψυχὰς τοῖς σώμασιν, admonendo — ne animis deficerent vna cum corporibus.* Lib. 3. de Vit. Moſ. p. 690. E, Iudaeos ad maris ingreſſum a Pharaone territos, hortatur Moſes: *θαῤῥεῖτε, μὴ* ΑΠΟΚΑΜΝΕΤΕ, *στῆτε ταῖς διανοίαις μὴ κραδαινόμενοι, eſtote bono animo, deficere nolite, ſtate imperterritis et inconcuſſis animis.* De Migr. Abr. p. 422. E, *ἐὰν μέντοι σκοπούμενος μὴ ῥαδίως καταλαμβάνῃς ἃ ζητεῖς, ἐπίμενε μὴ* ΚΑΜΝΩΝ, *Quodſi quaeſita non ſtatim ſe offerent, inſta, et deficere noli.* Iam vero *ἐκλύεσθαι, deficere, frangi,* de quo conferantur, quae ad Galat. VI, 9. obſeruauimus. Adde de Ioſeph. p. 535. D, *ὑφ' ὧν* [*τέρψεων*] *οἱ τόνοι τοῖς διανοίας χαλῶνται, καὶ τρόπον τινὰ τὰ νεῦρα τῆς ψυχῆς* ΕΚΛΥΕΤΑΙ, *Quibus* [voluptatibus] *mentis vires relaxantur et nerui animi quodammodo ſoluuntur.* De Char. p. 702. E, *τοὺς τόνους ὑπὸ λύπης* ΕΚΛΥΘΕΙΣ, *prae triſtitia laſſus.*

v. 4. *Μέχρις αἵματος*) Fere ſic vt apud Philonem de Ioſ. p. 530. B, Iacobus dicitur ΑΧΡΙ *καὶ* ΨΥΧΗΣ *ἐπιβουλευόμενος, vsque ad vitae periculum petitus inſidiis.*

v. 6.

v. 6. Ὃν παραδέχεται) *Qui ei placet: quem amat, diligit.* Conſ. Luc. XV, 2. vbi προσδέχεσθαι eſt hoc intellectu. Sic prorſus apud Philon. 3. de Vit. Moſ. p. 695. B, ȣ̓κ ἐπειδήπερ ἔμελλεν — ἱερȣργίας ἀσεβῶν ΠΑΡΑΔΕΧΕΣΘΑΙ, *non quod — eſſet ſacris improborum gauiſurus.* Δέξασθαι θυσίαν dixit Ariſtoph. Nub. 273.

v. 7. Ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ θεός·) *Agit vobiſcum deus tanquam cum liberis.* Hoc ſenſu eſt obvium apud optimum quemque auctorem, Demoſthenem quidem ſaepiſſime, vt Ind. REISK. docet, quibus accenſendus eſt Philo de Temul. p. 249. C, εὐπρεπὲς εἶναι νομίζοντες τοῖς θεραπευταῖς τȣ̃ νόμȣ σοφȣ̃ γενησομένοις, πάντων ὅσα γένεσιν εἴληχεν ἀλλοτριȣ̃σθαι, καὶ πᾶσιν ὡς ἐχθροῖς καὶ δυσμενεστάτοις ΠΡΟΣΦΕΡΕΣΘΑΙ, *Quod exiſtiment decorum eſſe ſapientis legis cultoribus, alienare ſe ab omnibus rebus genitis easque habere pro hoſtibus.* In Flacc. p. 966. A, inter inſtituta Flacci haec commemorat, τὰς ἑταιρείας καὶ συνόδȣς — διέλυε, τοῖς ἀφηνιάζȣσιν ἐμβριθῶς καὶ εὐτόνως ΠΡΟΣΦΕΡΟΜΕΝΟΣ, *Sodalitia et conuenticula ſuſtulit, contumaces ſeuere ac rigide TRACTANS.*

v. 11. Καρπὸν εἰρηνικὸν — ἀποδίδωσι δικαιοσύνης) *Inde enaſcitur ſaluberrimus fructus, probitas.* ΚΑΡΠΟΝ σωτήριον, *ſalubrem fructum*, dicit Philo de Creat. princ. p. 727. B, αἱ τῶν ἀρχηγετῶν τȣ̃ ἔθνȣς περιμάχητοι ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΑΙ καὶ ἀρεταὶ — ἀειθαλέα ΚΑΡΠΟΝ φέρȣσαι τοῖς ἀπογόνοις ΣΩΤΗΡΙΟΝ· *Inclita PROBITAS et virtus primorum gentis auctorum, ſemper recentem ferens poſteris ſalubrem FRVCTVM.* Sic ἀναδιδόναι καρπὸν, alias φέρειν, terra dicitur apud Philonem de Somn. p. 680. A, τροφῆς ἀναγκαίας ἄπορος ȣ̓δεὶς, ἄχρις ἂν πηγαὶ ἀναβλύζωσι ποταμῶν — γῆ δὲ τȣ̀ς ἐτησίȣς ΑΝΑΔΙΔΩΣΙ ΚΑΡΠΟΥΣ, *Alimenta neceſſaria deſunt nemini, quamdiu fluuii manant e fontibus — terraque fructus reddit annuos.*

v. 12.

v. 12. Διὸ τὰς παρειμένας χεῖρας καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἀνορθώσατε) Apoſtolus iterum his verbis ad rem palaeſtricam reſpexiſſe videtur. Nam athletis et luctatoribus, *cum ita fracti et debilitati ſunt, vt nec manus nec pedes officium faciant*, παρειμέναι χεῖρες et παραλελυμένα γόνατα commode tribuuntur. Sed dicitur etiam de quacunque laſſitudine corporis. Lib. I. de Vit. Moſ. p. 630. E, τά τε σώματα ΠΑΡΕΙΝΤΟ, *defecerunt corporibus*, ſ. Iudaei inopia aquae laborantes. Deinde refertur ad animum. Non praetereundus Philonis locus de Ioſeph. p. 557. B, vbi de fatribus Ioſephi, propter repertum inter ſarcinas ſuas ſcyphum, ſe purgare conantibus, dicitur: ΠΑΡΕΙΜΕΝΟΙ δ' ὅμως ὑπὲρ τοῦ μὴ δοκεῖν ἁλισκόμενοι τῷ συνειδότι καθησυχάζειν, πῶς, ἔφασαν ἀπολογησόμεθα καὶ πρὸς τίνα; *Perculſi quamuis, tamen ne viderentur conſcientia facti ſilere, quomodo, inquiunt cauſſam dicemus aut apud quem?* In Flacc. p. 966. E, vbi audita nepotis Tiberii caede, iuſſu Caii Caeſaris facta, vehementer exterritum fuiſſe Flaccum memorat, ἀλέκτῳ πληγῆς συμφορᾷ καταβαλὼν αὐτὸν ἀχανὴς ἔκειτο, τῆς διανοίας πολὺ πρότερον ἀπειρηκυίας καὶ ΠΑΡΕΙΜΕΝΗΣ αὐτῷ· *perculſus grauiſſimo caſu humi mutus iacuit, animo longe ante deficiente et deliquium paſſo.*

v. 14. Οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον) *Qua ſine nemo ad deum veniet.* Sic Matth. V, 8. ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. Eſt Hebraica dicendi forma, cuius vim intelligere docet Philo, qui de Ioſ. p. 554. A, quod exſtat in Hebraico textu Geneſ. LXIII, 3. לֹא־תִרְאוּ פָנַי his verbis expreſſit: τὸν γὰρ τῆς χώρας ἐπίτροπον ἀπηγορευκέναι δίχα τούτου παραγενέσθαι, *nam rei frumentariae praefectum vetaſſe eos ſine hoc aduenire.*

v. 17. Μετανοίας γὰρ τόπον οὐχ εὗρε) *Nullus ei dabatur ad poenitendum regreſſus.* Sic vertam verbis

Taciti Ann. IV, 11. Μετάνοια vt apud Latinos *poenitentia*, pro *mutatione facti* dicitur. Sed Eſaui factum erat eiusmodi, vt poenitentiam non reciperet, nec mutari poſſet. Eodem ſenſu δέχεσθαι μετάνοιαν dicitur apud Philonem de ſimili facto, de caede Abelis a Caino peracta libr. Quod det. pot. inſ. p. 172. E, τῷ δὲ μὴ ΔΕΧΟΜΕΝΩι ΜΕΤΑΝΟΙΑΝ Καΐν δι' ὑπερβολὴν ἄγους ἀδελφοκτονίας, οἰκειοτάτας ἀρὰς τίθεται· *Caino POENITENTIAM NON RECIPIENTI, propter immanitatem ſceleris fratricidii exſecrationes infligit* [lex] *conuenientiſſimas.* Nam de Nob. p. 907. B, Eſauum ait ΜΕΤΑΝΟΕΙΝ εὐθὺς ἐφ' οἷς ἐξέστη, *poenitere ſuae ceſſionis.* Inprimis de Monarch. p. 819. C, οὐδ' ἀναχώρησιν ἑαυτοῖς πρὸς ΜΕΤΑΝΟΙΑΝ ἀπολιπόντες, *ne quidem ſibi regreſſum ad poenitentiam relinquentes.*

v. 26. Σείω) Denotat *commutationem ſtatus et conditionis*, qua notione διακινεῖν dicitur apud Philonem I. de Vit. Moſ. p. 619. D, cum tradit, quae deinceps peſtes perniciosae fuerint Aegypto: ἤρξατο δὲ πρότερον τὸν ἀέρα ΔΙΑΚΙΝΕΙΝ, *Aerem primum turbare coepit.*

Capvt XIII.

v. 2. Ξενίσαντες) Reſpicit Abrahamum quem angelos hoſpitio excepiſſe nouimus, de quo Philo de Abr. p. 368. D, ἡνίκα μὲν γὰρ ὁ σοφὸς ἱκετεύει τοὺς ἐοικότας ὁδοιπόροις τρισὶ, ΞΕΝΙΣΘΗΝΑΙ παρ' αὐτῷ, *Cum ille ſapiens ſuppliciter orat, tres viatoribus ſimiles, vt ſuo velint vti hoſpitio.* Et mox: ἡνίκα δὲ ΞΕΝΙΖΟΜΕΝΟΙ φιλοφρονοῦνται, *cum hoſpitio comiter vtuntur.* At antiqui Grammatici formam ξενίζεσθαι minus elegantem eſſe tradunt, quam alteram ξενοῦσθαι.

v. 17. Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπείκετε) Verba haec ita diſtinguunt, vt πείθεσθαι ſit *credere;*

ὑπείκειν autem *obſequi.* Quo ſenſu reperitur apud auctorem noſtrum lib. 1. de Vit. Moſ. p. 626. D, ὑπήκουεν ὡς δεσπότῃ τῶν στοιχείων ἕκαστον — ταῖς προστάξεσιν ΥΠΕΙΚΟΝ, *elementa ſingula obediebant ut domino — iuſſis obſecuta.* De Spec. Legg. p. 777. D, χερσαῖά τε γὰρ καὶ πτηνὰ καὶ ἔνυδρα πάντα διὰ πάντων τοῖς ἐπιτάγμασιν αὐτῆς [τῆς ἡδονῆς] ΥΠΕΙΚΕΙ, *terreſtria, volucria et aquatilia omnia, imperio voluptatis OBSEQVVNTVR.* De Decal. p. 753. D, μὴ ὑποκατακλινόμενοι μηδ' ΥΠΕΙΚΟΝΤΕΣ ταῖς τῶν πολλῶν ἀρεσκείαις, *non ſubmittendo vel obſequendo multorum religionibus*, nam Interpres videtur legiſſe, vel legendum putaſſe, θρησκείαις.

v. 22. Ἀνέχεσθε τοῦ λόγου τῆς παρακλήσεως) Non opus eſt coniectura PRICAEI ἀντέχεσθε legendum exiſtimantis, cum illud verbum probum bonumque ſit. Huc omnino pertinet Philonis e libro Quod omn. prob. lib. p. 870. D, locus, καὶ πῶς πατρὸς μὲν ἢ μητρὸς ἐπιταγμάτων παῖδες ΑΝΕΧΟΝΤΑΙ· γνώριμοι δὲ ὧν ἂν ὑφηγηταὶ διακελεύωνται· *At quomodo patris matriſue praecepta pueri SVSTINENT, aut diſcipuli ea, quae magiſtri iubent.*

IN EPISTOLAM IACOBI.

CAPVT I.

v. 4.

Ινα ἦτε τέλειοι καὶ ὁλόκληροι) Haec nomina de donis et ſacrificiis dici, plurima Philonis loca comprobant. De Cherub. p. 124. C, κἂν μέν τι τῶν θρεμμάτων μὴ ΠΑΝΤΕΛΕΣ καὶ ΟΛΟΚΛΗΡΟΝ εὑρίσκεται, ἔξω περιῤῥαντηρίων ἀπελαύνεται· *Si quam pecudem animaduertant parum integro corpore, eiiciunt extra purificatum adſperſione templi ſpatium.* De Victim. p. 836. A, πάντα δ' ΟΛΟΚΛΗΡΑ περὶ μηδὲν μέρος κηραίνεται τὰ τοῦ σώματος, ὅλα δι' ὅλων ἀσινῆ, μώμων ἀμέτοχα· *Requiruntur autem integra omnia, illaeſa partibus omnibus corporis et maculis naeuisque carentia.* Et p. 838. A, νόμος θυσίαν κελεύει ΟΛΟΚΛΗΡΟΝ καὶ ΠΑΝΤΕΛΗ ΟΛΟΚΛΗΡΩι καὶ ΠΑΝΤΕΛΕΙ θεῷ, *Lex victimam praecipit deo perfecto et conſummato, perfectam et ipſam et conſummatam.* Quin etiam easdem voces de animi integritate vſurpat de Vict. extr. p. 846. E, vbi rationem reddit cur deo eiusdem generis animalia, aries, agnus agnaque in ſacrificiis placuerint, ὅτι ἀδελφαί εἰσιν αἱ τρεῖς ἰδέαι τῶν θυσιῶν τῷ καὶ τὸν μετανοοῦντα σώζεσθαι, καὶ τὸν σωζόμενον ἐκ τῶν ψυχικῶν ἀῤῥωστημάτων μετανοεῖν καὶ ἑκάτερον σπεύδειν πρὸς ΟΛΟΚΛΗΡΟΝ καὶ ΠΑΝΤΕΛΗ διάθεσιν, ἧς ἡ ὁλόκαυτος θυσία σύμβολον· *Quod germanae ſint tres hae ſacrificiorum notiones, quia et poenitens ſeruatur, et ſeruatus ex morbis animi ad frugem redit, vterque autem properat*

ad

ad integram perfectamque conditionem, quae indicatur holocautomatis ſymbolo. Huc porro pertinet Quis rer. diu. her. p. 496. E, οὐκοῦν καὶ ἐνταῦθα παραίνεσις, μὴ ἑαυτοῖς ἀλλὰ θεῷ λαμβάνειν, τίς τέ ἐστιν ὁ διδοὺς ἐξετάζοντας, καὶ τὰ δοθέντα μὴ δινουμένους, ἀλλ' ἀσινῆ τε καὶ ἄμωμα ΤΕΛΕΙΑ τε αὖ καὶ ΟΛΟΚΛΗΡΑ διαφυλάττοντας· *Hic quoque praecipitur vt non ſibi, ſed deo ſumant, examinando dantis animum magis quam donum, et conſeruando illaeſa atque integra.* Eſt etiam vbi de ſacerdotibus dicatur, veluti de Agric. p. 206. B, ἄτοπον ἱερέων μὲν πρόνοιαν ἔχειν ὡς ΟΛΟΚΛΗΡΟΙ τὰ σώματα καὶ ΠΑΝΤΕΛΕΙΣ ἔσονται, τῶν δὲ καταθυομένων ζώων ὡς οὐδὲν οὐδεμιᾷ τὸ παράπαν, ἀλλ' οὐδὲ τῇ βραχυτάτῃ χρήσεται ΛΩΒΗι. — τὰς δὲ περὶ Θεοῦ δόξας ἐν ταῖς ἑκάστων ψυχαῖς ἐπισυγκεχύσθαι, *Abſurdum eſt enim de ſacerdotibus ſollicitum eſſe, vt integro ſint corpore, itemque de victimis vt nulla prorſus, ne minima quidem contactae ſint labecula; — opiniones autem de deo confuſas eſſe.* Alibi iterum tranſlate vt, Quis rer. diu. her. p. 493. A, τὸ εἰς εὐδαιμονίαν ΟΛΟΚΛΗΡΟΝ καὶ ΠΑΝΤΕΛΗ, *ad perfectam et integram felicitatem conducens.* Hinc plane apparet, non eſſe, cur WOLFIO nimis longe petita videantur, quae de victimarum et ſacerdotum integritate viri docti obſeruaſſent.

Ἐν μηδενὶ λειπόμενοι) Λείπεσθαι vel ἀπολείπεσθαι, *relinqui, diſtare, procul eſſe,* videtur reſpectum habere ad eos, qui currendo vincuntur. Eadem ratione vſus eſt Philo 3. de Vit. Moſ. p. 682. C, ἐν κόσμῳ βασίλειον μὲν ἱερώτατον οὐρανὸς, ἐσχατιὰ δὲ γῆ, καθ' ἑαυτὴν μὲν ἀξιοσπούδαστος, εἰς δὲ σύγκρισιν ἰοῦσα αἰθέρος ΑΠΟΛΕΙΠΟΜΕΝΗ τοσοῦτον, ὅσον σκότος μὲν φωτὸς, νὺξ δ' ἡμέρας, φθορὰ δ' ἀφθαρσίας, καὶ θνητὸς θεοῦ, *In mundo caelum eſt regia ſacratiſſima, terra vero extremitas regni, per ſe ipſam quidem admiratione digniſſima,*

 ſed

ſed tamen cum aethere non conferenda, a quo tantum diſtat, quantum a lumine tenebrae, nox a die, corruptio ab integritate, mortalis a numine.

v. 5. Εἰ δέ τις ὑμῶν λείπεται σοφίας) Verbum ἀπολείπεσθαι cum alio, quod eius vim vberius declaret coniungit Philo de Vit. Contempl. p. 901. B, vbi de auditore, qui legentis celeritatem ſubſequi non poſſit, ὁ νοῦς — ὑστερίζει καὶ ΑΠΟΛΕΙΠΕΤΑΙ τῆς καταλήψεως τῶν λεγομένων, *mens relinquitur et caret eorum quae dicuntur, perceptione.*

v. 6. Κλύδωνι θαλάσσης) Vt κλύδων τοῦ ὕδατος Luc. VIII, 24. et κῦμα θαλάσσης Anacr. Od. 37. Iudae Ep. v. 13. Philo ſolet coniungere cum σάλος. Habet et ipſe 1. Vit. Moſ. p. 609. A, ΚΛΥΔΩΝΑ ΘΑΛΑΤΤΗΣ, cui opponit ἡσυχίαν καὶ γαλήνην. De tropica ſignificatione vocum σάλος, κλύδων, vid. ABRESCH. Lectt. Ariſtaenet. p. 48.

v. 12. Ὅτι δόκιμος γενόμενος λείψεται τὸν στέφανον τῆς ζωῆς) Δόκιμος γενόμενος i. δοκιμασθείς. Verbum δοκιμάζεσθαι de athletis dicitur, qui arte ſua et Gymnaſiarcho et ſpectatoribus ſatisfaciunt. Quam in rem locus apud Philonem eſt de Ioſeph. p. 545. E, ἀθληταὶ δυνάμεσι καὶ ῥώμαις καὶ εὐεξίαις σωμάτων μέγα φρονοῦντες, ἀνενδοίαστον νίκην ἐλπίσαντες, ἐξαγώνιοι πολλάκις ἐγένοντο μὴ ΔΟΚΙΜΑΣΘΕΝΤΕΣ, ἢ καταστάντες εἰς τὸν ἀγῶνα, ἡττήθησαν, *athletae robore freti et bona corporis habitudine, dum certam ſibi pollicentur victoriam, vel excluſi ſunt e certamine, minus PROBATI, vel ingreſſi luctam, victi.*

v. 14. Ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος) Eleganti vtrumque verbum ſignificatione poſitum. Scilicet etiam ſic Philo vſurpauit de Mund. Opif. p. 38. C, ὁ δὲ (λογισμὸς) αὐτίκα ΔΕΛΕΑΣΘΕΙΣ, ὑπήκοος ἀνθ᾽ ἡγεμόνος — γίνεται, *Ratio ineſcata*

ineſcata continuo, ex regina, fit ſubiecta. Et paullo poſt, μαςϱοπεύϐσι αὐτῇ (τῇ ἡδονῇ) καὶ πϱοξενϐσι τὸν ἔϱωτα αἰσθήσεις, ἃς ΔΕΛΕΑΣΑΣΑ, ῥᾳδίως ὑπηγάγετο τὸν νϐν· *Sunt cupidinis ſequeſtri ſenſus, quos poſtquam ineſcarit, facile mentem ſubiugat.* De Agric. p. 202. E, ἓν ϐδὲν ἐςιν ὃ μὴ πϱὸς ἡδονῆς ΔΕΛΕΑΣΘΕΝ ΕΙΛΚΥΣΤΑΙ καὶ ἐμφέϱεται τοῖς πολυπλοκωτάτοις δικτύοις αὐτῆς, ἃ πολὺς διεκδῦναι πόνος· *Ne vnum quidem eſt, quod non ineſcatum a voluptate trahatur et implicetur eius multiplicibus caſſibus, quos ſine noxa pertranſire ingens labor eſt.* De Fortit. p. 742. C, ΔΕΛΕΑΖΟΥΣΙ τῆς νεότητος τὴν ὀλιγόφϱονα μοῖϱαν, *pelliciunt iuuenum leuiuſculorum partem.* Lib. Quod prob. lib. p. 888. E, εἰ πϱὸς ΕΠΙΘΥΜΙΑΣ ἐλαύνεται, ἢ ὑφ' ἡδονῆς ΔΕΛΕΑΖΕΤΑΙ, *Si concupiſcentia agitatur animus, aut voluptate allicitur.*

v. 15. Τίκτει) Eadem Metaphora frequens. ΤΙΚΤΕΙ γὰϱ κόϱος ὕβϱιν Theognidis eſt v. 153, quo vtitur Philo de Humanit. p. 714. D, de Spec. legg. p. 783. C.

v. 17. Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώϱημα τέλειον) Idem de donis diuinis affirmat Philo de Sacrif. Ab. et Cain. p. 138. E, Διαθήκη ἐςι θεϐ συμβολικῶς αἱ χάϱιτες αὐτϐ. θέμις δὲ ϐδὲν ΑΤΕΛΕΣ αὐτῷ χαϱίζεσθαι· ὥσθ' ὁλόκληϱοι καὶ ΠΑΝΤΕΛΕΙΣ αἱ τϐ ἀγεννήτϐ δωϱεαὶ πᾶσαι· *Teſtamentum dei figurate dicuntur eius gratiae. Nec eſt fas vt ille quidquam imperfectum largiatur. itaque INTEGRA ABSOLVTAQVE ſunt dona Nongeniti omnia.* De Agricult. p. 202. B, τὸ μὲν ϐν τῆς καϱτεϱίας γένος ἀγαθὸν καὶ οἰςικὸν ἀφθαϱσίας ΑΓΑΘΟΥ ΤΕΛΕΙΟΥ· *Fortitudo ad bonorum genus pertinet, et immortalitatem confert bonum perfectiſſimum.* Et p. 195. C, ἀμήχανον γὰϱ τῶν ἐπιβαλλόντων ἔνδειαν εἶναί τινος ἐπιςατϐντος θεϐ ΠΛΗΡΗ καὶ ΤΕΛΕΙΑ τ' ἀγαθὰ τοῖς ϐσιν ἅπασιν εἰωθότος χαϱίζεσθαι· *Fieri non poteſt, vt deſit commodum aliquod, vbi deus res moderatur, ſolitus plena perfectaque bona omnibus largiri.*

Ἀπὸ τῦ πατρὸς τῶν φώτων) Πατὴρ eſt *auctor, conditor.* Vt apud Philonem de Mund. Opif. p. 2. B. δέον, τῦ μὲν (θεῦ) τὰς δυνάμεις ὡς ΠΟΙΗΤΟΥ καὶ ΠΑΤΡΟΣ καταπλαγῆναι, τὸν δὲ (κόσμον) μὴ πλέον τῦ μετρίυ ἀποσεμνῆναι· *Oportebat huius, vt conditoris ac parentis admirari potentiam, illum non ſupra modum venerari.* De Charit. p. 799. C, ΠΟΙΗΤΗΣ τῶν ὅλων καὶ ΠΑΤΗΡ, *omnium effector et pater.* Et ſic in aliis locis. Similiter Ioſephus A. I. Prooem. §. 4. de deo, πάντων ΠΑΤΗΡ τε καὶ δεσπότης, *omnium auctor ac dominus.* Apollo *parens lyrae*, i. e. inuentor apud Horat. Od. I, 10, 6.

Παραλλαγὴ, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα) Propriis aſtrorum diſciplinae verbis vſus eſt Apoſtolus, ita tamen, vt pro παραλλαγὴ dicatur etiam μεταβολὴ, quod patet ex iis locis, vbi cum voce τροπὴ coniungitur, cuiusmodi ſunt de Temul. p. 253. A, μετεωρολογικὴ τὰ περὶ τὸν ἀέρα καὶ ὅσα κατὰ τὰς ΤΡΟΠΑΣ αὐτῦ καὶ ΜΕΤΑΒΟΛΑΣ, *Meteorologia* (diſputat) *de aëre varietatibusque eius et mutationibus.* De Congr. erud. quaer. gr. p. 439. A, ἐννέα ὁ κόσμος ἔλαχε μοίρας ἐν ὐρανῷ μὲν ὀκτὼ, τήν τε ἀπλανῆ, καὶ τὰς πεπλανημένας, ἐν τάξεσι φερομένας ταῖς αὐταῖς, ἐννάτην δὲ τὴν σὺν ὕδατι καὶ ἀέρι. τύτων γὰρ μία συγγένεια, ΤΡΟΠΑΣ καὶ ΜΕΤΑΒΟΛΑΣ παντοίας δεχομένων· *In nouem partes mundus diſtribuitur, octo in caelo ſupremum orbem et ſeptem reliquos errantium ſtellarum ſimiles curſus habentium: nonam autem terram cum aqua et aëre. Horum enim vna eſt cognatio, varias mutationes recipientium.* De Vit. Moſ. 1. p. 619. E, ταῖς θεριναῖς ΤΡΟΠΑΙΣ πλημμύρων ὁ ποταμὸς, *circa aeſtiuam conuerſionem exundans fluuius.* Ibid. p. 633. D, ταῦτα αἱ τῶν νεφῶν ἀπεργάζονται ΜΕΤΑΒΟΛΑΙ ταῖς χειμεριναῖς ΤΡΟΠΑΙΣ, *hoc genus nubes inuehunt hibernis tempeſtatibus.* Ἔαρος καὶ μετοπώρυ ΤΡΟΠΑΙ, *conuerſiones*

veris

veris et autumni de Char. p. 703. E. Latinis hac in re in vſu ſunt voces *conuerſio*, *flexus*: locos vide apud DVKERVM ad Flor. IV, 3, 8. Caeterum verba τροπῆς ἀποσκίασμα, vt recte WOLFIVS vidit, ſententiam habent hanc, vt ne *vmbram* quidem *mutationis* in natura diuina habere locum intellegatur. Suidas: τροπῆς ἀποσκίασμα· ἀντὶ τοῦ ἀλλοιώσεως καὶ μεταβολῆς ἴχνος καὶ ὁμοίωμα φαντασίας.

v. 18. Ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας) Ἀποκύειν, τοῦ τίκτειν ſynonymum, eſt *parere*, ſed hoc loco *gignere*, adeoque idem quod σπείρειν apud Philonem Alleg. II. p. 101. E, αὐτὸς γὰρ πατήρ ἐστι τῆς τελείας φύσεως, σπείρων ἐν ταῖς ψυχαῖς καὶ γεννῶν τὸ εὐδαιμονεῖν. *Nam ipſe eſt perfectae naturae genitor, ſemen iaciens in animos et generans felicitatem.*

Ἀπαρχήν τινα) Quae ſint ἀπαρχαὶ notum eſt, *primitiae, quae rei diuinae faciendae cauſſa offeruntur.* Sic dicuntur apud Philon. Leg. ad Cai. p. 1035. E, πυθόμενος ὀλιγωρεῖσθαι τὰς ἱερὰς ΑΠΑΡΧΑΣ, *cognito, quod neglegerentur ſacrae primitiae.* Et paullo poſt, εἶναι ταῦτα [τὰ συναγώγια] συνόδους — ἀνδρῶν ἐπιτηδευόντων ἀρετήν, ΑΠΑΡΧΑΣ δὲ ἐτησίους εἰσφερόντων, ἐξ ὧν ἀνάγουσι θυσίας, *eſſe has* (ſynagogas) *coetus hominum virtutem exercentium et primitias annuas offerentium, vnde fiant ſacrificia.*

v. 19. Ἔστω πᾶς ἄνθρωπος ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι) Breuius dixiſſet ταχὺς ἀκοῦσαι, βραδὺς λαλῆσαι, ſicuti apud Philonem de Confuſ. Ling. p. 327. B, ΒΡΑΔΥΣ ὠφελῆσαι, ΤΑΧΥΣ βλάψαι, *tardus ad iuuandum, celer ad nocendum.* Vti etiam Horat. Ep. I. vlt. v. 25.

Iraſci celerem.

v. 21. Ἀποθέμενοι πᾶσαν ῥυπαρίαν) Commode ELSNERVS obſeruat, *de vitiis*, quibus quis infectus ſit, dici

dici apud Graecos, ῥυπαίνεσθαι. Locis Plutarchi et Dionyſii Halicarnaſſei in hanc rem ab ipſo laudatis, addendus eſt Philo Quod deus ſ. immut. p. 294. E, μελετήσαντες εὐχαριστικῶς ἔχειν καὶ τιμητικῶς αὐτῦ, καθαρεύσωμεν ἀδικημάτων, ἐκνιψάμενοι τὰ ΚΑΤΑΡΡΥΠΑΙΝΟΝΤΑ τὸν βίον, ἔν τε λόγοις [καὶ ὀνείδεσι] καὶ ἔργοις· *Per ſtudium cultus diuini et gratiarum actionis, puri ſimus ab iniquitatibus, abſterſis vitae ſordibus, quas tum verbis, tum factis contraxerimus.* De Prof. p. 456. C, μήπω τελείως καθαρθέντες, δόξαντες δὲ τῦτο μόνον ἐκνίψασθαι τὰ ΚΑΤΑΡΡΥΠΑΙΝΟΝΤΑ ἡμῶν τὸν βίον, *nondum ſatis purificati et contenti vitae ſordes vtcumque abluiſſe.* De Nom. Mut. p. 1051. D, τίς γὰρ, ὥς ὁ Ἰώβ φησι, καθαρὸς ἀπὸ ΡΥΠΟΥ· κἂν μία ἡμέρα ἐστὶν ἡ ζωή· ἄπειρα μὲν ἐστι τὰ ΚΑΤΑΡΡΥΠΑΙΝΟΝΤΑ τὴν ψυχὴν, *Ecquis enim eſt, vt ait Iobus* [XIV, 4.] *ab omni labe purus, tametſi vnius tantum diecnlae ſit eius vita. Innumera quippe ſunt, quae animum inquinent.*

Περισσείαν κακίας) Vix putem verum vidiſſe interpretes quibus περισσείαν de *excrementis* accipere placuit. Etenim ea dicuntur potius περιττώματα, vt apud Philonem de Vict. off. p. 847, et de Vit. Contempl. p. 890. E, aut τὸ περιττεῦον apud Dionyſium Alexandrinum apud Euſebium Praep. Eu. XIV. p. 780. A. Reſpicitur fortaſſe ad abundantes inutileſque in arboribus et vitibus ramos, falce reſecandos: ſiquidem hanc allegoriam etiam Philo perſequitur paſſim. v. Quod det. inſ. pot. p. 174. et de Agricult. p. 188. De Vict. off. autem p. 854. B, haec habentur: Περιτέμνεσθε τὰς σκληροκαρδίας, τὸ δέ ἐστι τὰς ΠΕΡΙΤΤΑΣ φύσεις (fortaſſe ἐκφύσεις, coll. de Opif. p. 8. D.) τῦ ἡγεμονικῦ, ἃς αἱ ἄμετροι τῶν παθῶν ἔσπειράν τε καὶ συνηύξησαν ὁρμαὶ καὶ ὁ κακὸς ψυχῆς γεωργὸς ἐφύτευσεν, ἀφροσύνη, μετὰ σπυδῆς ἀποκείρασθε, *Circumcidimini cordis duritiem*

duritiem, hoc eſt ſuccidite ſuperflua mentis germina, prognata ex immoderatis affectibus et coalita inſitaque in animum a malo agricola inſipientia, ſummo ſtudio exſcindite.

v. 26. Μὴ χαλιναγωγῶν γλῶσσαν αὐτȣ͂) *Qui non abſtinet a calumniis.* Χαλιναγωγεῖν eſt *cohibere, temperare linguae*, ductum ab equis qui freno reguntur. Similiter Philo de Spec. Legg. p. 770. C, ὡς δέον, ἐπειδὴ γλῶτῖαν αὐτοῖς ἡ φύσις ἐδωρήσατο, ΛΕΛΥΜΕΝΗι χρῆσθαι καὶ ΑΧΑΛΙΝΩι πρὸς ἃ μὴ θέμις· *Quaſi, cum linguam ipſis natura largita ſit, eam ſolutam et laxatam ad nefarios vſus habere ipſos oporteret.* 1. de Vit. Moſ. p. 606. C, ȣ̓χ ὡς ἔνιοι τὰς μειρακιώδεις ἐπιθυμίας ΑΧΑΛΙΝΩΤΟΥΣ ἐῶν, *non vt quidam frena laxans aetatulae concupiſcentiis.* 3. libro p. 683. A, γλωσσαλγία καὶ ΑΧΑΛΙΝΟΝ ϛόμα, ὅταν ἐκνόμοις ἀφροσύναις ὑπηρετῶσι, πάντως τὶ καινȣργεῖται τῶν ἀθέσμων, *Linguae morbus et effrene os, cum miniſtrant nefariae dementiae, procul dubio aliquid contra leges perpetratur.* Sic de Abrah. p. 376. B, ϛόμασιν ΑΧΑΛΙΝΟΙΣ καὶ κακηγόροις θύρας ἐπιθέντες μετριαζέτωσαν, *ora infrena et maledica claudant et modeſti ſint.* Leg. ad Cai. p. 1015. D, δεινοὶ εἰσιν (Ἀλεξανδρεῖς) τὰς κολακείας — ἀνειμένοις ϛόμασι καὶ ΑΧΑΛΙΝΟΙΣ πάντα φύροντες, *Sunt Alexandrini magni adulationum artifices — effreni ore ad omnia turbanda miſcendaque faciles.*

v. 27. Ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν) Philo de Abrah. p. 365. B, πέφυκεν — ΔΙΑΤΗΡΕΙΝ αὐτὴν ἀήτ̔ητον, *vult — inuicta permanere.*

CAPVT II.

v. 2. Ἐν ῥυπαρᾷ ἐσθῆτι) Cum ἐσθὴς ῥυπαρὰ ſit *pallium ſordidum*, vt apud Ioſephum Ant. VII, 11, 3. ΡΥΠΑΡΑΝ ΕΣΘΗΤΑ περικείμενος, *veſte ſordida indutus;* ex lege oppoſitorum ſequitur ἐσθῆτα λαμπρὰν, non

non eſſe *pallium purpureum*, ſed *pallium candidum*. Eſt igitur par ratio intellegendi huius loci, vt illius apud Philonem de Ioſepho p. 541. D, *οἱ δ' ἀποκείραντες* — *καὶ ἀντὶ* ΡΥΠΩΣΗΣ ΛΑΜΠΡΑΝ ΕΣΘΗΤΑ *ἀντιδῦντες* — *εἰσάγουσι πρὸς βασιλέα*, *Illi detonſum* — *et depoſito pallio obſoleto et ſordido*, *candido et luculento indutum* — *ad regem adducunt*. Conf. praëter CASAVBONVM Exercit. adu. BAR. XVI. n. 73., STANLEIVS ad Aeſchyl. Sept. ad Theb. v. 89. Eleganter quoque in hoc loco *ἐν* ponitur vt 1 Tim. II, 9.

v. 15. *Λειπόμενοι ὦσι τῆς ἐφημέρου τροφῆς*) Ἐφήμερα dicuntur *diurna*. Sic ΕΦΗΜΕΡΟΣ *χειροτέχνης* operarius, qui pro mercede, ad dies ſingulos ſoluenda, opus facit, apud Philonem de Humanit. p. 702. D, ΤΡΟΦΑΙ *πρὸς τὴν καθ' ἑκάστην ἡμέραν χρῆσιν*, *cibi ad quotidianos vſus*, dicuntur apud eundem de Opif. m. p. 27. A. In Flacc. p. 985. E, *πένητές ἐσμεν*, *καὶ μόλις* ΤΟΥΦΗΜΕΡΟΝ *εἰς αὐτὰ τἀναγκαῖα πορίζειν δυνάμεθα*· *pauperes ſumus et vix QVOTIDIANVM VICTVM neceſſarium quaerimus*. Τὴν καθ' ἡμέραν ΤΡΟΦΗΝ Demoſthenis eſt. v. Ind. REISK.

v. 17. Καθ' ἑαυτὴν) *Si ſola ſit*, operum comitatu carens. Grotiana interpretatio, eaque fere peruulgatior, *per ſe*, minus commodum ſenſum praebet. Nec, quae a STEPHANO in Theſauro afferuntur huius ſignificationis exempla, eam confirmant, cum potius in iis omnibus ex oppoſitionis lege, opponitur autem *μετὰ τῶν ἄλλων*, accipienda ſit iſta forma, pro *ſolus*, *a*, *um*. Quam eius vim illuſtrarunt ALBERTVS Obſſ. ad N. T. p. 293. et RAPHELIVS Annotatt. Xenophont. p. 191. Nos autem vnum aut alterum e Philone exemplum proferamus. De Migr. Abr. p. 401. E, *εἰ πάντες ἄνθρωποι τὸν νοσοῦντα ὑγιαίνειν*, *ἢ τὸν ὑγιαίνοντα νοσεῖν ὑπολάβοιεν*, *ἡ δόξα* ΚΑΘ' ΑΥΤΗΝ *οὔτε νόσον*,

οὔτε

ὅτε ὑγιείαν ἐργάσεται, Etiamſi omnes homines aegrotum bene valere, aut ſanum aegrotare crederent, ſola opinio nec morbum, nec ſanitatem efficeret. Ibid. p. 402. B, *νυνὶ δ' ὥσπερ ἐν ἐρημίᾳ* ΚΑΘ' ΕΑΥΤΟΥΣ *μόνοι ζῶντες*, quae omnia interpres his tantum verbis complexus eſt: *nunc, quaſi degerent vitam in ſolitudine.* Quod omn. pr. l. p. 871. E, *ὃς εἰ καὶ θείας οὐκ ἠξίωται μοίρας* ΚΑΘ' ΑΥΤΟΝ, *ἀλλά τοι διὰ τὸ φίλῳ θεῷ χρῆσθαι πάντως ὤφειλεν εὐδαιμονεῖν, qui licet IPSE non eſt habendus pro deo, tamen vt amicus dei felix eſt procul dubio.*

v. 23. *Καὶ φίλος θεοῦ ἐκλήθη*) Haec nec Geneſ. XV, 6. habentur, nec XXII, ſed Eſa. XLI, 8. vbi deus Abrahamum אוהבי, *ἠγαπημένον* ſuum appellat. Huc plerique reſpici volunt et coniunctis duobus hiſce locis fieri hanc allegationem ſtatuunt. Aliis alia ſupereſſe viſa eſt ratio huius loci interpretandi. Gen. XVIII, 17. in Alexandrinae verſionis exemplaribus quibus vtimur, habetur, *μὴ κρύψω ἐγὼ ἀπὸ Ἀβραὰμ τοῦ παιδός μου ἃ ἐγὼ ποιῶ*; ſed ſuſpicio eſt olim aliter lectum eſſe, vel in his ipſis verbis, vel in reliquiis ſaltem caeterorum Interpretum Graecorum. Certe Philo de verbis: reſipuit Noë p. 281. E, ſcribit: *φίλον γὰρ τὸ σοφὸν θεῷ μᾶλλον ἢ δοῦλον, παρ' ὃ καὶ σοφῶς ἐπὶ Ἀβραὰμ φάσκει*, ΜΗ ΕΠΙΚΑΛΥΨΩ *ἐγὼ ἀπὸ Ἀβραὰμ* ΤΟΥ ΦΙΛΟΥ ΜΟΥ; *Amicum deo, quidquid eſt ſapientia praeditum, non ſeruum; quare ſapienter quoque de Abrahamo dicit: num celabo Abrahamum AMICVM meum?* Atque illo loco nititur HORNEMANVS in *Specimine Emendationum LXX. vir. verſ. e Philone.* Sed iſta tamen ſententia vltra probabilitatem non aſſurgit. Nam Philo, quod alias ſibi multoties permittit, in his verbis citandis, aliam vocem Graecitati conuenientiorem ſubſtituiſſe videtur. Ac Hebraicum עֶבֶד, quamquam Alexandrini fere ſemper per *παῖδα* reddunt, tamen Eſth. II, 18.

pro עֲבָדִים vertunt pulcre, φίλοι. Sunt igitur παῖδες iidem qui φίλοι, *amici familiareſque regum et principum*, qui παῖδες quoque dicuntur Matth. XIV, 2. qui vocis intellectus etiam de Abrahamo valet.

Capvt III.

v. 3. Τῶν ἵππων τοὺς χαλινοὺς εἰς τὰ στόματα βάλλομεν) Χαλινοὺς εἰς τὰ στόματα βάλλειν, eſt vno verbo χαλινοῦν, apud Philonem de Mund. Opif. p. 19. E, τό γε θυμικώτατον ζῶον ἵππος, ῥαδίως ἄγεται ΧΑΛΙΝΩΘΕΙΣ, *Animoſiſſimum animal equus, facile freno iniecto regitur.* Quod autem wolfivs in Curis obſeruat χαλινὸν εἰς τὰ στόματα βάλλειν vno verbo eſſe ἐπιστομίζειν, minus accuratum eſt. Nam ἐπιστομίζειν eſt *freno regere et temperare impetum immodicum iumentorum.* Quod cognoſcendum praebet Philonis locus de Agric. p. 201. B, δύνανται γὰρ οὗτοι ΧΑΛΙΝΟΥΣ ταῖς ἀλόγοις δυνάμεσιν ΕΜΒΑΛΟΝΤΕΣ, αὐτῶν ἐπιστομίζειν τῆς πλεοναζούσης τὴν φορὰν ὁρμῆς, *Nam hi poſſunt iniecto brutis potentiis freno, cohibere nimium curſus eorum impetum.* De χαλινῷ videndus Thom. Mag. v. ἡνία et eius Interpp. p. 423. de forma dicendi et variatione eius, valkenarivs ad Eurip. Hippol. 1223.

v. 4. Ὁρμὴ τοῦ εὐθύνοντος) Dicitur εὐθύνειν vel de auriga, vel de gubernatore; ceteraque verba cuique propria nonnumquam inter ſe permutantur. Quod patet ex iis quae notat valkenarivs ad Eurip. Hipp. 1226. p. 296. Apud Philonem loci ſunt, in quibus de vtroque et ἡνιόχῳ et κυβερνήτῃ dicatur, 2. Alleg. p. 102. D, ἐπειδὰν μὲν ὁ τῆς ψυχῆς ἡνίοχος, ἢ κυβερνήτης ὁ νοῦς, ἄρχῃ τοῦ ζώου ὅλου — ΕΥΘΥΝΕΤΑΙ ὁ βίος· *quando animae auriga gubernatorque intellectus, imperium totius animantis tenet, — vita proſperatur.* De Conf. ling. p. 336. D, φιλεῖ γὰρ ἐστὶν ὅτε χωρὶς ἡνιόχων τε καὶ

κυβερνη-

κυβερνητῶν ὅτε ὁ πλȣ̃ς καὶ ὁ δρόμος ΕΥΘΥΝΕΣΘΑΙ, *interdum ſine aurigis et gubernatoribus curſus et actus tenetur.* De Abr. p. 360. B, ἐθεάσατο κόσμȣ τινὰ ἡνίοχον καὶ κυβερνήτην ἐφεστῶτα καὶ σωτηρίως ΕΥΘΥΝΟΝΤΑ τὸ οἰκεῖον ἔργον, *animaduertit praeeſſe mundo quemdam aurigam gubernatoremque, qui operis ſui ſaluti prouideat.*

v. 5. Ἡ γλῶσσα μικρὸν μέλος ἐστὶ, καὶ μεγαλαυχεῖ) Eleganter hoc verbum dicitur pro *ſuperbire*, eiusque vim illuſtrat WETSTENIVS ad h. l. To. II. p. 669. Nos pro inſtituto Philonem adhibemus. Sic autem is li. de Creat. Princ. p. 730. τί δεῖ ΜΕΓΑΛΑΥΧΕΙΝ καὶ ἐπεμβαίνειν συμφοραῖς ἑτέρων, *Quid opus eſt ſuperbire, et inſultare alienis miſeriis.* De Nom. Mut. p. 1064. D, Θεὸς — ἄρχων παντὸς ἄφρονος, κἂν εἰ τοῖς βασιλείοις σκήπτροις ἐκεῖνος ἐφιδρύοιτο, ΜΕΓΑΛΑΥΧΩΝ ΚΑΙ διὰ τȣ̃το ȣ̓χ ἥκιστα, *Deus — imperat omni ſtulto, tametſi regiis innitatur ſceptris atque ob hanc ipſam cauſſam magnos ſpiritus ducat.* Ibid. p. 1069. B, τὸ μὲν [πίπτειν συμβαίνει τῷ σοφῷ] εἰς πίστιν τȣ̃ μὴ ΜΕΓΑΛΑΥΧΕΙΝ, διὰ κατάγνωσιν τῆς θνητῆς ȣ̓δενίας, *Hoc quidem [cadere euenit ſapienti] vt fidem faciat, ſe non efferri nec inſoleſcere, ob inanitatis mortalis condemnationem.* Honeſtius eſt σεμνύνεσθαι, vt patet ex quod det. inſ. pot. p. 180. C.

Ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει) Vocem ὕλης, pro lignis, ſtrue, omninoque omnibus, quibus ignis nutritur, commode accipi poſſe, plurima Philonis exempla demonſtrant. Quis rer. diu. her. p. 524. C, ἡ φλὸξ καίει τὴν παραβληθεῖσαν ΥΛΗΝ, *flamma vrit ſubiectam materiam.* De Vit. Moſ. 3. p. 685. B, ἰδόντες ξύλων ΥΛΥΝ συγκομίζοντα, *cum vidiſſent quendam lignorum ſtruem colligentem.* Quod prob. lib. p. 876. B, ȣ̓κ ἐρυθριῶμεν ἔνδειαν σοφίας ἀνθρώπων γένει καταγγέλλοντες, ἣν δυνατὸν ἦν ἐνφυσήσαντα καθάπερ ἐν

ΥΛΗι

ΥΛΗι σπινθῆρα τυφόμενον ζωπυρῆσαι· *Non pudet querelarum, quaſi negata ſit hominum generi ſapientia, quam poteramus ſeu ſcintillam in fomite fumante redaccendere.* De Somn. p. 1120. E, ὡς φλόγα ἡμμένον τε καὶ λάμποντα ἐν ἀφθόνῳ ΥΛΗι νεμόμενον, *tanquam flammam accenſam et ſplendentem, in copioſis alimentis paſcentem.* Ibid. p. 1133. B, ἀφροσύνης καὶ ἀκολασίας ἐξάπτεις φλόγα, πολλὴν αὐτῇ καὶ ἄφθονον ἐπιφέρων ΥΛΗΝ, *Inſipientiae et intemperantiae accendis flammam, multam ipſi et copioſam addens materiam.* De auro, argento metallisque quae ſub terra latent, reliquis, dicitur li. Quod prob. lib. p. 875. B, μεταλλεύεται πολλὴ τῆς πεδιάδος, μεταλλεύεται δὲ οὐκ ὀλίγη τῆς ὀρεινῆς, χρυσὸν καὶ ἄργυρον, χαλκόν τε καὶ σίδηρον, καὶ τὰς ἄλλας ΥΛΑΣ ἀναζητούντων, *metallifoſſores puteos fodiunt, in planis montanisque quaerendo aurum, argentum, cuprum, ferrum, caeteras ſpecies.* Maior tamen, ſi de ſilua accipias, ſententia eſt. De incendiis ſiluarum CASAVBONVS ad Sueton. Tib. 6. Florus II, 2. *more ignis qui obuias populatus incendio ſiluas, interueniente flumine abrumpitur.*

v. 6. φλογίζουσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως) Cenſent quidam φλογίζειν eſſe *perdere, interimere, cladem inferre;* quam ſententiam iuuant Philonis verba, quibus ſummam perniciem, quam importunitate et vehementia perturbationum cupiditatumque mens perpetitur, deſignat, 2. Alleg. p. 102. D, τότε γὰρ, εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἐμπίπραται ΦΛΕΓΟΜΕΝΟΣ ὁ νοῦς, τῶν αἰσθήσεων τὴν ΦΛΟΓΑ ἐγειρουσῶν, τὰ αἰσθητὰ ὑποβεβλημένων· *tunc enim, ſi vera fatenda ſunt, intellectus VSTVS DEFLAGRAT, ſenſibus flammam nutrientibus et ſenſibilia in eam congerentibus.* Coniectura GROTII, HEINSII et aliorum quorundam, τρόχον, *curſum* legendum eſſe, aliquo modo confirmari loco Philonis poſſit, Quod prob. lib. p. 882. D, λέγεται πρὸς,

Μακε-

Μακεδόνων τὰς Δαρδανίδας γυναῖκας αἴχιςον κακὸν δȣλείαν ὑπολαβȣ́σας, ȣ̓̀ς ἐκȣροτρόφȣν παῖδας, εἰς τὸ βαθύτατον τȣ̃ ποταμȣ̃ ῥίπτειν ἐπιφωνȣ́σας, ἀλλ' ὑμεῖς γε ȣ̓ δȣλεύσετε, πρὶν δὲ ἄρξαϑαι βίȣ βαρυδαίμονος ΤΡΟΧΕΩΝ, ἐπιτεμόντες, ἐλεύθεροι τὴν ἀναγκαίαν καὶ πανυςάτην ὁδὸν περαιώσεσθε. *Narrant Macedones etiam Dardanas mulieres, quae ſeruitutem credebant miſeriam turpiſſimam, ſuos pueros quos in vlnis ferebant proieciſſe in fluminis gurgitem, acclamando: vos certe non ſeruiueritis, ſed priusquam infelicis vitae curſum aggrediamini, ſalua libertate compendiariam atque neceſſariam viam decurretis vltimam.* Neque enim opus eſt emendatione H. STEPHANI, pro τροχέων refingentis τὸ χρεών, Schediaſm. VI. c. 18, ſed recte habet, quod huc reuocant τρόχον ἅρματος ex Anacreonte, cui vita comparatur. Sic Silius Ital. VI, 121. — *ROTA voluitur AEVI.*

v. 9. Ἐν αὐτῇ εὐλογȣ̃μεν τὸν θεὸν καὶ πατέρα) Philo de Decal. p. 757. E, ȣ̓ γὰρ ὅσιον δι' ȣ̃ ςόματος τὸ ἱερώτατον ὄνομα προφέρεταί τις, διὰ τȣ́τȣ φθεγγεσθαί τι τῶν αἰσχρῶν, *Nefas eſt per os, quo profertur nomen illud ſanctiſſimum, quidquam turpe progredi.*

CAPVT IV.

v. 8. Ἐγγίσατε τῷ Θεῷ, καὶ ἐγγιεῖ ὑμῖν) Philo de migr. Abr. p. 397. A, ȣ̃τος ὁ ὅρος ἐςὶ τȣ̃ μεγάλȣ Θεȣ̃, τὸ ΤΩι ΘΕΩι ΣΥΝΕΓΓΙΖΕΙΝ, ἢ ᾧ ΘΕΟΣ ΣΥΝΕΓΓΙΖΕΙ, *haec eſt viſio magni dei, cum quis aut illum accedit, aut eius acceſſum accipit.* Sic ap. Cicer. Nat. D. I, 14. *Deus OCCVRRIT NOBIS in precibus, optatis, votis.*

v. 9. Ἡ χαρὰ εἰς κατήφειαν) Elegans hoc nomen eſt, quod, cum ſemel tantum in libris Noui Teſtamenti occurrat, vt accurate intellegatur, ſcriptorum Graecorum lucem deſiderat. Significat autem *moero-*

rem, *moeſtitiam*, quae vultu ad terram demiſſo declaratur. Quae vis eius etiam ex voce συννοίας cognoſcitur, quacum ſaepius iungi ſolet. Sic Philo de Ioſepho p. 539. C, ἐπιὼν τὰς δεσμότας ὁρᾷ ΣΥΝΝΟΙΑΣ καὶ ΚΑΤΗΦΕΙΑΣ γέμοντας μᾶλλον ἢ πρότερον τὰς εὐνάχας, *cum obiret vinctos, animaduertit cogitabundos et moeſtiores ſolito eunuchos.* 3. de Vit. Moſ. p. 678. B, de Moſe ipſo, ΣΥΝΝΟΙΑΣ καὶ ΚΑΤΗΦΕΙΑΣ μεςὸς ἦν, οἰδῶν ἐπὶ τῇ τὰ πλήθας παρανομίᾳ· *Moeroris et triſtitiae plenus erat, flens quod populus leges migraſſet.* De Spec. Legg. p. 807. C, τίς γὰρ ὰκ οἶδεν, ὅτι χαιρόντων μὲν ὀφθαλμοὶ γάνυνται καὶ μειδιῶσι, λυπαμένων δὲ ΣΥΝΝΟΙΑΣ γέμασι καὶ ΚΑΤΗΦΕΙΑΣ, *Quis enim neſcit, gaudente animo ſubridere oculos hilariter, ſicut eodem moerente, ſubmitti ac deiici.* Eodem modo verbum κατηφεῖν aliquoties, vt Quod omn. prob. lib. p. 883. E, ἑνὸς δὲ ὰ μόνον λυπαμένα ἀλλὰ καὶ σφόδρα ΚΑΤΗΦΟΥΝΤΟΣ, *vno ex his valde non ſolum contriſtato, ſed etiam doloris ſigna vultu praeferente.* Ibid. p. 884. A, πρὸς χαριεντισμὸν ὑπὸ τῆς συνήθας ἐκεχειρείας, ἐφ᾽ ᾧ οἱ ἄλλοι ΣΥΝΝΟΙΑΣ γέμοντες ΚΑΤΗΦΟΥΝ, ἐτράπετο· *ad iocos eſt verſus ex conſueta hilaritate, aliis demiſſo vultu moerentibus.* De Somn. p. 1125. C, ὁρῶν — ὡς ἐπ᾽ ἀνδραποδισμῷ καὶ πορθήσει καὶ κατασκαφῇ πατρίδος, πενθᾶντάς τε καὶ ΚΑΤΗΦΟΥΝΤΑΣ, *videns — tanquam capta, vaſtata deletaque patria, lugentes et deiectos.* Nec aliter κατηφὴς apud Ciceronem ad Attic. XIII, 42. *Venit ille ad me*, καὶ μάλα ΚΑΤΗΦΗΣ; *et ego* σὺ δὲ δή τι ΣΥΝΝΟΥΣ?

Caput V.

v. 4. Μισθὸς — ὁ ἀπεςερημένος ἀφ᾽ ὑμῶν) Philo 1. de Vit. Moſ. p. 624. B, ὡς ἐν εἰρήνῃ ΜΙΣΘΟΝ λαμβάνοντες, ὃν παρ᾽ ἀκόντων πολὺν χρόνον ὰκ ἀποδιδόντων ΑΠΕΣΤΕΡΟΥΝΤΟ· *Tanquam in pace mercedem*

dem recipientes, qua diu ab retinentibus eam, defraudati fuerant.

v. 5. Ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς) Hac elegantiſſima Apoſtolus locutione indicauit, quae mala a diuino numine imminerent, dum ii otio et luxu diffluerent. Similis locus eſt apud Philonem in Flacc. p. 990. C, vbi Flaccus de ſalute ſua deſperans, queritur: *σιτία μοι καὶ ποτὰ καθάπερ τοῖς θρέμμασιν ΕΠΙ ΣΦΑΓΗΝ δίδοται· Cibus potusque mihi praebetur, ſicut mactandis pecudibus.*

v. 7. Ἕως ἂν λάβῃ ὑετὸν πρώϊμον καὶ ὄψιμον) Intelleguntur imbres, de quibus Hebraei vtuntur nominibus עֵב מַלְקוֹשׁ vel גֶּשֶׁם מַלְקוֹשׁ et גֶּשֶׁם יוֹרֶה quae coniunctim nominantur Deut. XI, 14. Ioel. II, 23. et alibi. Iam cum גֶּשֶׁם יוֹרֶה ſint pluuiae iſtae, quae decidunt ſimul ſemina ſunt terrae commiſſa, vt demonſtrauit FVLLERVS Miſc. Sacr. VI, 16. ſiue autumnales, ſi comparetur SIXT. AMAMA Antib. p. m. 587, עֵב מַלְקוֹשׁ autem pluuia haec, quae fruges, cum iam adoleuerint, efficit vt proueniant laetius et vberius, hoc eſt vernalis: denique Apoſtolus Alexandrinorum Interpretum verbis vtatur, apparet, eadem Hebraica nomina eorumque vim ipſum in mente habuiſſe. Vtrumque imbrem Graeci, nominatim Heſiodus Ἐργ. v. 410, appellant ὥριον ὄμβρον, et καιρίους ὑετοὺς, vt Philo de Praem. et poen. p. 926. A, τοῖς τὰς ἱεροπρεπεῖς ἐντολὰς φυλάττουσιν ὁ οὐρανὸς ὀμβρήσει ΚΑΙΡΙΟΥΣ ΥΕΤΟΥΣ, *Quicunque ſacra praecepta ſeruabunt, his coelum demittet TEMPESTIVAS pluuias.* Sic Latinis *tempeſtiui imbres* dicuntur. Conf. GRONOVIVS ad Iuſtin. XLIV, cap. 1. Maneat igitur vox ὑετὸς in poſſeſſione huius loci, e qua nonnulli eam deiectum iuerunt.

v. 11. Τοὺς ὑπομένοντας) *In afflictione conſtantes.* Ὑπομονὴ, *conſtantia.* Philo de Ioſ. p. 534. D, pallium,

 ait,

ait, quod vxor Potiphari oſtentabat, non indicaſſe ſibi vim eſſe factam, ſed τὴν ΥΠΟΜΟΝΗΝ, ἣν ΥΠΕΜΕΙΝΕΝ ἐκ τῆς γυναικὸς, *patientiam illius in perferenda muliebri iniuria.*

Τὸ τέλος Κυρίȣ εἴδετε) Monet WOLFIVS, ne de morte domini I. C. intellegamus, ſed alteram interpretationem, de felici euentu, quo afflictas Iobi res munificentia Dei recreatas ſcimus, auctore SCHOETTGENIO commendat. Neque tamen, quid abſurdi in illa ſententia inſit, equidem demonſtrari poſſe arbitror. Τέλος eſt *euentus*, *exitus*, non nunquam *mors*. Philo de Agric. p. 198. C, τῷ μὲν δὴ τοιȣ̃τον ἀποβαίνει τὸ ΤΕΛΟΣ. *Et huic quidem talis exitus obuenit.* Chriſtus autem ſubeunda morte ad gloriam eſt reuocatus.

v. 17. Ἠλίας ἄνθρωπος ἦν ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν) Non tantum refertur ad imbecillitatem vt videtur plerumque accipi; vid. WOLFIVS in Cur. ſed ad ſimilitudinem earum rerum, quae eiusdem naturae ſunt. Sic enim dicitur apud Philonem de Conf. Lingu. p. 321. A, ὄνπερ τρόπον, ἀνθρώπων Ἕλληνες μὲν Ἕλλησι, βαρβάροις δὲ νῦν βάρβαροι ὁμόγλωττοι διαλέγονται· τȣ̃τον τὸν τρόπον καὶ πάντα πᾶσι, περὶ ὧν ἢ δρᾶν, ἢ πάσχειν τὶ συμβέβηκεν, ὡμίλει, ὡς καὶ ἐπὶ ταῖς κακοπραγίαις συνάχθεσθαι· κἂν εἴπȣ τὶ λυσιτελὲς ἁπάντων συνευφραίνεσθαι. Τὰς δὲ γὰρ ἡδονὰς καὶ ἀηδείας ἀλλήλοις ἀναφέροντα, διὰ ὁμοφόνȣ συνήδετο καὶ συναηδίζετο, καὶ τȣ́των τὸ ὁμοιότροπον καὶ ΟΜΟΙΟΠΑΘΕΣ εὑρίσκετο etc. *Quemadmodum nunc homines Graeci cum Graecis, barbari cum barbaris ſuae linguae et ſermonis habent commercium; eodem modo et omnibus in rebus, vbi aliquid vel facere vel pati conueniret, accidere ſolebat, vt et calamitatibus dolerent, et ſi quid ad communem vtilitatem pertineret, laetarentur. Nam voluptates et dolores ſecum communicando aeque gaudebant et dolebant, et morum affectionumque ſimilitudo apud eos reperiebatur.*

v. 18.

v. 18. Ἡ γῆ ἐβλάστησε τὸν καρπὸν αὐτῆς) Dicitur βλαστάνειν vel reciproce, vt Matth. XIII, 26. Marc. IV, 27. *virere;* vel actiue, vt nunc, *edere, fundere.* Sic Philo de immenſa dei potentia agens de Mund. Opif. p. 9. E, ἥδ' ἐστὶν αἰτία, inquit, δι' ἣν προτέρα μὲν ΕΒΛΑΣΤΗΣΕ καὶ ἐχλοηφόρησεν Η ΓΗ, *haec eſt cauſſa, cur terra prior germinarit, herbamque protulerit.* De Vit. Contempl. p. 898. E, χωρία, ἃ πρὸς τὸ μηδὲν πεφυκέναι ΒΛΑΣΤΑΝΕΙΝ, καὶ τὰ βληθέντα φθείρει σπέρματα. *Loca quae praeterquam quod nullam herbam proferunt, inſuper iacta ſemina corrumpunt.* Sic ἀναβλαστάνειν apud Coluthum v. 180. et Phil. de Agric. p. 191. D, τῆς ψυχῆς ὥσπερ ἀπὸ μιᾶς ῥίζης, ἔρνη διττὰ ΑΝΑΒΛΑΣΤΟΥΣΗΣ, *Anima, ex vna radice duas quaſi ſtirpes fundente.* Add. de Merc. meret. non rec. p. 862. D, φυτὰ — ΒΛΑΣΤΑΝΟΝΤΑ καὶ τίκτοντα ΚΑΡΠΟΥΣ.

v. 20. Πλῆθος ἁμαρτιῶν) Vt Philo dicit de Opif. p. 17. B, θεαμάτων καὶ ἀκουσμάτων ΠΛΗΘΟΣ, *Copiam eorum, quae ad oculos aureſque oblectandas pertinent.* De Abrah. p. 367. B, τὰ ΠΛΗΘΗ τῶν ἀριθμῶν, *numerorum multitudinem.*

IN PRIOREM EPISTOLAM PETRI.

Capvt I.

v. 7.

Τιμιώτερον χρυσίȣ, τȣ̃ ἀπολλυμένȣ, διὰ πυρὸς δὲ δοκιμαζομένȣ) *Pretioſior vt ſit conſtantia veſtra auro perituro, quamuis igne probato.* Sic οἱ ἀπολλύμενοι apud Paullum 2 Cor. IV, 3. pro *perituris* dicuntur, vt *regna peritura*, apud Virgilium Georg. II, 498. Sic Philo hoc ipſum verbum eademque Enallage temporis vſurpat de Profug. p. 454. B, ȣ̓κ οἶδας ὅτι ναῦν ἰδιώτης μὲν παραλαβὼν σώζεσθαι δυναμενὴν, ἀνατρέπει· κυβερνητικὸς δὲ ἀνὴρ, καὶ τὴν ΑΠΟΛΛΥΜΕΝΗΝ πολλάκις ἔσωσε; *An neſcis imperitum, ſi nauem acceperit, quae ſeruari poſſit, ſubuertere, gubernare autem edoctum, interituram ſaepe ſeruare?* vbi obiter obſerues Callimachium reſpici Epigram. 19. Ναῦν ἅμα καὶ ψυχὴν εἶδεν ἀπολλυμένην· Nec non lib. 1. de Vit. Moſ. p. 617. E, ȣ̓τοι δὲ τὸν θεὸν ἱκέτευσαν οἶκτον λαβεῖν τῶν ΑΠΟΛΛΥΜΕΝΩΝ, *illo* (Moſe) *deprecante, deus miſertus eſt pereuntium.* Quare opus non eſt emendatione DORVILLII ἀπολελȣμένȣ, quo *aurum lotum* indicetur, quam ad Charitonem p. 705. propoſuit, qua in re vir ille non attendiſſe videtur ad poteſtatem particulae δὲ, quam, ſi per *quamuis* vertas, omnis difficultas remouetur. Iam porro, διὰ πυρὸς δοκιμαζόμενον alias vno dicitur verbo πεπυρωμένον. Sed vtrumque coniungit Philo 1. Alleg. p. 54. D, ἡ φρόνησις ἣν εἴκασε

χρυσίῳ

χρυσίῳ ἀδόλῳ καὶ καθαρᾷ, καὶ ΠΕΠΥΡΩΜΕΝΗι καὶ ΔΕΔΟΚΙΜΑΣΜΕΝΗι καὶ ΤΙΜΙΑι φύσει, ἐκεῖ μὲν ἐςὶν ἐν τῇ τοῦ θεοῦ σοφίᾳ, *Prudentia, quam cum auro comparauit, metallo ſincero, puro, pretioſo, igne ſpectato probatoque, illic quidem eſt in dei ſapientia.* Similis denique locus de Sacr. Ab. et Cain. p. 144. B, Ο ΤΙΜΙΩΤΕΡΟΣ ΧΡΥΣΙΟΥ λόγος, *Sermo quouis auro pretioſior.*

v. 10. Περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησαν καὶ ἐξηρεύνησαν προφῆται) Verba ἐκζητεῖν et ἐξερευνᾶν compoſita cum praepoſitione, non ſolum eandem quam ſimplicia vim notionemque habent, ſed etiam per ſe ipſa peculiari quadam emphaſi plane carent, quam eis nonnulli imperite tribuunt, eodemque modo hic, vt apud Homerum δίερεσθαι et μεταλλᾶν ſaepius coniunguntur. Iſta autem verborum vis, quae alia nulla eſt, niſi *in aliqua re conſideranda, inquirenda verſari*, hiſce, quos poſuimus Philonis locis, vt arbitramur, illuſtrabitur. Sic de Temul. p. 268. D, εἰ μέντοι βουληθείη τις ὑπὸ μηδεμιᾶς ἄλλης καινοτέρας θέας ἀγόμενος, ΕΝΕΡΕΥΝΗΣΑΣ τῷ προτεθέντι κεφαλαίῳ, τὰς ἑκάςων ἀγωγὰς καὶ ἔθη καὶ νόμους ἐπιέναι — τὸν ἅπαντα ἑαυτοῦ κατατρίψει βίον, κἂν αἰῶνι χρήσαιτο μακρῷ καὶ οὐδὲν ἧττον πολλὰ ἀδιερεύνητα καὶ ἀπερίσκεπτα καὶ ἄφωνα λήσει καταλιπών, *Quodſi quis velit omiſſis recentioribus ſpectaculis, inquirere in praeſens caput diligentius et examinare ſingulatim inſtituta, mores, leges — totam vitam in hoc conteret vel longiſſimam, nihilo minus tamen pleraque eius conſiderationem effugient.* De Gigant. p. 292. C, Ἀβραάμ, ἄνθρωπος οὐρανοῦ, τήν τε μετάρσιον καὶ τὴν αἰθέριον φύσιν ΔΙΕΡΕΥΝΩΝ, *Abram, coeli homo, ſublimis aethereaeque naturae contemplator.* Quod deus ſit immut. p. 317. B, περὶ τὸ ὄρος πορευσώμεθα, τουτέςιν ὑψηλαῖς καὶ μετεώροις ἔθος ἔχοντες ἐνομιλεῖν δυνάμεσι, καὶ ὁρικῶς ἕκαςα σκοπεῖν, τὸν παντὸς

ἔτινοσῦν λόγον ΕΡΕΥΝΩΝΤΕΣ — καταφρονητικῶς ἔχομεν πάντων ὅσα ἐκτὸς τὲ καὶ περὶ σῶμα, *Ad montem tranſiuimus, hoc eſt, adſueti cum ſublimibus verſari potentiis et e ſpecula res conſiderare rationesque ſingularum indagare — contemnimus externa omnia et corporea.* De Abrah. p. 350. A, ἐπεὶ τὺς νόμυς κατὰ τὸ ἑξῆς ἀκόλυθον ἀναγκαῖον ΔΙΕΡΕΥΝΑΣΘΑΙ, *Cum poſtulet ordinis ratio, vt de legibus quaeramus.* Ibid. p. 373. A, καὶ ὅσα ἄλλα περιττὸς νῦς φρονήσει συμβιῶν εἴωθε ΔΙΕΡΕΥΝΑΣΘΑΙ, *et quidquid aliud curioſa mens cogitando ſolet quaerere.* Sic verba ἀκριβῦν, ἐξετάζειν et ἐρευνᾷν in eadem ſignificatione ponuntur in lib. de Migrat. Abrah. p. 416. E. Et quid opus eſt plura congerere, cum vel haec ſatis perſpicuam verbis Apoſtoli lucem afferant.

v. 12. Εἰς ἃ ἐπιθυμῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι) Verbi παρακύπτω vis et poteſtas non differt ab ea, quam verbo ἐρευνᾷν ineſſe paullo ante probatum dedimus; quare etiam audiendi non ſunt, qui ei praecipuam attribuunt emphaſin. Quae ita commentitia vanaque eſt, vt cum leges linguae, tum vſus contrarium doceat. Apud Demoſthenem quidem, vt demonſtrat Index Reiskianus, vſurpatur pro: *curſim velut atque obiter inſpicere, rem attingere tantum.* Sic prorſus eſt apud Philonem de Abrah. p. 366. B, ἀλλ' ὐδὲ ὅσον ΔΙΑΚΥΨΑΙ μόνον, *ac ne introſpecturos quidem parumper.* At idem ita vtitur verbo διακύψαι, vt coniungat cum ἐρευνᾷν. De Sacr. Ab. et Ca. p. 144. E, σκοπῶμεν, ὅπως τὴν ψυχὴν γυμνάσωμεν — ΔΙΑΚΥΠΤΕΙΝ εἰς ἕκαστον καὶ ΕΡΕΥΝΑΝ μετὰ πάσης ἀκριβείας, *Conſideremus quomodo animum adſuefaciamus, vt ſingula inſpiciat et ſcrutetur cum omni diligentia.* Quod prob. lib. p. 873. B, μετὰ δὲ τὴν χλεύην παυσάμενοι τῦ γέλωτος ἢν ἐθελήσωσι ΔΙΑΚΥΨΑΙ, καὶ τὸ λεγόμενον σαφῶς ΕΡΕΥΝΗΣΑΙ — εἴσονται ὅτι ἐπ' ὐδενὶ μᾶλλον οἰμώζε-

οἰμώζεταί τις, ἢ τῷ μὴ πειθαρχεῖν σοφῷ, *At ſi riſu cauillisque ſedatis, voluerint penitius rem introſpicere, ſcient, non alia de cauſſa quemquam ploraturum citius, quam ſi ſapientis monita contemſerit.* Sic quoque διακύψαι, pro *Intelligere, cognoſcere.* De Temul. p. 264. E, κἂν βιασάμενός τις ὑπὸ περιεργίας ἢ τῦ φιλομαθῦς ἐθελήσῃ ΔΙΑΝΑΚΥΨΑΙ, καθάπερ οἱ πεπηρωμένοι, προσπταίων τοῖς ποσὶ πρὶν τι λαβεῖν ἀναπεσὼν ὑστερίζει, *Si quis curioſior aut diſcendi cupidior conetur accuratius cognoſcere, tanquam luminibus orbati offenſans prius quam aliquid apprehendat, prolapſus fruſtratur.* De Leg. ad Cai. p. 1000. A, ΕΙΣ ἡγεμονικῆς ψυχῆς ΠΑΡΑΚΥΨΑΙ βυλεύματα, *animi ad imperandum nati noſſe*, l. *capere conſilia.*

v. 18. Ὅτι ὐ φθαρτοῖς, ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ ἐλυτρώθητε) Φθαρτὰ ſunt *fluxa, caduca*, qualia auri argentique pondera etiam apud Philonem dicuntur de Cherub. p. 116. B, ταῦτα ὦ μύσται — ταμιευσάμενοι παρ' ἑαυτοῖς φυλάττετε θησαυρὸν, ὐκ ἐν ᾧ ΧΡΥΣΟΣ καὶ ΑΡΓΥΡΟΣ ὐσίαι ΦΘΑΡΤΑΙ κατάκεινται, ἀλλὰ τῶν ὄντων κτημάτων τὸ κάλλιστον, *Haec o myſtae — recondite apud vos et tanquam theſaurum ſeruate, in quo non aurum argentumque res corruptibiles ſitae ſunt, ſed verarum poſſeſſionum pulcherrima.* De Congr. er. qu. gr. p. 440. B, ὐκ ΑΡΓΥΡΟΝ ὐδὲ ΧΡΥΣΟΝ τιν', ἢ ἄλλο τῶν ἐν ὕλαις ΦΘΑΡΤΑΙΣ, *ſumit non argentum aurumue, aut aliquam aliam materiarum corruptibilium.*

v. 25. Τὸ δὲ ῥῆμα Κυρίυ μένει εἰς τὸν αἰῶνα) Non parum elegans locus Philonis de Vit. Moſ. II. p. 656. C, vbi aliarum gentium iura legesque ſubinde mutatas, perpetuam autem legis diuinae Iudaeis praeſcriptae firmitatem commemorat, τὰ δὲ τύτυ μόνυ βέβαια, ἀσάλευτα, ἀκράδαντα, καθάπερ σφραγῖσι φύσεως αὐτῆς σεσημασμένα ΜΕΝΕΙ παγίως, ἀφ' ἧς ἡμέρας

ἐγράφη μέχρι νῦν, καὶ πρὸς τὸν ἔπειτα πάντα ΔΙΑΜΕΝΕΙΝ ἐλπὶς αὐτὰ ΑΙΩΝΑ ὥσπερ ἀθάνατα, ἕως ἂν ἥλιος καὶ σελήνη καὶ ὁ σύμπας ὀυρανός τε καὶ κόσμος ᾖ· *Huius ſola firma, immobilis, inconcuſſa, tanquam naturae ſigillis obſignata manet, ex quo ſcripta eſt, in hodiernum vsque, et ſpes eſt manſuram per omnia ſecula immortalem, quamdiu ſol, luna, caelum totusque mundus manebit.*

Capvt II.

v. 6. Περιέχει ἐν τῇ γραφῇ) pro περιέχεται. Philo 2. Alleg. p. 61. D, ἀνάγκη γὰρ ΕΝ τούτοις ΠΕΡΙΕΧΕΣΘΑΙ, *neceſſe enim eſt in his contineri.*

v. 9. Βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον) Iſtius nominis poteſtatem declarat Philo de Abrah. p. 357. E, τὴν δὲ περίσεμνον τριάδα καὶ περιμάχητον ἑνὸς εἴδους ἐπιλεγομένου ΒΑΣΙΛΕΙΟΝ ΙΕΡΑΤΕΥΜΑ καὶ ΕΘΝΟΣ ΑΓΙΟΝ οἱ χρησμοὶ καλοῦσι, *Hunc venerandum ternionem et probatiſſimum, ſub vno genere comprehendunt diuina oracula, dum gentem ſanctam vocant et regale ſacerdotium.*

Ὅπως τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε) Sic διαγγέλλειν dicit Philo de Ioſ. p. 549. D, ἡ πρόνοια τοῦ νεανίσκου πανταχόσε ΔΙΗΓΓΕΛΛΕΤΟ, *prudentia adoleſcentis LAVDIBVS vbique FEREBATVR.* Pro quo διεξέρχεσθαι habet in plurimis locis; v. c. de Congr. er. qu. gr. p. 440. D, Ἀκοῇ γὰρ οὐδενὶ χολάζειν ἐμπρεπὲς, ὅτι μὴ λόγῳ ἑνὶ, ὃς ἂν τὰς τοῦ ἑνὸς ΑΡΕΤΑΣ καὶ μόνου θεοῦ καλῶς ΔΙΕΞΕΡΧΗΤΑΙ, *nulli auditioni vacare decet, niſi vni orationi, quae virtutes ſolius dei decenter exprimat.* Quin autem ἀρετὴ de *vniuerſa virtute diuina* accipiatur, dubium eſſe non poteſt. De rer. diu. her. p. 496. A, τὴν μὲν διάνοιαν, ἵνα μηδὲν ἄλλο, ἢ τὰ περὶ θεοῦ, καὶ τῶν ΑΡΕΤΩΝ αὐτοῦ διανοῆσαι, *intellectum ſeruant,*

ſeruant, vt aliud nihil, niſi quae ad deum eiusque virtutem pertinent, cogitet. De Somn. p. 579. C, τὸ μέγεθος καθάπαξ τῆς ΑΡΕΤΗΣ τȣ͂ τὰ πάντα μεγάλȣ θεȣ͂ μὴ συνεωρακότων — ἐςὶ τοιαῦθ' ὑπολαμβάνειν. *Iſtae opiniones ſunt prorſus ignorantium virtutis dei magnitudinem.* In fine eiusdem libri p. 602. C, τὸν θεὸν ἐκ ἐπιλείψεις εὐδαιμονίζȣσα, ἀλλὰ καὶ ὕμνȣς ἱεροπρεπεῖς ςήλαις ἐγχαράξεις, ἵνα μὴ μόνον λέγῃς εὐτρόχως, ἀλλὰ καὶ ᾄδῃς μȣσικῶς τὰς τȣ͂ ὄντως ΑΡΕΤΑΣ, *Deum inceſſanter laudabis, ſacros hymnos inſcribens tabulis, vt non ſolum expedita oratione, ſed etiam carminibus muſicis eius qui eſt, virtutes celebres.* De Nom. Mut. p. 1073. B, πολλὴ δὲ ἄγνοια νομίζειν τὰς θεȣ͂ ΑΡΕΤΑΣ, τὰς ἀῤῥεπεῖς καὶ παγιωτάτας χωρῆσαι ψυχὴν ἀνθρώπȣ δύνασθαι — ἀκράτȣς μὲν γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι τὰς τȣ͂ θεȣ͂ ΑΡΕΤΑΣ, *Magna inſcitia eſt cenſere, humanum animum dei virtutes firmiſſimas et ſolidiſſimas poſſe comprehendere — ſiquidem dei virtutes puras eſſe neceſſe eſt.* Neque tamen errant, qui Apoſtoli verba de *benignitate liberalitateque* diuina interpretantur; imo firmiſſimum ſententiae ſuae praeſidium, cum ſeriem orationis, tum locum parallelum 2 Epiſt. I, 3. τȣ͂ καλέσαντος ἡμᾶς διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς, *qui nos inuitauit glorioſa benignitate*, habent. Quae ipſa vocis notio et poteſtas confirmatur Philonis auctoritate, de Charit. p. 711. B, ἐπαποδύεται δ' αὐτὸς αὐτῷ καὶ ἀγωνίζεται, πολύτροπος ὢν ΑΡΕΤΗι καί τινι εὐτροπίᾳ χρώμενος πρὸς τὰς καλὰς ὑφηγήσεις. *Ipſe legislator ſe ipſum ſuperat et vincit, varia liberalitate vtens et manſuetudine ad bona inſtituta.* Commemorat autem ibi legem, de agno nondum lacte depulſo, non mactando. In ſuperioribus praeceſſerat ἄχρι καὶ τῶν ἀλόγων ζώων τὸ ἐπιεικὲς ἐπιτείνει, *aequitaten etiam ad bruta extendit.* Ἐξαγγέλλειν autem pro ἐπαινεῖν dicitur, quod ad virtutes dei celebrandas ſatis eſt eas commemorare, nec laudum ornamentis

namentis opus habent. Philo de Plant. N. p. 231. A, vbi condito mundo a Deo miniſter quidam eius rogatus, num quid adhuc deſit, reſpondiſſe narratur, deeſſe τὸν ἐπαινετὴν αὐτȣ͂ λόγον, ὃς τὰς ἐν πᾶσι — ὑπερβολὰς ȣ̓κ ἐπαινέσει μόνον, ἢ ΕΞΑΓΓΕΛΕΙ, *qui perfectionem in omnibus — rebus non tam laudet, quam enarret.* Addidiſſe autem, τὰς γὰρ διηγήσεις τῶν τȣ͂ Θεȣ͂ ἔργων αὐταρκέςατον ἐκείνων ἔπαινον εἶναι, προσθήκης ȣ̓δεμιᾶς ἔξωθεν εἰς κόσμον δεομένων, ἀλλὰ τὸ ἀψευδὲς τῆς ἀληθείας τελειότατον ἐχόντων ἐγκώμιον. *Ipſam enim enarrationem operum dei laudem eſſe ſufficientiſſimam, nullo egentem additamento ornatus cauſſa addito, cum ipſa expers mendacii veritas ſit pro laude cumulatiſſima.* Nota ſunt illa Ciceronis p. M. Marc. 2. *Nullius eſt — tanta copia, quae non dicam exornare, ſed ENARRARE C. Caeſar, res tuas geſtas poſſit.*

Τȣ͂ ἐκ σκότȣς ὑμᾶς καλέσαντος) Philo 2. Alleg. p. 70. C, ΚΑΛΕΣΑΝΤΟΣ σε τȣ͂ Θεȣ͂ πρὸς μετȣσίαν ἀρετῆς, *cum tibi copiam Deus fecerit conſequendae virtutis.*

v. 11. Ὡς παροίκȣς) Philo Quis rer. diu. her. p. 518. D, τῷ φιλαρέτῳ κατοικεῖν ȣ̓ δίδωσιν ὁ Θεὸς, ὡς ἐν οἰκείᾳ γῇ, τῷ σώματι, ἀλλὰ ΠΑΡΟΙΚΕΙΝ ὡς ἐν ἀλλοδαπῇ μόνον ἐπιτρέπει χώρᾳ — παντὸς δὲ φαύλȣ συγγενὲς τὸ σώματος χωρίον ἐν ᾧ μελετᾷ κατοικεῖν, ȣ̓ ΠΑΡΟΙΚΕΙΝ· *Amatori virtutis non concedit deus, vt tanquam in terra patria habitet in corpore, ſed inquilinum agat in eo, tanquam alienigena — omnis autem improbi cognatus locus corpus eſt, in quo incolam malit, quam peregrinum agere.* Conf. Cic. Off. I, 34.

v. 13. Ὡς ὑπερέχοντι) *vt opibus et potentia valenti:* ita ὑπερέχοντες apud Philonem, quibus opponuntur ἐλάττονες, 3. de Vit. Moſ. p. 695. A, ὧν τὸ μὲν ἦν καθαίρεσις τῶν ΥΠΕΡΕΧΟΝΤΩΝ, τὸ δ' αὔξησις

σις τῶν ΕΛΑΤΤΟΝΩΝ, οἷα ἡγεμόσιν ὑπηκόων ἐπιτιθεμένων ἐπὶ συγχύσει — τῆς τάξεως, *quorum alterum ad deprimendos potentes, alterum ad augendos minores pertinebat, ſicut contra imperantes inſurgentibus ſubditis, ad confundendum ordinem.*

v. 16. Μὴ ὡς ἐπικάλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας τὴν ἐλευθερίαν) Philo lib. in Flacc. p. 971. B, de ſeditioſo populo, ſtatuas deorum in proſeuchis ponendas clamante, κατασοφίζεσθαι τὸ Καίσαρος ὄνομα ΠΡΟΚΑΛΥΜΜΑ ποιησάμενοι, ᾧ προσάπτειν τὶ τῶν ἐπαιτίων ἐ θεμιτόν· *commenti ſunt ad praetextum Caeſaris nomen, quod in ius vocari non liceat.* Ac de Decal. p. 768. A, τὸ μὴ παῦσθαι ΠΡΟΚΑΛΥΜΜΑ πίστιν ἀπιστίας, *non celandam praetextu fidei, perfidiam.* De Spec. legg. p. 785. C, ΠΡΟΚΑΛΥΜΜΑ τῶν ἁμαρτημάτων αἰδῶ ποιησαμένη, *pudore tegens peccatum.*

CAPVT III.

v. 3. Περιθέσεως χρυσίων) Vim verbi περιτιθέναι in ornando amiciendoque indicauimus ſupra ad 1 Cor. XII, 23. quibus hac opportunitate oblata, alia addere viſum eſt. De Agric. p. 209. D, vbi tamen de ornamentis non corporum, ſed aedium dicitur: οἱ δὲ κονιάματα καὶ λήρους κόσμον ἄψυχον οἰκίαις ΠΕΡΙΤΙΘΕΝΤΕΣ, *qui album aut nugas, ornamentum ſpiritu caſſum cubiculis addunt.* De Nom. Mut. p. 1075. D, *Homines alios decipiunt,* ὥσπερ οἱ προσωπεῖα καλὰ αἰσχίσαις ὄψεσι ΠΕΡΙΤΙΘΕΝΤΕΣ, *vt qui perſonas pulcras turpibus formis adhibent.* Nec aliter Lucianus Lexiph. p. n. 197. Ald. καρπώδεσμά τε αὐτῷ ΠΕΡΙΘΕΙΣ, *cum armillas ipſi circumdediſſet.* Ad κόσμον autem ſiue mundum muliebrem quae referantur, cognoſci poteſt ex his apud Philonem de migr. Abr. p. 403. B, τὸν ἑαυτῶν ΚΟΣΜΟΝ ἀόκνως εἰσφέρουσι σφραγῖδας, ἐνώτια, δακτυλίους, περιδέξια,

IN PRIOREM EPISTOLAM PETRI.

Caput I.

v. 7.

Τιμιώτερον χρυσίȣ, τȣ̃ ἀπολλυμένȣ, διὰ πυρὸς δὲ δοκιμαζομένȣ) *Pretioſior vt ſit conſtantia veſtra auro perituro, quamuis igne probato.* Sic οἱ ἀπολλύμενοι apud Paullum 2 Cor. IV, 3. pro *perituris* dicuntur, vt *regna peritura*, apud Virgilium Georg. II, 498. Sic Philo hoc ipſum verbum eademque Enallage temporis vſurpat de Profug. p. 454. B, ȣ̓κ οἶδας ὅτι ναῦν ἰδιώτης μὲν παραλαβὼν σώζεσθαι δυναμενὴν, ἀνατρέπει· κυβερνητικὸς δὲ ἀνὴρ, καὶ τὴν ΑΠΟΛΛΥΜΕΝΗΝ πολλάκις ἔσωσε; *An neſcis imperitum, ſi nauem acceperit, quae ſeruari poſſit, ſubuertere, gubernare autem edoctum, interituram ſaepe ſeruare?* vbi obiter obſerues Callimachium reſpici Epigram. 19. Ναῦν ἅμα καὶ ψυχὴν εἶδεν ἀπολλυμένην· Nec non lib. 1. de Vit. Moſ. p. 617. E, ȣ̃τοι δὲ τὸν θεὸν ἱκέτευσαν οἶκτον λαβεῖν τῶν ΑΠΟΛΛΥΜΕΝΩΝ, *illo* (Moſe) *deprecante, deus miſertus eſt pereuntium.* Quare opus non eſt emendatione DORVILLII ἀπολελȣμένȣ, quo *aurum lotum* indicetur, quam ad Charitonem p. 705. propoſuit, qua in re vir ille non attendiſſe videtur ad poteſtatem particulae δὲ, quam, ſi per *quamuis* vertas, omnis difficultas remouetur. Iam porro, διὰ πυρὸς δοκιμαζόμενον alias vno dicitur verbo πεπυρωμένον. Sed vtrumque coniungit Philo 1. Alleg. p. 54. D, ἡ φρόνησις ἦν εἴκασε

χρυσίῳ ἀδόλῳ καὶ καθαρᾷ, καὶ ΠΕΠΥΡΩΜΕΝΗι καὶ ΔΕΔΟΚΙΜΑΣΜΕΝΗι καὶ ΤΙΜΙΑι Φύσει, ἐκεῖ μὲν ἐςὶν ἐν τῇ τȣ̃ θεȣ̃ σοφίᾳ, *Prudentia, quam cum auro comparauit, metallo ſincero, puro, pretioſo, igne ſpectato probatoque, illic quidem eſt in dei ſapientia.* Similis denique locus de Sacr. Ab. et Cain. p. 144. B, Ο ΤΙΜΙΩΤΕΡΟΣ ΧΡΥΣΙΟΥ λόγος, *Sermo quouis auro pretioſior.*

v. 10. Περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησαν καὶ ἐξηρεύνησαν προφῆται) Verba ἐκζητεῖν et ἐξερευνᾷν compoſita cum praepoſitione, non ſolum eandem quam ſimplicia vim notionemque habent, ſed etiam per ſe ipſa peculiari quadam emphaſi plane carent, quam eis nonnulli imperite tribuunt, eodemque modo hic, vt apud Homerum διέρεσθαι et μεταλλᾷν ſaepius coniunguntur. Iſta autem verborum vis, quae alia nulla eſt, niſi *in aliqua re conſideranda, inquirenda verſari*, hiſce, quos poſuimus Philonis locis, vt arbitramur, illuſtrabitur. Sic de Temul. p. 268. D, εἰ μέντοι βȣληθείη τις ὑπὸ μηδεμιᾶς ἄλλης καινοτέρας θέας ἀγόμενος, ΕΝΕΡΕΥΝΗΣΑΣ τῷ προτεθέντι κεφαλαίῳ, τὰς ἑκάςων ἀγωγὰς καὶ ἔθη καὶ νόμȣς ἐπιέναι — τὸν ἅπαντα ἑαυτȣ̃ κατατρίψει βίον, κἂν αἰῶνι χρήσαιτο μακρῷ καὶ ȣ̓δὲν ἧττον πολλὰ ἀδιερεύνητα καὶ ἀπερίσκεπτα καὶ ἄφωνα λήσει καταλιπών, *Quodſi quis velit omiſſis recentioribus ſpectaculis, inquirere in praeſens caput diligentius et examinare ſingulatim inſtituta, mores, leges — totam vitam in hoc conteret vel longiſſimam, nihilo minus tamen pleraque eius conſiderationem effugient.* De Gigant. p. 292. C, Ἀβραὰμ, ἄνθρωπος ȣ̓ρανȣ̃, τήν τε μετάρσιον καὶ τὴν αἰθέριον Φύσιν ΔΙΕΡΕΥΝΩΝ, *Abram, coeli homo, ſublimis aethereaeque naturae contemplator.* Quod deus ſit immut. p. 317. B, περὶ τὸ ὄρος πορευσώμεθα, τȣτέςιν ὑψηλαῖς καὶ μετεώροις ἔθος ἔχοντες ἐνομιλεῖν δυνάμεσι, καὶ ὀρικῶς ἕκαςα σκοπεῖν, τὸν παντὸς

ὄντινοσοῦν λόγον ΕΡΕΥΝΩΝΤΕΣ — καταφρονητικῶς ἔχομεν πάντων ὅσα ἐκτὸς τὲ καὶ περὶ σῶμα, *Ad montem tranſiuimus, hoc eſt, adſueti cum ſublimibus verſari potentiis et e ſpecula res conſiderare rationesque ſingularum indagare — contemnimus externa omnia et corporea.* De Abrah. p. 350. A, ἐπεὶ τοὺς νόμους κατὰ τὸ ἑξῆς ἀκόλουθον ἀναγκαῖον ΔΙΕΡΕΥΝΑΣΘΑΙ, *Cum poſtulet ordinis ratio, vt de legibus quaeramus.* Ibid. p. 373. A, καὶ ὅσα ἄλλα περιττὸς νοῦς φρονήσει συμβιῶν εἴωθε ΔΙΕΡΕΥΝΑΣΘΑΙ, *et quidquid aliud curioſa mens cogitando ſolet quaerere.* Sic verba ἀκριβοῦν, ἐξετάζειν et ἐρευνᾶν in eadem ſignificatione ponuntur in lib. de Migrat. Abrah. p. 416. E. Et quid opus eſt plura congerere, cum vel haec ſatis perſpicuam verbis Apoſtoli lucem afferant.

v. 12. Εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι) Verbi παρακύπτω vis et poteſtas non differt ab ea, quam verbo ἐρευνᾶν ineſſe paullo ante probatum dedimus; quare etiam audiendi non ſunt, qui ei praecipuam attribuunt emphaſin. Quae ita commentitia vanaque eſt, vt cum leges linguae, tum vſus contrarium doceat. Apud Demoſthenem quidem, vt demonſtrat Index Reiskianus, vſurpatur pro: *curſim velut atque obiter inſpicere, rem attingere tantum.* Sic prorſus eſt apud Philonem de Abrah. p. 366. B, ἀλλ᾽ οὐδὲ ὅσον ΔΙΑΚΥΨΑΙ μόνον, *ac ne introſpecturos quidem parumper.* At idem ita vtitur verbo διακύψαι, vt coniungat cum ἐρευνᾶν. De Sacr. Ab. et Ca. p. 144. E, σκοπῶμεν, ὅπως τὴν ψυχὴν γυμνάσωμεν — ΔΙΑΚΥΠΤΕΙΝ εἰς ἕκαστον καὶ ΕΡΕΥΝΑΝ μετὰ πάσης ἀκριβείας, *Conſideremus quomodo animum adſuefaciamus, vt ſingula inſpiciat et ſcrutetur cum omni diligentia.* Quod prob. lib. p. 873. B, μετὰ δὲ τὴν χλεύην παυσάμενοι τοῦ γέλωτος ἣν ἐθελήσωσι ΔΙΑΚΥΨΑΙ, καὶ τὸ λεγόμενον σαφῶς ΕΡΕΥΝΗΣΑΙ — ἔσονται ὅτι ἐπ᾽ οὐδενὶ μᾶλλον οἰμώζε-

οἰμώζεταί τις, ἢ τῷ μὴ πειθαρχεῖν σοφῷ, *At ſi riſu cauillisque ſedatis, voluerint penitius rem introſpicere, ſcient, non alia de cauſſa quemquam ploraturum citius, quam ſi ſapientis monita contemſerit.* Sic quoque διαναχύψαι, pro *Intelligere, cognoſcere.* De Temul. p. 264. E, κἂν βιασάμενός τις ὑπὸ περιεργίας ἢ τοῦ φιλομαθοῦς ἐθελήσῃ ΔΙΑΝΑΚΥΨΑΙ, καθάπερ οἱ πεπηρωμένοι, προσπταίων τοῖς ποσὶ πρὶν τι λαβεῖν ἀναπεσὼν ὑστερίζει, *Si quis curioſior aut diſcendi cupidior conetur accuratius cognoſcere, tanquam luminibus orbati offenſans prius quam aliquid apprehendat, prolapſus fruſtratur.* De Leg. ad Cai. p. 1000. A, ΕΙΣ ἡγεμονικῆς ψυχῆς ΠΑΡΑΚΥΨΑΙ βουλεύματα, *animi ad imperandum nati noſſe*, l. *capere conſilia.*

v. 18. Ὅτι οὐ φθαρτοῖς, ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ ἐλυτρώθητε) Φθαρτὰ ſunt *fluxa, caduca*, qualia auri argentique pondera etiam apud Philonem dicuntur de Cherub. p. 116. B, ταῦτα ὦ μῦσαι — ταμιευσάμενοι παρ᾽ ἑαυτοῖς φυλάττετε θησαυρὸν, οὐκ ἐν ᾧ ΧΡΥΣΟΣ καὶ ΑΡΓΥΡΟΣ οὐσίαι ΦΘΑΡΤΑΙ κατάκεινται, ἀλλὰ τῶν ὄντων κτημάτων τὸ κάλλιστον, *Haec o myſtae — recondite apud vos et tanquam theſaurum ſeruate, in quo non aurum argentumque res corruptibiles ſitae ſunt, ſed verarum poſſeſſionum pulcherrima.* De Congr. er. qu. gr. p. 440. B, οὐκ ΑΡΓΥΡΟΝ οὐδὲ ΧΡΥΣΟΝ τιν᾽, ἢ ἄλλο τῶν ἐν ὕλαις ΦΘΑΡΤΑΙΣ, *ſumit non argentum aurumue, aut aliquam aliam materiarum corruptibilium.*

v. 25. Τὸ δὲ ῥῆμα Κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα) Non parum elegans locus Philonis de Vit. Moſ. II. p. 656. C, vbi aliarum gentium iura legesque ſubinde mutatas, perpetuam autem legis diuinae Iudaeis praeſcriptae firmitatem commemorat, τὰ δὲ τούτου μόνου βέβαια, ἀσάλευτα, ἀκράδαντα, καθάπερ σφραγῖσι φύσεως αὐτῆς σεσημασμένα ΜΕΝΕΙ παγίως, ἀφ᾽ ἧς ἡμέρας

ἐγράφη μέχρι νῦν, καὶ πρὸς τὸν ἔπειτα πάντα ΔΙΑΜΕΝΕΙΝ ἐλπὶς αὐτὰ ΑΙΩΝΑ ὥσπερ ἀθάνατα, ἕως ἂν ἥλιος καὶ σελήνη καὶ ὁ σύμπας ὐρανός τε καὶ κόσμος ᾖ· *Huius ſola firma, immobilis, inconcuſſa, tanquam naturae ſigillis obſignata manet, ex quo ſcripta eſt, in hodiernum usque, et ſpes eſt manſuram per omnia ſecula immortalem, quamdiu ſol, luna, caelum totusque mundus manebit.*

CAPVT II.

v. 6. Περιέχει ἐν τῇ γραφῇ) pro περιέχεται. Philo 2. Alleg. p. 61. D, ἀνάγκη γὰρ ΕΝ τύτοις ΠΕΡΙΕΧΕΣΘΑΙ, *neceſſe enim eſt in his contineri.*

v. 9. Βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον) Iſtius nominis poteſtatem declarat Philo de Abrah. p. 357. E, τὴν δὲ περίσεμνον τριάδα καὶ περιμάχητον ἑνὸς εἴδυς ἐπιλεγομένυ ΒΑΣΙΛΕΙΟΝ ΙΕΡΑΤΕΥΜΑ καὶ ΕΘΝΟΣ ΑΓΙΟΝ οἱ χρησμοὶ καλῦσι, *Hunc venerandum ternionem et probatiſſimum, ſub vno genere comprehendunt diuina oracula, dum gentem ſanctam vocant et regale ſacerdotium.*

Ὅπως τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε) Sic διαγγέλλειν dicit Philo de Ioſ. p. 549. D, ἡ πρόνοια τῦ νεανίσκυ πανταχόσε ΔΙΗΓΓΕΛΛΕΤΟ, *prudentia adoleſcentis LAVDIBVS vbique FEREBATVR.* Pro quo διεξέρχεσθαι habet in plurimis locis; v. c. de Congr. er. qu. gr. p. 440. D, Ἀκοῇ γὰρ ὐδενὶ σχολάζειν ἐμπρεπὲς, ὅτι μὴ λόγῳ ἑνὶ, ὃς ἂν τὰς τῦ ἑνὸς ΑΡΕΤΑΣ καὶ μόνυ θεῦ καλῶς ΔΙΕΞΕΡΧΗΤΑΙ, *nulli auditioni vacare decet, niſi vni orationi, quae virtutes ſolius dei decenter exprimat.* Quin autem ἀρετὴ de *vniuerſa virtute diuina* accipiatur, dubium eſſe non poteſt. De rer. diu. her. p. 496. A, τὴν μὲν διάνοιαν, ἵνα μηδὲν ἄλλο, ἢ τὰ περὶ θεῦ, καὶ τῶν ΑΡΕΤΩΝ αὐτῦ διανοῆσαι, *intellectum ſeruant,*

ſeruant, vt aliud nihil, niſi quae ad deum eiusque virtutem pertinent, cogitet. De Somn. p. 579. C, τὸ μέγεθος καθάπαξ τῆς ΑΡΕΤΗΣ τῦ τὰ πάντα μεγάλυ θεῦ μὴ συνεωρακότων — ἐςὶ τοιαῦθ᾽ ὑπολαμβάνειν. *Iſtae opiniones ſunt prorſus ignorantium virtutis dei magnitudinem.* In fine eiusdem libri p. 602. C, τὸν θεὸν ἐκ ἐπιλείψεις εὐδαιμονίζυσα, ἀλλὰ καὶ ὕμνυς ἱεροπρεπεῖς ςήλαις ἐγχαράξεις, ἵνα μὴ μόνον λέγῃς εὐτρόχως, ἀλλὰ καὶ ᾄδῃς μυσικῶς τὰς τῦ ὄντως ΑΡΕΤΑΣ, *Deum inceſſanter laudabis, ſacros hymnos inſcribens tabulis, vt non ſolum expedita oratione, ſed etiam carminibus muſicis eius qui eſt, virtutes celebres.* De Nom. Mut. p. 1073. B, πολλὴ δὲ ἄγνοια νομίζειν τὰς θεῦ ΑΡΕΤΑΣ, τὰς ἀῤῥεπεῖς καὶ παγιωτάτας χωρῆσαι ψυχὴν ἀνθρώπυ δύνασθαι — ἀκράτυς μὲν γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι τὰς τῦ θεῦ ΑΡΕΤΑΣ, *Magna inſcitia eſt cenſere, humanum animum dei virtutes firmiſſimas et ſolidiſſimas poſſe comprehendere — ſiquidem dei virtutes puras eſſe neceſſe eſt.* Neque tamen errant, qui Apoſtoli verba de *benignitate liberalitateque* diuina interpretantur; imo firmiſſimum ſententiae ſuae praeſidium, cum ſeriem orationis, tum locum parallelum 2 Epiſt. I, 3. τῦ καλέσαντος ἡμᾶς διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς, *qui nos inuitauit glorioſa benignitate*, habent. Quae ipſa vocis notio et poteſtas confirmatur Philonis auctoritate, de Charit. p. 711. B, ἐπαποδύεται δ᾽ αὐτὸς αὐτῷ καὶ ἀγωνίζεται, πολύτροπος ὢν ΑΡΕΤΗι καί τινι εὐτροπίᾳ χρώμενος πρὸς τὰς καλὰς ὑφηγήσεις. *Ipſe legislator ſe ipſum ſuperat et vincit, varia liberalitate vtens et manſuetudine ad bona inſtituta.* Commemorat autem ibi legem, de agno nondum lacte depulſo, non mactando. In ſuperioribus praeceſſerat ἄχρι καὶ τῶν ἀλόγων ζώων τὸ ἐπιεικὲς ἐπιτείνει, *aequitatem etiam ad bruta extendit.* Ἐξαγγέλλειν autem pro ἐπαινεῖν dicitur, quod ad virtutes dei celebrandas ſatis eſt eas commemorare, nec laudum ornamentis

namentis opus habent. Philo de Plant. N. p. 231. A, vbi condito mundo a Deo miniſter quidam eius rogatus, num quid adhuc deſit, reſpondiſſe narratur, deeſſe τὸν ἐπαινετὴν αὐτȣ̃ λόγον, ὃς τὰς ἐν πᾶσι — ὑπερβολὰς ȣ̓κ ἐπαινέσει μόνον, ἢ ΕΞΑΓΓΕΛΕΙ, *qui perfectionem in omnibus — rebus non tam laudet, quam enarret.* Addidiſſe autem, τὰς γὰρ διηγήσεις τῶν τȣ̃ Θεȣ̃ ἔργων αὐταρκέςατον ἐκείνων ἔπαινον εἶναι, προσθήκης ȣ̓δεμιᾶς ἔξωθεν εἰς κόσμον δεομένων, ἀλλὰ τὸ ἀψευδὲς τῆς ἀληθείας τελειότατον ἐχόντων ἐγκώμιον. *Ipſam enim enarrationem operum dei laudem eſſe ſufficientiſſimam, nullo egentem additamento ornatus cauſſa addito, cum ipſa expers mendacii veritas ſit pro laude cumulatiſſima.* Nota ſunt illa Ciceronis p. M. Marc. 2. *Nullius eſt — tanta copia, quae non dicam exornare, ſed ENARRARE C. Caeſar, res tuas geſtas poſſit.*

Τȣ̃ ἐκ σκότȣς ὑμᾶς καλέσαντος) Philo 2. Alleg. p. 70. C, ΚΑΛΕΣΑΝΤΟΣ σε τȣ̃ Θεȣ̃ πρὸς μετȣσίαν ἀρετῆς, *cum tibi copiam Deus fecerit conſequendae virtutis.*

v. 11. Ὡς παροίκȣς) Philo Quis rer. diu. her. p. 518. D, τῷ φιλαρέτῳ κατοικεῖν ȣ̓ δίδωσιν ὁ θεὸς, ὡς ἐν οἰκείᾳ γῇ, τῷ σώματι, ἀλλὰ ΠΑΡΟΙΚΕΙΝ ὡς ἐν ἀλλοδαπῇ μόνον ἐπιτρέπει χώρᾳ — παντὸς δὲ φαύλȣ συγγενὲς τὸ σώματος χωρίον ἐν ᾧ μελετᾷ κατοικεῖν, ȣ̓ ΠΑΡΟΙΚΕΙΝ· *Amatori virtutis non concedit deus, vt tanquam in terra patria habitet in corpore, ſed inquilinum agat in eo, tanquam alienigena — omnis autem improbi cognatus locus corpus eſt, in quo incolam malit, quam peregrinum agere.* Conf. Cic. Off. I, 34.

v. 13. Ὡς ὑπερέχοντι) *vt opibus et potentia valenti:* ita ὑπερέχοντες apud Philonem, quibus opponuntur ἐλάττονες, 3. de Vit. Moſ. p. 695. A, ὧν τὸ μὲν ἦν καθαίρεσις τῶν ΥΠΕΡΕΧΟΝΤΩΝ, τὸ δ' αὔξησις

σις τῶν ΕΛΑΤΤΟΝΩΝ, *οἷα ἡγεμόσιν ὑπηκόων ἐπιτιθεμένων ἐπὶ συγχύσει — τῆς τάξεως*, *quorum alterum ad deprimendos potentes, alterum ad augendos minores pertinebat, ſicut contra imperantes inſurgentibus ſubditis, ad confundendum ordinem.*

v. 16. *Μὴ ὡς ἐπικάλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας τὴν ἐλευθερίαν*) Philo lib. in Flacc. p. 971. B, de ſeditioſo populo, ſtatuas deorum in proſeuchis ponendas clamante, *κατασοφίζεσθαι τὸ Καίσαρος ὄνομα* ΠΡΟΚΑΛΥΜΜΑ *ποιησάμενοι, ᾧ προσάπτειν τι τῶν ἐπαιτίων ἐ θεμιτόν· commenti ſunt ad praetextum Caeſaris nomen, quod in ius vocari non liceat.* Ac de Decal. p. 768. A, *τὸ μὴ ποιεῖσθαι* ΠΡΟΚΑΛΥΜΜΑ *πίστιν ἀπιστίας*, *non celandam praetextu fidei, perfidiam.* De Spec. legg. p. 785. C, ΠΡΟΚΑΛΥΜΜΑ *τῶν ἁμαρτημάτων αἰδῶ ποιησαμένη*, *pudore tegens peccatum.*

CAPVT III.

v. 3. *Περιθέσεως χρυσίων*) Vim verbi *περιτιθέναι* in ornando amiciendoque indicauimus ſupra ad 1 Cor. XII, 23. quibus hac opportunitate oblata, alia addere viſum eſt. De Agric. p. 209. D, vbi tamen de ornamentis non corporum, ſed aedium dicitur: *οἱ δὲ κονιάματα καὶ λήρους κόσμον ἄψυχον οἰκίαις* ΠΕΡΙΤΙΘΕΝΤΕΣ, *qui album aut nugas, ornamentum ſpiritu caſſum cubiculis addunt.* De Nom. Mut. p. 1075. D, *Homines alios decipiunt, ὥσπερ οἱ προσωπεῖα καλὰ αἰσχίσαις ὄψεσι* ΠΕΡΙΤΙΘΕΝΤΕΣ, *vt qui perſonas pulcras turpibus formis adhibent.* Nec aliter Lucianus Lexiph. p. n. 197. Ald. *καρπώδεσμά τε αὐτῷ* ΠΕΡΙΘΕΙΣ, *cum armillas ipſi circumdediſſet.* Ad *κόσμον* autem ſiue mundum muliebrem quae referantur, cognoſci poteſt ex his apud Philonem de migr. Abr. p. 403. B, *τὸν ἑαυτῶν* ΚΟΣΜΟΝ *ἀόκνως εἰσφέρουσι σφραγῖδας, ἐνώτια, δακτυλίους, περιδέξια,*

δέξια, ἐμπλόκια, πάνθ᾽ ὅσα χρυσὸν εἶχε τὴν ὕλην, τοῦ σώματος ΚΟΣΜΟΝ, ἀνταλλαττόμεναι τοῦ τῆς εὐσεβείας, *ſuum mundum conferunt alacriter ſigilla, inaures, anulos, dextralia, acus crinales, omni auro confecto corporis mundo redimentes pietatis ornamentum.*

v. 4. Ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος) A Paullo Rom. VII, 22. ὁ ἔσω ἄνθρωπος vocatur. Plato τοῦ ἐντὸς ἀνθρώπου meminit cum alibi, tum de Republ. IX. p. 589. Philo hinc recepit ſua de Gig. p. 288. D, ὁ πρὸς ἀλήθειαν ΑΝΘΡΩΠΟΣ, *homo verus.* Quae etiam ad lectionem ἄνθρωπος contra alteram κόσμος, defendendam valent.

v. 6. Μὴ φοβούμεναι μηδεμίαν πτόησιν) *Nullo timore perterritae.* Apoſtolus praecipit, vt feminae non vi, metu, maloue coactae, ſed ſponte liberaliterque officio fungantur. Πτοίαν autem et πτόησιν *pauorem, vehementioremque metum* ſignificare, vel haec Philonis verba demonſtrant. Quod det. pot. inſ. p. 175. D, ὅταν παλμῶδες ἐν ψυχῇ πάθος ὠμὸν γένηται κνησμοὺς ἢ γαργαλισμοὺς ἐξ ἡδονῆς ἢ ἐπιθυμίας, ἢ πάλιν δηγμούς τε καὶ ΠΤΟΙΑΣ ἐκ φόβου καὶ λύπης ἐμποιοῦν, *cum quaſſans in animo affectus exacerbetur, pruritus et titillationes ex voluptate aut cupidine, aut contra morſus et pauores ex metu et triſtitia afferens.* De Congr. er. qu. gr. p. 436. A, ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς γενέσεως ἡμῶν ἡ ψυχὴ συντρόφοις τοῖς πάθεσιν μόνοις χρῆται, λύπαις, ἀλγηδόσι, ΠΤΟΙΑΙΣ, ἐπιθυμίαις, ἡδοναῖς, *A natiuitate animus noſter coalitis affectibus vtitur, triſtitia, doloribus, timore, cupiditatibus, voluptate.* Quis rer. diu. her. p. 516. C, vbi ſermo de populo, conſpecto miraculoſo igne, victimas poſt ſacerdotum inaugurationem die octauo incendente, perturbato: ἡ γὰρ τοιαύτη ἔκπληξις, ΠΤΟΗΣΙΝ καὶ κατάπληξιν ἐμποιεῖ· *Iſta enim perturbatio pauorem ac ſtuporem inducit.* De Decal.

Decal. p. 764. D, ὅταν τὸ κακὸν μήπω μὲν εἰσῳκισμένον θλίβῃ, μέλλει δ' ἀφικνεῖσθαι καὶ παρευτρεπίζεσθαι ΠΤΟΙΑΝ καὶ ἀγωνίαν, ἀποφράδας ἀγγέλους, προεκπέμπει δειματοῦντας· φόβος δὲ προσαγορεύεται τὸ πάθος: *Quando malum nondum praeſens premit, imminet tamen, pauorem et angorem abominandos nuntios praemittit, quibus territet; Qui affectus timor vocatur.* De Exſecr. p. 934. B, vbi poena ſceleſtis denuntiatur haec, φύλλων κτύπος κουφότατος δι' ἀέρος φερόμενος τοσαύτην ἀγωνίαν καὶ ΠΤΟΙΑΝ ἐργάσεται, ὅσην βαρύτατος πόλεμος ἐκ δυνατωτέρων ἐχθρῶν. *Frondis vento agitatae vel leuiſſimus ſtrepitus, tantum pauorem metumque incutiet, quantum grauiſſima bella cum validis hoſtibus.* Sic de conſternatione equorum apud Philoſtratum Iun. Imag. p. n. 522. ὁ δὲ — ΠΤΟΙΑΝ τοῖς ἵπποις προσέβαλεν, *Ille autem — pauorem equis incuſſit.*

v. 20. Εἰς ἣν ὀλίγαι [τουτέστιν ὀκτὼ] ψυχαὶ διεσώθησαν δι' ὕδατος) De diluuio Noachico verba facit Philo 2. de Vit. Moſ. p. 662. C, κατὰ δὲ τὸν μέγαν κατακλυσμὸν, ὀλίγου δέω φάναι τοῦ σύμπαντος ἀνθρώπων γένους φθειρομένου, τὸν Νῶε οἶκον ἀπαθῆ γενέσθαι παντὸς κακοῦ λόγος ἔχει, *In magno diluuio, quo vniuerſum propemodum genus humanum interiit, Noe domus proditur euaſiſſe incolumis.* Conferantur ſequentia. Διασωθῆναι apud Philonem 3. de Vit. Moſ. p. 691. D, ſubmerſi Aegyptii in littus eiecti ſunt a fluctibus, ἀναγκαῖα θέα γενησόμενοι τοῖς ΔΙΑΣΩΘΕΙΣΙΝ, *vt iucundo ſpectaculo eſſent iis, qui eſſent ſeruati.* Sed cautiores ſimus WETSTENIO, qui huc plurima verbi exempla congeſſit aliena et inepta, in quibus hanc vim habet: *e periculo ſeruatum in aliquem locum venire;* cum Petrina verba ſignificent: *in qua arca perpauci homines ſeruati ſunt.*

CAPVT

Caput IV.

v. 3. Οἰνοφλυγίαις) Vſurpat vocem Philo de Opif. m. p. 36. D, σιτεῖταί τε — τροφὴν — τὴν ἀναδιδομένην ἐκ γῆς, κατὰ τὰς ἐτησίους ὥρας ἐξ ἧς ΟΙΝΟΦΛΥΓΙΑΙ, καὶ ὀψοφαγίαι καὶ λαιμαργίαι τὰς γαστρὸς ἐπιθυμίας προσαναῤῥηγνῦσαι — συναύξουσι, καὶ αναῤῥηγνύουσι καὶ τοὺς ὑπογαστρίους οἴστρους· *Veſcitur quoque cibis — qui pro anni temporibus e terra prouentiunt, unde ebrietates et cupedinarii guloſique appetitus ventris orti, adaugent et ſuſcitant quoque quae ſub ventre ſunt, libidines.* De Temul. p. 272. E, ἄμπελος καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῖς γινομένοις ἀπεικάζει τοὺς ΟΙΝΟΦΛΥΓΙΑΣ καὶ λαιμαργίας, καὶ τῶν αἰσχίστων ἡδονῶν ἥττους· *Vitis ſignificat homines vinolentia, gula, turpiſſimisque voluptatibus perditos.* De Spec. legg. p. 783. C, τὸ μὲν πρῶτον ὀψοφαγίαις καὶ ΟΙΝΟΦΛΥΓΙΑΙΣ — ἐνησκήθησαν, *primum opiparis conuiuiis largisque potationibus indulgent.*

v. 4. Ἀσωτίας ἀνάχυσιν) Philo de Conf. ling. p. 336. E, ὦ περιττῆς καὶ ΚΕΧΥΜΕΝΗΣ ἀναισχυντίας, *o inſignem et effuſam impudentiam.* Sic ἐκκεχυμένως ἀγαπᾶν et ſimilia, affert ABRESCHIVS Lectt. Ariſtaenet. p. 272. Cicero de N. D. I, 16. *effuſas in omni intemperantia libidines.* Liuius XXXIV, 6. *ne effundantur ad luxuriam.*

v. 18. Εἰ ὁ δίκαιος μόλις σώζεται) Μόλις *aegre, ſummo labore.* Philo de Opif. m. p. 18. B, ΜΟΛΙΣ γὰρ ανατέμνοντες τὰ πεδία, καὶ πηγῶν ῥέεθρα καὶ ποταμῶν ἐποχετεύοντες, σπείροντές τε καὶ φυτεύοντες καὶ τὸν γεωπόνων κάματον μεθ᾽ ἡμέραν καὶ νύκτωρ ἀτρύτως ἐκδεχόμενοι, δι᾽ ἔτους συγκομίζουσι τὰ ἐπιτήδεια, *Aegre proſcindentes arua et fundanos fluuialesque riuos inducentes, ad haec ſeminantes plantantesque et agri-*

culturae laborem noctu atque interdiu obeuntes, quotannis comportant neceſſaria. De Sacr. Abel. et Cain. p. 141. E, ἐξ ἀμηχανίας πολλῆς τὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων ὠφέλειαν ἀπογνόντες, ἄκοντες καὶ δείλαιοι καταφεύγουσιν ὀψὲ καὶ ΜΟΛΙΣ ἐπὶ τὸν μόνον σωτῆρα θεὸν, *plane deſtituti conſilio, nullum aliunde auxilium ſperantes, infelices, nolentes, aegre tandem ad deum, qui ſolus ſeruare poteſt, ſe recipiunt.* De ſignificatione formae ὀψὲ καὶ μόλις eiusque variationibus videndus DORVILLIVS ad Charit. p. 345. atque Interpp. ad Thomam Mag. p. 619. ed. Bern. Porro 1. de Vit. Moſ. p. 646. E, ΜΟΛΙΣ ἐνενόησεν, *aegre tandem intellexit.* Μόγις, *uix.* Philo in Flacc. p. 981. C, μόγις — δέκα ἢ πεντεκαίδεκα τῶν διακονικῶν ἀνδραπόδων ἐπηκολουθήκει, *vix decem aut quindecim ſerui comitabantur.*

Ποῦ φανεῖται;) Φαίνεσθαι, *comparere, conſpici,* h. *ſaluum eſſe.* Sic: *repente comparuit incolumis*, Sueton. Aug. 14. Ἀφανὲς contra de re quae intercidiſſe, interiiſſe putetur ap. Callim. Epigr. 43. 2. Philo 3. de Vit. Moſ. p. 696. A, commemorans, de populo alios hiatu terrae, alios fulmine abſumtos aeque periiſſe, οὐδέτεροι γὰρ, ſcribit, ΕΦΑΝΗΣΑΝ, *nam vtrique diſparuerunt.*

C a p v t V.

v. 5. Ὁ θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται) Superbos non humano arbitrio, ſed diuino iudicio ſubiectos eſſe teſtatur Philo de Charit. p. 715. E, τοὺς μέγα πνέοντας ἐπὶ τοῖς τῆς ἀλαζονείας καὶ ἀθεραπεύτως εἰς ἅπαν ἔχοντας, ὁ νόμος παγκάλως οὐκ ἤγαγεν εἰς κρίσιν ἀνθρωπίνην, ἀλλὰ μόνῳ τῷ θείῳ παρέδωκε δικαστηρίῳ· φησὶ γὰρ, ὃς ἂν ἐγχειρῇ τι πράττειν μεθ' ΥΠΕΡΗΦΑΝΙΑΣ, ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΠΑΡΟΞΥΝΕΙ, *Illos qui faſtu turgidi nolunt reſipiſcere, lex non ad humanum tribunal mittit, ſed diuino tradit iudicio. Ait enim, quicunque*

cunque aggreditur aliquid agere cum ſuperbia, Deum irritat. Quibus ſimillima ſunt de Vict. off. p. 848. E, εἴρηται γὰρ πȣ̃ καλῶς, ὅτι ὁ ἐγχειρῶν ὑπεραύχοις ἢ λόγοις ἢ ἔργοις, ȣ̓κ ἀνθρώπȣς μόνον, ἀλλὰ καὶ θεὸν παροξύνει, τὸν ἰσότατον καὶ παντὸς ἀρίςȣ δημιȣργόν. Dicitur autem ἀντιτάττεσθαι pro *reſiſtere, ſe opponere*, apud eundem de Congr. er. qu. gr. p. 428. D, vbi ſimul ſcite coniungitur cum verbis παλαίειν et ἀλείφεσθαι· Ῥαχὴλ δὲ ἀγαπᾷ πρὸς τὰ πάθη παλαίων καὶ πρὸς ἐγκράτειαν ἀλειφόμενος, τοῖς αἰσθητοῖς πᾶσιν ΑΝΤΙΤΑΤΤΟΜΕΝΟΣ, *Rachelem autem diligit, colluctans cum affectibus et exercens ſe ad temperantiam, RESISTENSque omnibus rebus ſenſibilibus.* De Sacr. Ab. et Cain. p. 138. B, πρὸς ἕκαςον ȣ̃ν ὁ ἱερὸς λόγος ΑΝΤΙΤΑΧΘΕΙΣ, φησὶ, *Horum ſingulis RESISTENTES ſacrae ſcripturae, dicunt.*

v. 8. Λέων ὠρυόμενος) Ὠρύομαι proprie dicitur de vlulatu canum. Heſychius: ὠρύεσθαι κλαίειν· τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν κυνῶν. et ὠρυγή· φωνὴ, θόρυβος· κυρίως δὲ ἡ τῶν κυνῶν φωνή· Lupo vindicat Auctor incertus περὶ φωνῶν ζώων apud VALKENAR. Animadu. ad Ammon. p. 231. λύκος ὠρύεται. Conf. BOCHARTVS Hierozo. I, 2, 2. Add. Caſauboniana p. 57. ſſ. Sed tamen Philo de Somn. p. 581. E, leonibus attribuit: ὡς γὰρ ἵππȣ τὸ χρεμετίζειν ΙΔΙΟΝ, καὶ τὸ ὑλακτεῖν κυνὸς, καὶ βοὸς τὸ μυκᾶσθαι, καὶ τὸ ΩΡΥΕΣΘΑΙ ΛΕΟΝΤΟΣ, ȣ̔́τω καὶ ἀνθρώπȣ τὸ λέγειν καὶ αὐτὸς ὁ λόγος. Et ita vſurpatur ab Interpretibus Alexandrinis pro Hebraico שָׁאַג, pro quo Aquila interdum βρυχᾶσθαι. Eſt autem *fremere;* nam leones, cum ſunt irati, fremere ſolent: quo pertinet Senecae locus de Ira I, 1.

IN

IN POSTERIOREM EPISTOLAM PETRI.

Caput I.

v. 3.

Ὡς πάντα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν δεδωρημένης) Vocula ὡς interpretes turbauit, quibus in promtu non erat, eam cum alias, tum participiis iunctam, ſic poni, vt abundet, niſi forte explices, *ſiquidem*, *nempe*, non ſatis Latine. Sic Plato Phaed. §. 45. ἄκουε τοίνυν ΩΣ ἐροῦντος, vbi ὡς Latine exprimi non poteſt. In Crat. 38. θαῤῥῶν λέγε — ΩΣ ἐμοῦ ἐνδεξομένου. Xenoph. Ageſ. I, 31. παρήγγειλε δὲ καὶ τοῖς ἱππεῦσιν ἐμβαλεῖν, ΩΣ αὐτοῦ τε καὶ παντὸς τοῦ στρατεύματος ἑπομένου. Vid. WESSELINGIVS ad Herodot. p. 480. KOENIVS ad Gregor. de Dial. p. 31. Referam huc, dum alia, magis idonea deſunt, Philonis verba 2. Alleg. p. 106. D, εἰκότως οὖν οὐκ ἔστιν ἐπικατάρατος ἐξ ἑαυτοῦ, ΩΣ οὐδὲ κακία ὤν, οὔτε κατὰ κακίαν πρᾶξις, *merito igitur non ipſe maledictus ſuopte ingenio, vt qui nec vitium eſt, nec vitioſa actio.* 3. Alleg. p. 1088. C, παρὸ καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν ἔτι ἐμπηδᾶν φασὶν αὐτὴν [καρδίαν] ΩΣ καὶ πρώτην γινομένην, καὶ ὑστέραν φθειρομένην. Δεδωρημένης, et vſ. 4. δεδώρηται accipiendum eſt actiue, quod etſi inuſitatum non eſt, tamen interpretibus non ſatis diligentibus et exercitatis, non parum difficultatis obiecit. Quo magis nos operae pretium facturos ſperamus, ſi Perfecti Paſſiui ſignificationem actiuam et quidem in

 hoc

hoc ipſo, quo Petrus vtitur verbo, exemplis e Philone petitis illuſtremus. 2. Leg. Alleg. p. 98. D, ὥσπερ δὲ τῇ αἰσθήσει τὰ ἀλγεινὰ πάντα παραυξήσας τέθεικεν ὁ θεὸς, ὅτω τῇ σπυδαίᾳ ψυχῇ πλῆθος ἄφθονον ἀγαθῶν ΔΕΔΩΡΗΤΑΙ· *Sicut autem ſenſibus omnia triſtia deus cumulate appoſuit: ita probae animae vberrimam bonarum rerum copiam elargitus eſt.* De Cherub. p. 126. B, καθὰ καὶ Ἀβραὰμ τῷ σοφῷ τῆς παρ' αὐτῷ καταγωγῆς τὸν Ἰσαὰκ τελειοτάτην χάριν ΔΕΔΩΡΗΤΑΙ, *ſicut et ſapienti illi Abrahamo, hoſpitii apud ipſum ſumti cauſſa, Iſaacum filium, gratiam perfectiſſimam obtulerunt.* De Sacr. Ab. et Ca. p. 135. C, θνητῷ δὲ ὐδενὶ, κτῆσιν ἀγαθῶν δίχα πόνων ἡ φύσις ΔΕΔΩΡΗΤΑΙ· *Mortali quidem nemini, ſine labore adipiſci bona natura conceſſit.* Ibid. p. 147. A, μυρία ἡμῖν ἡ φύσις ἐπιβάλλοντα ἀνθρώπων γένει ΔΕΔΩΡΗΤΑΙ, *Plurimas res nobis natura, conuenientes humano generi, donauit.* Quod det. pot. inſ. p. 178. A, μεταδίδωσι δὲ καὶ τῷ σοφῷ τῆς ἰδίυ κλήσεως Ἀβραὰμ, ᾧ καὶ τὸ χαίρειν ἐπιγέννημα σοφίας ἐκλεμὼν λύπην ΔΕΔΩΡΗΤΑΙ, *Huius appellationis etiam ſapientem illum Abrahamum participem facit, cui etiam gaudium, ſapientiae foetum, exciſa triſtitia donauit.* Male nimirum interpres: *donatum eſt.* De Temul. p. 265. D, de chamaeleonte et polypo, τὸν μέν γε φασὶ τὴν χρόαν ἀλλάττοντα, τοῖς ἐδάφεσιν ὁμοιῦσθαι καθ' ὧν εἴωθεν ἕρπειν· τὸν δὲ ταῖς κατὰ θαλάττης πέτραις, ὧν ἂν περιδράξηται, τάχά πυ τῆς σωτηρίυ φύσεως ἀλεξίκακον συλλήψεως ΔΩΡΗΣΑΜΕΝΗΣ τὴν εἰς τὸ πολυχρώματον αὐτοῖς τροπὴν φάρμακον· *Illum aiunt mutabilem colore ſemper loca referre, in quibus degit: hunc vero ſaxa quibuscunque adhaeſerit, forſitan natura prouida donante hoc verſatilis coloris remedium contra captiurae periculum.* Quod deus ſ. immut. p. 308. C, τί γὰρ αὐτῷ πλέον ΔΕΔΩΡΗΤΑΙ πάντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὅσα ὐ συγκέκριται μόνον, ἀλλὰ καὶ ςοιχειώδεις

ἁπλαῖ

ἁπλαῖ φύσεις εἰσὶ, χάριτος ἠξιωμένων θείας· Quid enim accepit prae ceteris paene omnibus, non concretis ſolum, verum et elementaribus naturae ſimplicibus, quae deo carae ſunt. Ibid. p. 309. A, *ὁ θεὸς — ἄφθονα τῷ ὅλῳ καὶ τοῖς μέρεσι* ΔΕΔΩΡΗΤΑΙ *τὰ ἀγαθά· Deus — et toto et partibus largiter bona dedit.* De Migr. Abrah. p. 401. E, *ᾧ δ' ἀμφότερα* ΔΕΔΩΡΗΤΑΙ *ὁ θεὸς τὸ εἶναι καλῷ καὶ ἀγαθῷ καὶ τὸ δοκεῖν εἶναι, ὗτος πρὸς ἀλήθειαν εὐδαίμων· Cui deus vtrumque conceſſit, vt bonus et honeſtus et ſit, et videatur, hic vere beatus eſt.* De Congr. er. quaer. gr. p. 426. D, *ῥητορικὴ — λογικὸν ὄντως ἀποδείξει τὸν ἄνθρωπον, ἐπιμεληθεῖσα τῦ ἰδίυ καὶ ἐξαιρετῦ, ὃ μηδενὶ τῶν ἄλλων ζώων ἡ φύσις* ΔΕΔΩΡΗΤΑΙ, *Rhetorica — rationalem vere faciet hominem, curans id quod ei proprium et eximium eſt, quod alii animantium nulli natura donauit.* Iterum hic turbas dedit Interpres. De Somn. p. 1138. E, *οἱ μὲν ἄλλοι χαρίζονται τὰ διαφέροντα τῶν λαμβανόντων· ὁ δὲ θεὸς ὐ μόνον ταῦτα, ἀλλὰ αὐτὺς ἐκείνυς ἑαυτοῖς· ἐμὲ γὰρ ἐμοὶ* ΔΕΔΩΡΗΤΑΙ *καὶ ἕκαστον τῶν ὄντων ἑαυτῷ, alii quidem conferunt differentia ab accipientibus, deus autem non ſolum haec, ſed illos ipſos ſibimetipſis, me enim mihi donauit et vnumquemque eorum, qui ſunt ſibi ipſi.*

v. 9. *Λήθην λαβὼν τῦ καθαρισμῦ) Λήθην λαβεῖν* eſt quidem *obliuiſci*, ſed hoc loco et alias dicitur pro *negligere, contemnere*, adeoque *perdere* et *amittere*, quam vim bene illuſtrauit KREBSIVS in Obſſ. Flauian. p. 404. Quibus tamen locis addatur eiusdem Ioſephi A. XI, 13, 1. vbi *λήθην ποιεῖσθαι* eadem notione dicitur. Neque aliter Philo de Exſecrat. p. 936. C, vbi ait, quosdam legum contemtui et plurium numinum religionibus ſe dare, ΛΗΘΗι *τῆς συγγενῦς καὶ πατρίυ διδασκαλίας, per neglectum domeſticae et patriae diſciplinae.* De Somn. p. 601. B, de iis qui laudari quidem cupiunt, ſed lau-

danda facere nolunt, *οἴονται — τιμῶν ἄξιοι καὶ ἐπιγραμμάτων εἶναι, τοῦ μόνου τιμῆς ἀξίου καὶ ἑςῶτος ὄντως* ΕΠΙΛΕΛΗΣΜΕΝΟΙ, *Putant — ſe eſſe dignos honoribus ac titulis, eius qui ſolus vere ſtat et honorari debet, obliti.* Caeterum pro *λήθην λαμβάνειν* dicitur eodem ſenſu *μνήμην οὐ λαμβάνειν* apud Philonem 1. de Vit. Moſ. p. 607. D, *οὐδενὸς ἔτι τῶν ἀρχαίων* ΜΝΗΜΗΝ ΛΑΜΒΑΝΟΥΣΙΝ, *obliuiſcuntur veterum.* Conf. ERNESTI ad Callim. Del. 34. BVRMANNVS ad Virgil. Aen. XI, 866, vbi *obliti* Seruius explicat *ἀμελήσαντες.* add. Georg. II, 59.

v. 13. *Δίκαιον δὲ ἡγοῦμαι — διεγείρειν ὑμᾶς ἐν ὑπομνήσει*) *Puto fas eſſe, mentem veſtram acuere et excitare ſaepe monendo;* pro *ὑπομιμνήσκειν*, quod eſt, *aliquem admonitione incitare.* Philo ſic dicit libr. de reſip. Noë p. 274. C, Mens enim ſobrii hominis, ait, *ἐγρήγορσιν ἀσπασάμενος, πρὸς τὰς θέας ἄξια πάντα ὀξυδορκήσει,* ΜΝΗΜΑΙΣ *μὲν ὑποβαλλούσαις* ΕΓΕΙΡΟΜΕΝΟΣ, *πράξεσι δὲ τοῖς γνωσθεῖσιν ἑπομέναις χρώμενος, vigiliam complexa cernet acute quidquid ſpectatu dignum fuerit, excitata a memoria, et actionibus tali cognitioni congruentibus occupata.* De Creat. princ. extr. *τοῦ* ΔΙΑΚΙΝΗΣΑΙ *χάριν τὴν τῶν φιλεπιςημόνων* ΜΝΗΜΗΝ, *ad EXCITANDAM ſtudioſorum MEMORIAM.* Conf. ad III, 1.

v. 15. *Μετὰ τὴν ἐμὴν ἔξοδον*) Paſſim antiqui de morte, veluti de migratione loqui ſolent; inter quos numerandus Philo de Charit. p. 701. A, vbi de Moſe ait, *ἑτοιμασάμενος τὰ πρὸς* ΕΞΟΔΟΝ, *praeparatis quae ad exitum opus ſint.* Paullo ante eodem ſenſu *μετάςασιν* dixerat. Conf. Luc. IX, 31.

v. 16. *Οὐ γὰρ σεσοφισμένοις μύθοις ἐξακολουθήσαντες*) *Σεσοφισμένους μύθους* recte videmur accipere de *oratione, artificioſe ad decipiendos hominum animos excogi-*

excogitata et exornata. Etenim σοφίζεσθαι nonnumquam eſt, *fucum facere, circumuenire.* Auctor 2. Alleg. p. 72. E, ἡ μὲν γὰρ [ἡδονὴ] ΣΟΦΙΖΕΤΑΙ καὶ παράγει τὸν νοῦν, *circumuenit voluptas mentem, decipitque.* De Ioſeph. p. 557. D, vbi eſt de oeconomo, ſcyphum quem in Beniamini ſacco condiderat, non ibi ſtatim extrahente, ſed apud ſingulos quaerente: ὁ δὲ — ΕΣΟΦΙΖΕΤΟ, *ille autem — arte rem tegebat.* Alibi eodem ſenſu reperitur κατασοφίζεσθαι. 2. Alleg. p. 104. B, ὁ τούτων ἡγεμὼν, ὁ σοφιστής ἐστι καὶ δεινὸς ΛΟΓΩΝ ἀνερευνᾷν ΤΕΧΝΑΣ· ὑφ᾽ οὗ ΚΑΤΑΣΟΦΙΖΟΝΤΑΙ οἱ τὸν ὅρον τῆς ἀληθείας ὑπερβαίνοντες. *Horum dux ſophiſta eſt, callidus ad inueniendum ſermonum artificium, a quo decipiuntur, qui veritatis terminum tranſcendunt. Aſtutiae, fraudes* deſignantur voce σοφιστείας de Cherub. p. 109. D, σοφία σοφιστείας ἀλλότριον· ἡ μὲν γὰρ τὰ πιθανὰ ἐπὶ κατασκευῇ ψευδοῦς δόξης, ἥτις λυμαίνεται ψυχὴν, ἐκπεπόνηκε· σοφία δὲ διὰ μελέτης τῶν ἀληθῶν τὸ μετὰ διανοίας ὄφελος ἐπιστήμῃ ὀρθοῦ λόγου πεπόρισται· *Sapientia alieniſſima eſt ab aſtutia. Nam haec in probabilibus vanae gloriae parandae cauſſa verſatur; ſapientia vero curanda veritate, quod cum intellectu proſit, rectae orationis ſcientia comparat.* Caeterum de ἐξακολουθεῖν notatum eſt in ſuperioribus. Μῦθοι autem et λόγοι promiſcue dicuntur. Vid. Scheffer. ad Phaedr. I. Prol. v. 7. Valesius ad Maussaci notas in Harpocrat. p. 122.

v. 19. Βεβαιότερον) *Confirmatiorem, luculentiorem,* ſc. oblata iſta viſione. Philo Quod omn. pr. lib. p. 870. E, οἱ τῆς φύσεως νόμοι, τῶν κάτωθεν ὄντες ΒΕΒΑΙΟΤΕΡΟΙ, *naturae leges humanis firmiores.*

Τὸν προφητικὸν λόγον) Hoc nomine ſcripta Moſis deſignat Philo de Plant. Noë p. 230. D, τὸν τέσσαρα ἀριθμὸν, πολλαχοῦ μὲν τῆς ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΣ μάλιστα

δὲ ἐν τῷ καταλόγῳ τȣ̃ παντὸς γενέσεως ἀποσεμνύνειν ἔοικεν ὁ ΠΡΟΦΗΤΙΚΟΣ ΛΟΓΟΣ. *Quaternarium numerum praeter alios legis locos, maxime in narratione de mundi creatione, magni facere videtur ſermo propheticus.* Add. 2. Alleg. p. 68. C, καὶ Μωσῆς δὲ Ο ΠΡΟΦΗΤΙΚΟΣ ΛΟΓΟΣ φησὶν, *Moſes quoque propheta dicit.*

v. 20. Πᾶσα προφητεία γραφῆς, ἰδίας ἐπιλύσεως ȣ̓ γίνεται) Cum viri docti docuerint, ab Interpretibus Graecis ad explicandum Hebraicum פתר et פתרנים verba ἐπιλύειν et ἐπίλυσιν adhiberi, omnem ſimul huic loco difficultatem abſterſerunt, ſine omni controuerſia ita vertendo: *nullum vaticinium propriae, ſeu humanae declarationis interpretationiſue eſt.* Quam ſententiam verborum certiorem reddunt ea, quae de huius vocis, in declaratione rei obſcurae, veluti aegnimatis, ſomnii, oraculi vſu, e ſcriptoribus Graecis L. BOSIVS in Exercitatt. Philol. obſeruauit. Sed de interpretatione ſacrarum litterarum aperte dicitur apud Philonem de Vita Cont. p. 901. A, vbi de Therapeutarum inſtituto ad menſam quaeſtiones e ſacris libris petitas ſoluendi: ζητεῖ τις τὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν, ἢ καὶ ὑπ᾽ ἄλλȣ προταθὲν (l. προτεθὲν) τὶ ΕΠΙΛΥΕΤΑΙ, φροντίζων μὲν ȣ̓δὲν ΕΠΙΛΥΣΕΩΣ, *proponit quiſpiam quaeſtionem ex ſacris libris, aut ſoluit ab alio propoſitam, nihil de ſolutione* (ſiue *interpretatione*) *ſollicitus.* De Agric. p. 189. D, τὰς διπλᾶς καὶ ἀμφιβόλȣς ὅταν ἐξαπλοῖ λέξεις, καὶ τὰς διὰ τῶν σοφισμάτων πιθανότητας ΕΠΙΛΥΗι, *Cum duplices et ambiguas dictiones explicat et ſophiſmatum perſuaſibilem ſpeciem diſſoluit.* Eſt autem ἰδία ἐπίλυσις interpretatio *humano ingenio profecta, nec diuinae reuelationi debita,* quo ſenſu ἴδιον dicitur apud Philonem lib. 1. de Vit. Moſ. p. 645. E, vbi Bileamus de ſe profitetur, λέγω γὰρ ȣ̓δὲν ΙΔΙΟΝ, ἀλλ᾽ ἅττ᾽ ἂν ὑπηχήσῃ τὸ θεῖον, *nihil ex me ipſo dicere ſoleo,*

ſoleo, ſed quae deus ſuggeſſerit. Nam ἴδιον, *ſpontaneum.* Xenoph. Symp. 8, 13. ἀνάγκη ἰδία καὶ ἐθελȣσία.

v. 21. Οὐ γὰρ θελήματι ἀνθρώπȣ ἠνέχθη ποτὲ προφητεία) Similem ſententiam de prophetis Philo ponit Quis rer. diu. her. p. 517. C, προφήτης γὰρ ΙΔΙΟΝ μὲν ȣδὲν ἀποφθέγγεται ἀλλότρια δὲ πάντα ὑπηχȣ͂ντος ἑτέρȣ, *Propheta quidem ex ſemet nihil proloquitur, ſed omnia ſubmonente alio.* Ad quem locum MANGEVS p. 510. To. I. ſe cum iis facere oſtendit, qui apud Apoſtolum ἐπιλύσεως in ἐπηλύσεως mutandum cenſent, citata hac apud Heſychium gloſſa: Ἐπήλυσις· ἔφοδος, ἐπαγωγή. Quorum tamen conatus, pro irrito et inepto iam ab aliis reiectus eſt.

C A P V T II.

v. 3. Πλαςοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμπορεύσονται) *Fictis ſermonibus vos ſibi conciliabunt: vos quaeſtui habebunt.* Elegans verbum ἐμπορεύεσθαι, quod ſignificat *negotiari, lucrum ex aliqua re petere.* Hoc ſenſu dicitur apud Ioſephum Ant. IV, 6, 8. ΕΜΠΟΡΕΥΕΣΘΑΙ τὴν τȣ͂ σώματος ὥραν, *corporis forma quaeſtum facere.* Item XVI, 4, 1. τὴν ἐλπίδα ΕΜΠΟΡΕΥΕΣΘΑΙ, *ſpem* variis artibus, veluti pecunia, *aucupari et captare.* Vid. CASAVBONVS ad Athen. XIII. p. 869. Hinc *ſtudioſe in aliqua re tractanda verſari.* Philo ἐμπορεύεσθαι φιλοσοφίαν de Vit. Contempl. extr. de Eſſenis ait, μετὰ τὰς εὐχὰς εἰς τὰ ἑαυτȣ͂ ἕκαςος σεμνεῖα ἀναχωρȣ͂σι, πάλιν τὴν συνήθη φιλοσοφίαν ΕΜΠΟΡΕΥΣΟΜΕΝΟΙ καὶ γεωργήσοντες, *poſt preces quisque in ſuam cellam ſecedit, ad conſuetas artes iterum ſtudioſe tractandas et elaborandas.* De Merc. mer. non rec. p. 863. D, ἵνα μὴ — ἀβȣ́λητον ΕΜΠΟΡΕΥΣΗι κακοπραγίαν, *ne tibi — curioſe arceſſas ex improuiſo calamitatem.* Sed magis huc pertinet locus e lib. in Flacc. p. 984. D,

Lampon ΕΝΕΠΟΡΕΥΕΤΟ τὴν λήθην τῶν δικαςῶν, *venalem habebat obliuionem iudicum*, h. e. obliuione eorum vtebatur ad lucrum faciendum, vt aliter quam ipſi iudicaſſent, in tabulas et commentarios referret. Heliodorus Lib. VI. c. 7. τὸν Κνήμονα ΕΜΠΟΡΕΥΕΤΑΙ ποικίλως ἐφελκόμενος, quae verba bene explicat EVST. SVARTIVS Anal. L. II, 3. ſic: *Nauſicles in Cnemone omnibus modis pelliciendo, ita attentum ſe diligentemque gerebat, ac ſi ad negotiationem aut mercaturam aliquam, rei faciundae excubaret.*

v. 6. Πόλεις Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας τεφρώσας καταςροφῇ κατέκρινεν) Philo de exſcidio harum vrbium ſermonem faciens, his inter cetera, verbis vtitur de Abrah. p. 369. E, ἡμέρᾳ μιᾷ αἱ μὲν εὐανδρῦσαι πόλεις τάφος τῶν οἰκητόρων ἐγεγένηντο, αἱ δ' ἐκ λίθων καὶ ξύλων κατασκευαὶ ΤΕΦΡΑ καὶ λεπὴ κόνις· *vnus dies frequentiſſimas ciuitates in buſta ſuorum ciuium vertit, ſtructuras vero lapideas et ligneas, in cinerem et minutiſſimum puluerem.*

Ὑπόδειγμα) Phrynichus et Thomas Mag. praecipiunt, dicendum eſſe παράδειγμα. Vid. tamen ad hunc TRILLERVS et ceteri Interpp. p. 681. Vſurpat Philo de Conf. ling. p. 329. C, ὁ γεννηθεὶς μέντοι μιμῦμενος τὰς τῦ πατρὸς ὁδὺς, πρὸς ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΑ ἀρχέτυπα ἐκείνυ βλέπων, ἐμόρφυ εἴδη· τῦ δὲ χείρονος ἀνατολῆς εἴδυς ΥΠΟΔΕΙΓΜΑ τὸ λεχθὲν, *genitus mox patrem imitatus eſt, et qualia vidit exempla, tales formauit ſpecies. Deterioris autem originis exemplum* etc. Quis rer. diu. her. p. 517. A, καὶ τἄλλα ἄν τις ἐπιὼν ΥΠΟΔΕΙΓΜΑΤ' ἀληθὲς ἰχνεύειν δυνηθείη· *Poſſent et alia exempla ad confirmandam rei veritatem proferri.*

v. 7. Ἀθέσμων) Ἄθεσμος de hominibus rarum eſt, vt adnotauit in Obſeruatt. KYPKIVS, dicitur enim de rebus, vt apud Philon. 3. Vit. Moſ. p. 683. A, πάντως

τως τὶ καινȣργȣ̃ται τῶν ΑΘΕΣΜΩΝ, *procul dubio aliquid contra leges patratur;* ſed ἔκθεσμος quod idem eſt, ſic dicitur in libro qu. det. pot. inſ. p. 166. E, ΕΚΘΕΣΜΟΣ δὲ καὶ ἔκφυλος πᾶς, ὁ τὸν τȣ̃ θεȣ̃ ὀφθαλμὸν οἰόμενός τι παρορᾶν· *nefarius et alienus eſt, quisquis putat dei aliquid latere oculum.* De ipſo Sodomitarum flagitio dicit Philo lib. de Abrahamo p. 369. A, ὀχείας ΕΚΘΕΣΜΟΥΣ μεταδιώκοντες, *verſi ad nefarios concubitus.* Ibid. C, ἐκφύλȣς καὶ ΕΚΘΕΣΜΟΥΣ συνόδȣς, *immanes et nefarios coitus.* Item de Gigant. p. 288. C, τὰς ἐκνόμȣς καὶ ΕΚΘΕΣΜΟΥΣ ὁμιλίας τε καὶ μίξεις ἐγνωκὼς ὁ νομοθέτης ἀναιρεῖν, *legislator concubitus inceſtos et illegitimos ſublaturus.*

v. 9. Οἶδε) *Solet.* Sic Philo de Decal. p. 760. E, τȣ̀ς ὠφεληκότας ἀντωφελεῖν ἐκεῖνα [θηρία] ΟΙΔΕ καὶ πεπαίδευται, *Beſtiae pro accepto beneficio gratiam rependere ſolent et in moribus habent.* Conf. C. BARTHIVS ad Claudian. I. de Rapt. Proſ. v. 165.

v. 13. Μῶμοι) Philo 2. Alleg. p. 87. A, ὅλην τὴν ψυχὴν, διὰ τὸ μηδένα ἔχειν μηθ᾽ ἑκȣ́σιον, μήτ᾽ ἀκȣ́σιον ΜΩΜΟΝ, ὁ σοφὸς καθαγιάζει· *totum animum, quia nihil nec inuitus, nec ſponte vitii admiſit, ſapiens conſecrat.* Eſt apud Homerum Il. B, 86. μῶμος, vbi Scholiaſtes minor explicat per ψόγος.

Ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν) Philo de Ioſ. p. 555. E, Ioſephum, ait, epulas quibus fratres exceperit, iuſſiſſe fieri modicas, quod noluerit ταῖς ἑτέρων ἀτυχίαις ΕΝΤΡΥΦΑΝ, *inter aliorum penuriam deliciis uti.*

v. 14. Δελεάζοντες) V. ad Iac. I, 14. Vſurpat Philo Quod omn. pr. lib. p. 869. E, τοῖς δ᾽ ὑπ᾽ ȣ̓δενὸς συμβέβηκε ΔΕΛΕΑΖΕΣΘΑΙ, *at hi nullis capiuntur illecebris.* Ibi permutatur cum ἄγειν.

v. 15. Ἐξακολȣθήσαντες τῇ ὁδῷ τȣ̃ Βαλαάμ) Ὁδὸς τȣ̃ Βαλαὰμ eſt *conſilium Balaami* de perdendo

populo

populo Iudaico, data inconceſſarum libidinum copia, de quo tradit Philo, de Vit. Moſ. 1. p. 648. E, qui locus paullo longior, hic adſcribi commode non poteſt. Quod autem additur ὃς μισθὸν ἀδικίας ἠγάπησεν, etſi in narratione Moſaica non diſertis verbis tradatur, praemia a legatis oblata accepiſſe, tamen auidum iſti homini ingenium non obſcure exprobrat Philo, apud quem haec leguntur eodem libro p. 643. D, *ἐπὶ τοῦτον ἐξέπεμπε τῶν ἑταίρων τινὰς, παρακαλῶν ἥκειν, καὶ ΔΩΡΕΑΣ τὰς μὲν ἤδη παρεῖχε, τὰς δὲ δώσειν ὡμολόγει, ad hunc rex miſit amicos aliquot rogatum vt veniret, alia repraeſentans dona, alia ſe daturum pollicens.* Et paullo poſt, *ἕτεροι δ' εὐθὺς ἐπὶ τὴν αὐτὴν χρείαν ἐχειροτονοῦντο τῶν δοκιμωτέρων, πλείω μὲν ἐπιφερόμενοι χρήματα· περιττοτέρας δὲ δωρεὰς ὑπισχνούμενοι. Alii vero iterum ex honoratioribus ad idem officium eligebantur, plura munera afferentes et maiorum donorum ſpem facientes.* Caeterum ὁδὸς pro *ratione* dicitur in eadem narratione p. 647. E, *εἰδὼς γὰρ Ἑβραίοις μίαν ΟΔΟΝ ἁλώσεως παρανομίαν, διὰ λαγνείας καὶ ἀκολασίας — πρὸς — ἀσέβειαν ἄγειν αὐτοὺς ἐσπούδασεν, cum ſciret vnam rationem perdendorum Iudaeorum eſſe legum contemtum, per voluptates et libidines eos ad impietatem trahere conatus eſt.* Item de Confuſ. ling. p. 329. C, *ὁ γεννηθεὶς μιμούμενος τὰς τοῦ πατρὸς ΟΔΟΥΣ, natus patris facta imitatus.*

v. 16. *Ὑποζύγιον ἄφωνον — ἐκώλυσε τὴν τοῦ προφήτου παραφρονίαν)* Ἀναισθησίαν appellat Philo l. c. p. 644. B, *ἣν δὲ, ὡς ἔοικε θεία τις ὄψις, ἣν τὸ μὲν ζῶον ἐπιφοιτῶσαν ἐκ πολλοῦ θεασάμενον, ὑπέπληξεν· ὁ δ' ἄνθρωπος οὐκ εἶδεν, εἰς ΕΛΕΓΧΟΝ ΑΝΑΙΣΘΗΣΙΑΣ, ὑπὸ γὰρ ΑΛΟΓΟΥ ΖΩΟΥ παρευημερεῖτο τὰς ὄψεις, ὁ μὴ μόνον τὸν κόσμον, ἀλλὰ καὶ τὸν κοσμοποιὸν αὐχῶν ὁρᾶν, Obuio diuino viſo et iamdudum conſpecto, territabatur animal, homo autem non videbat, quo magis argueretur*

retur eius ſtupiditas; tunc enim brutum perſpicacius erat quam is, qui ſe iactabat videre non mundum ſolum, verum etiam ipſum mundi rectorem conditoremque. Supra v. 12. etiam ἄλογα ζῶα, dicebantur ab Apoſtolo, quae *animantia muta* recte intellegit bochartvs Hierozo. I, 2. cum linguae vſu, tum Gloſſarum, in quibus *muta beſtia*, ζῶον ἄλογον explicatur, adductus. Conf. vorstivs de Latinit. Selecta p. 237. Sic Philo lib. Quis rer. diu. her. p. 483. E, de Moſe, λάλος δὲ ὅτος ὁ ἰσχνόφωνος καὶ βραδύγλωσσος καὶ ΑΛΟΓΟΣ εἶναι δοκῶν, ἀνευρίσκεται· *Loquax ille parum vocalis et lingua tardus et paene mutus, reperitur.*

v. 18. Ὑπέρογκα γὰρ ματαιότητος φθεγγόμενοι) Alias ὑπέρογκα dicuntur *ſupra modum ardua et difficilia.* Philo de Carit. p. 717. E, φησὶ γὰρ ὅτι τοῦτὶ τὸ πρᾶγμα οὐχ ΥΠΕΡΟΓΚΟΝ ἐστιν, οὔτε μακρὰν ἀφεστὼς, οὔτε κατὰ τὸν αἰθέρα ἀνωτάτω καὶ ἐσχατιαῖς τῆς μεγάλης θαλάττης, *Ait enim non eſſe nimis arduum hoc negotium, nec e longinquo petendum, non ex aethere, nec ab extremis Oceani finibus.* De Praem. et poen. p. 922. D, οὐ γὰρ ΥΠΕΡΟΓΚΟΙ καὶ βαρύτεραι τῆς τῶν χρησομένων δυνάμεως αἱ προστάξεις εἰσίν. *Non ſunt enim nimia nec grauiora, quam vt perferri poſſint viribus accipientium.* Hoc loco autem commode intelligitur *de rebus ſupra modum magnis*, quemadmodum ὄγκος πλούτου, *magnas diuitias* ſignificat, et ap. Demoſthenem in Philip. or. I. p. 17. A, δύναμις ὑπέρογκος et ταπεινὴ, ſibi opponuntur, *copiae amplae et tenues.* Et eleganter Interpretes Alexandrini Dan. XI, 36., qui locus claſſicus eſt, ὑπέρογκα ponunt pro Hebraico נִפְלָאוֹת. Nec aliter Philo de Spec. legg. p. 779. B, ἐῶ λέγειν τὰς τῶν βασιλέων ΜΕΓΑΛΑΣ καὶ ΥΠΕΡΟΓΚΟΥΣ εὐπραγίας, *omitto illas magnas et ingentes regum felicitates.*

v. 19. Ὧι γάρ τις ἥττηται) Cum caſu ſecundo iungit Philo verbum hoc de Migr. Abrah. p. 403. A, οἱ

τῶν

τῶν φαινομένων πάντα τρόπον ΗΤΤΗΝΤΑΙ, *qui quouis modo vincuntur a rebus viſibilibus.*

v. 20. Εἰ *γὰρ ἀποφυγόντες — τέτοις δὲ πάλιν ἐμπλακέντες*) Philo de Abrah. p. 354. E, ὁ ΦΥΓΟΝ-ΤΕΣ *ἐπιτηδεύματα μοχθηρὰ, ἀλλ' ὐδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς* ΠΕΡΙΠΕΣΟΝΤΕΣ, *nec effugerunt ſcelerata ſtudia, ſed prorſus manſerunt ab iis integri.*

Caput III.

v. 1. Διεγείρω *ὑμῶν — τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν*) Dicitur hoc verbum de iis, qui alterum e ſomno ſuſcitant, nunc pro, *in memoriam reuocare*, *admonere.* Simillima ſunt iſta Philonis de Temul. p. 263. D, *ἀοκνότατος ὁ ἐπιςήμης ἔρως, ἐχθρὸς μὲν ὕπνυ, φίλος δὲ ἐγρηγόρσεως. διανιςὰς ὖν καὶ* ΑΝΕΓΕΙΡΩΝ *καὶ παραθήγων ἀεὶ* ΔΙΑΝΟΙΑΝ, *πανταχόσε περιφοιτᾷν ἀναγκάζει· Impigerrimus eſt amor ſcientiae, inimicus ſomno, amicus vigiliis; proinde ſemper excitans et impellens et acuens cogitationem, cogit eam obambulare omnia.* Sic ap. Ariſtoph. Nub. 477. ΔΙΑΚΙΝΕΙ *τὸν* ΝΟΥΝ *αὐτῦ*, *acue mentem eius*, ſc. *diſcipuli.*

v. 6. Ὁ *τότε κόσμος*) *Totus orbis terrarum, cum hominibus et beſtiis.* Philo de Abrah. p. 355. C, *δίκην ὁρίζει τὴν προσήκυσαν* ΑΦΑΝΙΖΕΙΝ ΤΟΥΣ ΤΟΤΕ ΟΝΤΑΣ ΚΑΤΑΚΛΥΣΜΩι *διανοηθείς· Poenam decreuit conuenientem, vt omnes eius ſaeculi homines deleret vno diluuio.* Mox dicit: *πάντα τὰ μέρη τῆς γῆς·* Et *πάντα τὰ τῦ* ΚΟΣΜΟΥ *μέρη.*

v. 10. Ῥοιζηδὸν) Quod idem eſt, *μετὰ* ΡΟΙΖΟΥ, *cum ſtridore*, Philo habet 1. de Vit. Moſ. p. 622. E. add. Muſaeus 339.

v. 16. Ἃ *οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀςήρικτοι ςρεβλῦσιν*) Sic ſupra Cap. II, 14. *ψυχὰς ἀςηρίκτυς.* Intelleguntur autem *homines non ſatis in vera doctrina firmi et corroborati,*

rati, atque adeo in ſide retinenda inſtabiles. Philo eleganter hoc ſenſu vtitur voce ἀνερμάτιςος, quae proprie dicitur de *nauibus, quae, cum ſaburram non habent, fluctuant et iactantur*, quae ſignificatio cognoſci poteſt ex l. Quod det. inſ. pot. p. 181. D, ἡ μὲν γὰρ ἄφεσις αὐτοὺς ὥσπερ ἀνερμάτιςα καὶ ἀκυβέρνητα πλοῖα, ῥᾷςα ἀνατρέψει· ἡ δὲ κόλασις ἐπανορθώσεται· *Nam miſſio facile eos, ſeu male ſaburratas naues et gubernatoris prouidentia carentes, ſubuertet; animaduerſio autem ad correctionem profuerit.* Ita autem 3. de Vit. Moſ. p. 692. C, ἔνιοι τῶν πρὸς εὐσέβειαν ἀνερματίςων, *quidam nondum in pietate confirmati.* De Fort. p. 742. C, vbi de meretricum blanditiis ait, δελεάζουσι τῆς νεότητος τὴν ὀλιγόφρονα μοῖραν, ἀνερμάτιςα καὶ ἀνίδρυτα ἤθη· *Iuuenum partem eorum, quorum puſillus eſt animus, moresque inſtabiles, nec bene fultos pelliciunt.* Iungit autem hanc vocem cum ἀςήρικτος Longinus de Subl. Sect. 2. καὶ ὡς ἐπικινδυνότερα αὐτὰ ἐφ᾽ ἑαυτῶν δίχα ἐπιςήμης ΑΣΤΗΡΙΚΤΑ καὶ ΑΝΕΡΜΑΤΙΣΤΑ ἐαθέντα τὰ μεγάλα, *Si quis cogitauerit ſublimia, ſi ſine ſui regendi ſcientia, nullo pondere firmata et inſtabilia permittantur, eſſe periculis magis expoſita.* Ac τὸ ἕρμα, qua de voce vid. Suidas, vſurpat quoque Philo l. Quod prob. lib. p. 871. C, ὁ σοφὸς εὐδαίμων, ἕρμα καὶ πλήρωμα καλοκαγαθίας ἐπιφερόμενος, *Sapiens qui virtutis pondus et plenitudinem circumfert, felix eſt.* Silius VI, 430.

animi venerabile PONDVS.

VIII, 612.

Laeta viro grauitas et mentis amabile PONDVS.

Ἀμαθεῖς pro *malitioſis* potius quam *tardis* accipere, opus non eſt.

IN

IN PRIMAM EPISTOLAM IOHANNIS.

Capvt II.

V. 1.

Παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα, Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον) Vox παράκλητος hoc loco *defenſorem*, *cauſſae actorem*, *deprecatorem* denotat potius, quam *aduocatum*, vt vulgus reddit. Sic παρακαλεῖν dicit Philo de Ioſ. p. 551. C, ΠΑΡΕΚΑΛΟΥΝ, ἱκέτευον, *deprecatus ſum*, *ſupplicaui*. Item παράκλητος, pro *deprecatore*, eſt 3. de Vit. Moſ. p. 673. C, quo loco Pontificem λογείῳ inſtructum ſupplicaſſe ait deo, τῷ λόγῳ, vt paracleto vſum. Ἀναγκαῖον γὰρ ἦν τὸν ἱερομένον τῷ τοῦ κόσμου πατρὶ, ΠΑΡΑΚΛΗΤΩι χρῆσθαι τελειοτάτῳ τὴν ἀρετὴν υἱῷ πρὸς τε ἀμνηστίαν ἁμαρτημάτων καὶ χορηγίαν ἀφθονωτάτων ἀγαθῶν· *Neceſſarium enim erat, vt ſacerdos ſupplicaturus patri omnipotenti, deprecatore vteretur perfectiſſimo eius filio, ad impetrandam erratorum veniam, et vberrimam inpoſterum gratiam.* Quem locum cum iam ELSNERVS attulerit, age alios commemoremus. Sunt autem iſti. In Flacc. p. 967. B, vbi Macro παράκλητος dicitur Caii apud Tiberium, quod eius ſaepe partes contra Tiberii ſuſpiciones ſuſcepiſſet, qui et ſubinde de inferenda ei nece cogitaret, a quo tamen deceptus ἔλαθεν ἄσπονδον ἐχθρὸν αὐτῷ καὶ υἱωνῷ καὶ γένει καὶ ΠΑΡΑΚΛΗΤΩι Μάκρωνι καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις καταλιπών· *inſcio ſe inimicum infenſiſſimum et ſibi et nepoti et familiae et deprecatori Macroni, omnibus*

denique

denique hominibus reliquit. Et p. proxima B, Alexandrini dicuntur Flacco tale conſilium dediſſe, ἔῤῥει μέν σοι — ὁ ἑταῖρος σοι Μάκρων, αἴσια δ' ὄκ ἔσῃ σοι τὰ ἀπὸ τῦ κρατῦντος, δεῖ δὲ ΠΑΡΑΚΛΗΤΟΝ ἡμᾶς εὑρεῖν δυνατώτερον ὑφ' ὗ Γάιος ἐξευμενισθήσεται· ὁ δὲ ΠΑΡΑΚΛΗΤΟΣ, ἡ πόλις Ἀλεξανδρέων ἐςὶν — ΠΑΡΑΚΛΗΤΕΥΣΕΙ δὲ, τυχῦσα τινὸς παρὰ σῦ δωρεᾶς· *Periit — amicus Macro, imperator vero tibi parum aequus eſt, oportet nos potentem cauſſae patronum quaerere, qui tibi Caium reconciliet. Is cauſſae patronus erit Alexandrina ciuitas — aget autem cauſſam conſecuta abs te aliquid beneficii.* De Ioſ. p. 560. D, μηδενὸς ἑτέρυ δεῖσθε ΠΑΡΑΚΛΗΤΟΥ· αὐτοκελεύςῳ καὶ ἑκυσίῳ γνώμῃ πρὸς συμβάσεις ἐθελοντὴς ἀφῖγμαι, *Nullo vobis deprecatore opus eſt. Mea ſponte in gratiam vos recipio.*

v. 22. Οὗτός ἐςιν ὁ ἀντίχριςος) Vtramque ſignificationem patitur ἀντὶ in compoſitis, vt indicet tam, qui ſe parem fert alicui, quam qui alteri repugnat et aduerſatur. Vid. SALMASIVS de Subſcrib. et ſign. teſt. p. 68. VICTORIVS ad Ariſtot. Rhet. p. m. 3. Add. ALBERTVS Obſſ. p. 471. Poſteriorem ſignificationem habet vox ἀντίθεος apud Philonem de Conf. Ling. p. 332. D, τύτων πᾶς ὁ ΑΝΤΙΘΕΟΣ νῦς, ὃν φαμὲν Αἰγύπτυ τῦ σώματος εἶναι βασιλέα, δημιυργὸς ἀνευρίσκεται· *Talis ſtructurae quaelibet aduerſa deo mens, quem Aegypti, id eſt corporis regem dicimus, inuenitur opifex.* Nec non de Somn. p. 1133. C, μὴ θαυμάσῃς δὲ, ὅτι τοῖς ἐναντίοις ὁ θεὸς, καὶ ὁ ΑΝΤΙΘΕΟΣ νῦς εὐφραίνεται Φαραώ· *Ne autem mireris, quod aliis deus, deoque aduerſa mens laetetur Pharao.* Iam vero Antecedentia ὁ ἀρνύμενος ὅτι Ἰησῦς ὄκ ἔςιν ὁ Χριςὸς, et collatio loci Paullini 2 Theſſ. II, 4. planum faciunt, per Antichriſtum intellegi eum, qui ſe parem faciendo Deo vel Chriſto, hoc ipſo eidem aduerſetur et repugnet.

CAPVT III.

v. 12. Ἔσφαξε) Verbo compoſito ἀποσφάξαι, itidem pro *interficere*, *occidere*, *necare*, vtitur Philo de Leg. ad Cai. p. 1035. B, γενεὰς ὅλας αὐταῖς γυναιξὶ καὶ τέκνοις ΑΠΟΣΦΑΞΑΝΤΕΣ, *familiis totis*, *cum vxoribus et liberis iugulatis*.

CAPVT IV.

v. 18. Ὁ φόβος κόλασιν ἔχει) Notat ALBERTVS in Muſ. Brem. locum Philonis de Opif. p. 17. vbi vitam hominum fore beatam ait, niſi inter cetera mala, non etiam ὁ κακὸς σύμβουλος ΦΟΒΟΣ τὰς ἐπὶ τὰ σπουδαῖα τῶν ἔργων ὁρμὰς ἀναχαιτίσῃ, *timor malus conſultor*, *praeclaros ad virtutem impetus repreſſerit*. At ſunt in promtu, quae huc pertineant, alia. De Gig. p. 290. C, ἐγγὺς γὰρ ὅταν ὦσιν οἱ ΚΟΛΑΣΤΑΙ, ΦΟΒΩι σωφρονίζονται οἱ ἐξ αὐτῶν μὴ πεφυκότες νουθετεῖσθαι, *Cum enim praeſto ſunt caſtigatores*, *timor continet in officio*, *quos non ſuum ingenium admonet*. De Abrah. p. 368. B, δέχομαι — καὶ τὸν ΦΟΒΩι τὴν ἡγεμονικὴν καὶ δεσποτικὴν ἱλασκόμενον ἐξουσίαν εἰς ἀποτροπὴν ΚΟΛΑΣΕΩΣ, *iis quoque faueo*, *qui metu regiae poteſtatis placant eam*, *vt poenas effugiant*.

v. 20. Ὁ γὰρ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ὃν ἑώρακε, τὸν Θεὸν ὃν οὐχ ἑώρακε, πῶς δύναται ἀγαπᾷν) Eadem argumentandi ratio, quam Enthymema dixeris, eſt apud Philonem de Decal. p. 761. D, ἀμήχανον δ' ΕΥΣΕΒΕΙΣΘΑΙ τὸν ΑΟΡΑΤΟΝ, ὑπὸ τῶν εἰς τοὺς ΕΜΦΑΝΕΙΣ καὶ ΕΓΓΥΣ ὄντας ΑΣΕΒΟΥΝΤΩΝ; *Fieri non poteſt*, *vt pius ſit erga INVISIBILEM*, *qui erga CONSPICVOS eſt impius*.

CAPVT

CAPVT V.

v. 18. Οὐχ ἅπτεται αὐτοῦ) *Ei non moleſtus eſt: eum non laedit.* Ἅπτεσθαι quidem eſt Hebraicum נגע, Geneſ. XXVI, 11. Ruth. II, 9. etc. vbi Vulgatus bene vertit: *vt nemo moleſtus ſit tibi;* ſed etiam Latinos ſic dicere *Tangere*, docuit ibi DRVSIVS. Ac ita Cicero Verr. II, 69. *quis hunc ATTINGERE audeat?* i. appellet, accuſet. Philo quoque de vita Moſ. I. p. 624. D, *tot peſtibus*, ait, *Aegyptus caſtigata eſt*, ὧν οὐδεμία τῶν Ἑβραίων — ΗΨΑΤΟ, *quarum nulla Hebraeis exitio fuit.* Add. GILB. CAGNATVS Prou. *digito attingere* p. 119.

IN ALTERAM EPISTOLAM IOHANNIS.

Verſ. 4.

Εχάρην λίαν ὅτι εὕρηκα ἐκ τῶν τέκνων σου περιπατοῦντας ἐν ἀληθείᾳ) Ἐν ἀληθείᾳ περιπατεῖν eſt, *doctrinam chriſtianam recepiſſe et ſe iſtius beneficii ſenſu affectum probare.* Haec enim eſt vis huius nominis, vt *doctrinam euangelicam*; tanquam vnice veram, quam homo cum deo placandus, amplecti debeat, rationem ſignificet. Similiter vox ἀλήθεια apud Philonem denotat veram religionem, cui opponitur cultus deaſtrorum 3. de Vit. Moſ. p. 694. C, vbi refert Moſen praecepiſſe, vt vnusquisque in eos qui idololatriam admiſiſſent, gladio ſaeuiret, nec vero cognatorum corporibus parceret: *εὐαγέστατον κρίνων τὸ ἔργον ὑπὲρ ΑΛΗΘΕΙΑΣ καὶ θεοῦ τιμῆς, exiſtimando hoc facinus ſanctiſſimum, quo vindicatur religio et cultus dei.*

v. 7. Ὅτι πολλοὶ πλάνοι εἰσῆλθον εἰς τὸν κόσμον) Intelleguntur homines errabundi et vagantes per orbem, vt decipiant hominum animos et nomen remque ſibi comparent. Sic dicuntur ab Iſocrate in Euag. p. 458. πλάνοι φυγαδικοὶ, *errones fugaces.* Πλάνας autem *errores*, i. itinera, dicit Philo de Abrah. p. 384. A, τελευτᾷ ἡ γυνὴ — μυρία δείγματα φιλανδρίας ἐνεγκαμένη — τὰς ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς συνεχεῖς καὶ ἐπαλλήλους ΠΛΑΝΑΣ, *moritur uxor — innumeris amoris erga maritum ſpeciminibus editis, — continuos et crebras in alienis terris peregrinationes.* Conf. Ep. Iudae 11.

IN

IN EPISTOLAM
I V D A E.

Verſ. 3.

Επαγωνίζεσθαι τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει) Ἀγωνίζεσθαι ſicut omnino *in aliqua re magnum ſtudium ponere* ſignificat, vti ad Luc. XIII, 24. obſeruauimus, ſic ἐπαγωνίζεσθαί τινι, eſt, *in aliqua re retinenda, vehementer laborare et dimicare.* Sic Cicero ad Diu. II, 6. *Ego ni te videre ſcirem — quantum officii ſuſtinerem, quantopere mihi eſſet in hac petitione Milonis omni non modo CONTENTIONE, ſed etiam DIMICATIONE elaborandum, plura ſcriberem.* Iuuat nunc quaedam e Philone ſuperioribus addere. Sic ὑπερμαχεῖν καὶ προαγωνίζεσθαι τῇ τοῦ θεοῦ τιμῇ, pro; *valde contendere et dimicare* in retinendo diuini numinis honore 3. de Vita Moſ. p. 694. C, ὧν [ἀληθείας καὶ Θεοῦ τιμῆς] ΥΠΕΡΜΑΧΕΙΝ καὶ ΠΡΟΑΓΩΝΙΖΕΣΘΑΙ κουφότατος πόνος, *pro quibus contendere et dimicare leuiſſimus labor eſt.* De Charit. p. 711. B, de liberalitatis et beneficentiae acerrimo apud deum ſtudio, ἐπαποδύεται δ' αὐτὸς αὑτῷ καὶ ΑΓΩΝΙΖΕΤΑΙ, πολύτροπος ὢν ἀρετῇ· *Ipſe cum ſemetipſo contendit et certat, cum ſit varia liberalitate diues.* Vt Cicero: *Non iam cum aliis, ſed tecum ipſe certa.*

v. 4. Παρεισέδυσαν) Eandem vim habet παραδύομαι apud Philonem de Mund. Opif. p. 30. A. ξηρὰ γὰρ ἀπολειφθεῖσα μὴ ΠΑΡΑΔΥΟΜΕΝΗΣ νοτίδος διὰ τῶν ἀραιωμάτων πολυχιδῶν ἐπιφοιτώσης, κἂν διεῖλεν αὐτό· *Arida enim relicta* [terra] *nullo ſubintrante humore, qui foramina ipſius varia permearet, fortaſſe fatiſceret.*

v. 7. Πυρὸς αἰωνίȣ) Nonnulli interpretantur, *ſuſtinent poenam, quae ſit exemplum ignis aeterni:* Alii de ipſo aeterno ſupplicio accipiunt, ſed tum non videtur recte poſſe dici πρόκεινται, quo verbo indicatur poena, quae conſpici poſſit. Quare vertam: *ſuſtinent poenam ignis perpetuo et adhucdum fumantis.* Quippe flagitioſorum vrbes, olim igne coeleſti deuaſtatas, etiam nunc fumum quendam edere diſerte tradit Philo 2. de Vita Moſ. p. 662. A, καὶ ΜΕΧΡΙ ΤΟΥ ΝΥΝ μνημεῖα τȣ̃ συμβεβηκότος ἀλέκτȣ πάθȣς δείκνυται κατὰ Συρίαν ἐρείπια, καὶ ΤΕΦΡΑ, καὶ θεῖον, καὶ ΚΑΠΝΟΣ, καὶ ἡ ἔτι ἀναδιδομένη ΦΛΟΞ ἀμαυρὰ, καθάπερ ΔΙΑΣΜΥΧΟΜΕΝΟΥ ΠΥΡΟΣ. *Exſtant in hodiernum vsque monumenta cladis illius inenarrabilis, oſtenduntur que ruinae in Syria mixtae cineri, fumo, ſulphuri, lambentibus haec interdum flammis tenuibus, ſicut fit in reliquiis incendii.* De Abr. p. 370. A, καὶ μέχρι νῦν ΚΑΙΕΤΑΙ, τὸ γὰρ κεραύνιον πῦρ ἥκιστα σβέννυται, μόνον ἢ νέμεται ἢ ἐντύφεται, πίστις δὲ σαφεστάτη τὰ ὁρώμενα. τȣ̃ γὰρ συμβεβηκότος πάθȣς σημεῖόν ἐστιν, ὅ, τε ἀναδιδόμενος ΑΕΙ ΚΑΠΝΟΣ, καὶ ὃ μεταλλεύȣσι θεῖον· *Et adhuc VRIT. Nam fulmineus ignis nunquam exſtinguitur, tantum aut ſerpit aut fumat, quod oculorum fides confirmat. exſtant enim argumenta cladis veteris, fumus exhalans PERPETVO et quod ibi foditur ſulphur.* Mox ſequitur: πρὸς ἔλεγχον ΔΙΚΗΣ γνώμῃ θείᾳ δικασθείσης. *Vt vindictae, diuino conſilio ſumtae, argumentum ſit.* Confirmant idem ſcriptores Hodoeporici.

v. 11. Τῇ πλάνῃ — ἐξεχύθησαν) Idem valet quod ἐπλανήθησαν, quo Petrus vtitur 2 Ep. II, 15. ſiue ἐξεκλίθησαν apud Alexandrinos Pſ. LXXIII, 2. Verbum ἀποκλίνειν in eadem re adhibet Philo loco paullo ante e 2. l. de Vit. Moſ. laudato, vbi de Lotho ſermonem facit hunc in modum, τοῖς πολλοῖς ȣ̓ συνηνέχθη

πρὸς

πρὸς τὸ ἁβροδίαιτον ΑΠΟΚΛΙΝΑΣΙ καὶ πάσας μὲν ἡδονὰς, πάσας δὲ ἐπιθυμίας χορηγίαις ἀφθόνοις ἀνάψασιν, ὥσπερ φλόγα θείῳ καὶ κεχυμένῃ ὕλῃ, *non conſenſit cum vulgo in luxum ac delicias declinante, fovente rerum copia quaſcunque concupiſcentias non ſecus quam ſulphure aut alimentis igni adiectis.* Sed et ipſum ἐκχεῖσθαι eodem ſenſu, vt ſignificet *effuſe fugere*, Liviana forma, adhibetur a Philone in Flacc. p. 982. D, ἅμα τῇ ἕω διὰ πυλῶν ΕΚΧΥΘΕΝΤΕΣ, *ſummo mane portis effuſi.* De Leg. ad Cai. p. 1010. A, vbi dicitur de multitudine e loco anguſto in aperta camposque prorumpente, μηκέτι οὖν ὑπομένειν τὴν δυσχωρίαν οἷοί τε ὄντες ΕΞΕΧΕΟΝΤΟ εἰς ἐρημίαν καὶ αἰγιαλοὺς καὶ μνήματα, *Cum igitur ferre loci iſtius incommoditates non poſſent, effundebantur in deſerta, littora et ſepulcreta.* Nimirum idem Latinis eſt *effundi.* Virgilius Georg. I, 511.

cum carceribus ſeſe effudere quadrigae.

Aen. V, 145.

— ruuntque effuſi carcere currus.

v. 317.

Effuſi nimbo ſimiles.

v. 16. Θαυμάζοντες πρόσωπα) Eleganter θαυμάζειν eſt, *amplecti, venerari aliquid, admirari*, vt apud Horatium Ep. I, 6, 1., *Nil admirari prope res eſt vna Numici Solaque, quae poſſit facere et ſeruare beatum.* Philo de Mund. Opif. p. 9. C, πιστεύσουσι τοῖς φαινομένοις μᾶλλον ἢ θεῷ, σοφιστείαν πρὸ σοφίας ΘΑΥΜΑΣΑΝΤΕΣ, *Suis oculis magis credituri eſſent quam deo, admiratores ſophiſticae potius, quam ſapientiae.*

v. 19. Ψυχικοὶ πνεῦμα μὴ ἔχοντες) Denotantur ii, qui cupiditates ſuas nullo rationis imperio coercent. Ψυχὴ partem indicat homini cum brutis communem

et ad cupiditates pronam; πνεῦμα autem vim hominì peculiarem, qua iſtae cupiditates regantur, quae etiam alias nomine νοὸς venit, vt apud Philonem de Opif. p. 14. B, vbi ait, homini ΝΟΥΝ ἐξαίρετον ἐδωρεῖτο ψυχῇ τινὰ ψυχὴν, καθάπερ κόρην ἐν ὀφθαλμῷ, *mentem eximiam donauit conditor, quae ſit ceu animi animus, quemadmodum pupilla in oculo.* Et in quo inſit imago diuina explicans p. 15. A, dicit: ἡ δ' εἰκὼν λέλεκται κατὰ τὸν τῆς ΨΥΧΗΣ ἡγεμόνα ΝΟΥΝ, *dicitur imago iuxta mentem rectricem animi.*

IN APOCALYPSIN IOHANNIS.

CAPVT I.

v. 4.

Ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν) Haec forma inter dei nomina crebro a Philone adhibetur. De Cherub. p. 124. D, ὁ ΤΟΥ ΟΝΤΟΣ ὀφθαλμὸς φωτὸς ἑτέρου πρὸς κατάληψιν οὐ δεῖται, *Eius QVI EST oculus luce aliena non eget, vt res percipiat.* Ibid. p. 126. B, τῆς δὲ ΤΟΥ ΟΝΤΟΣ ἡγεμονίας ὁ χρησμὸς ἀληθὴς μάρτυς etc., *eius Qui eſt potentiam vere teſtatur oraculum* etc. De Temul. p. 246. C, τὸ μεγαλεῖον ΤΟΥ ΟΝΤΟΣ, *maieſtas eius Qui eſt.* De Confuſ. Ling. p. 329. D, πῶς γὰρ οἷόν τε ἦν ΤΟ ΟΝ ἐλπίσαι ἀπατᾶσθαι, *Quomodo fieri poterat, vt eum qui Eſt decipi poſſe ſperaret.* De Somn. p. 1139. B, ἡ ΤΟΥ ΟΝΤΟΣ περὶ πάντα βεβαιότης· *Eius qui Eſt circa omnia ſtabilitas.* Sequitur, καὶ γὰρ ΤΩι ΟΝΤΙ τῷ Θεῷ συνεγγίζων οἰκειοῦται, *Nam quod ad eum QVI EST adpropinquat,*

pinquat, cum deo vnitur. De Leg. ad Cai. p. 993. A, vbi ὁ Θεὸς et Ο ΩΝ permutantur.

v. 8. Ἀρχὴ καὶ τέλος) *Summus, eximius.* Philo Spec. legg. p. 781. B, ὅπερ ἐςὶν ΑΡΧΗ ΚΑΙ ΤΕΛΟΣ τῆς ἀνωτάτω βαρυδαιμονίας· *Quod quidem eſt initium et caput extremae miſeriae.* De migr. Abr. p. 396. D, τȣ̃ δὲ μεγέθȣς καὶ πλήθȣς ΑΡΧΗ τῶν καλῶν ΚΑΙ ΤΕΛΟΣ, *magnitudinis multitudinisque bonorum SVMMA.*

v. 12. Καὶ ἐπέςρεψα βλέπειν τὴν φωνὴν) Verba ſenſuum apud Hebraeos Graecosque item et Latinos ſcriptores ſaepius permutantur. Sic θᾶσαι, *audi*, eſt ap. Theocr. Id. X, 41. *Vox*, quomodo *videri* dicatur, diſputat Philo de migr. Abrah. p. 395. B, λέγεται γὰρ, ὅτι πᾶς ὁ λαὸς ἑώρα τὴν φωνὴν ȣ̓κ ἤκȣεν· ἐπειδήπερ ȣ̓κ ἀέρος πλῆξις ἦν διὰ τῶν ςόματος καὶ γλώττης ὀργάνων τὸ γινόμενον, ἀλλὰ φέγγος ἀρετῆς τὸ περιαυγέςατον λογικῆς ἀδιαφορȣ̃ν πηγῆς, ὃ καὶ ἑτέρωθι μηνύεται τὸν τρόπον τȣ̃τον, Ὑμεῖς ἑωράκατε ὅτι ἐκ τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃ λελάληκα πρὸς ὑμᾶς· *Dicunt enim oracula diuina, quod totus populus videbat vocem, non audiebat. Quia non erat hic aer oris vel linguae inſtrumento percuſſus, ſed ſplendor virtutis lucidiſſimus, a rationali fonte nihil differens, quod et alicubi ſignificatur hoc modo: Vos vidiſtis me e coelo locutum ad vos.* Conf. SCHRADERVS ad Muſaeum p. 5.

CAPVT II.

v. 17. Ὄνομα καινὸν) Non vana Deum nomina dare, docet Philo de Nom. mut. p. 1054.

v. 24. Τὰ βάθη τȣ̃ Σατανᾶ) Nonnulli, quibus etiam adſentitur WOLFIVS, reſpici putant ad loca abdita et ſpeluncas, in quibus ſacra paganorum, tanquam Satanae quaedam myſteria, peragerentur. Mihi nihil certius, quam magnam *calliditatem* et *aſtutiam* Satanae hiſce verbis indicari. Hoc ſenſu βαθεῖαν ἐπι-

ςήμην de *magna ſcientia* dici ſcimus a Philone de Somn. p. 1145. C, Λέγω δὲ ἐπὶ τῆς πάλαι μὲν κεκρυμμένης, ἀναζητηθείσης δὲ αὖθις καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἀνευρημένης ΒΑΘΕΙΑΣ τὴν φύσιν ἐπιςήμης, *Dico autem de abſcondita olim et quaeſita rurſum et ab omnibus inuenta profunda naturaliter ſcientia.* Plato Theaet. 29. καὶ μοὶ ἐφάνη (Παρμενίδης) ΒΑΘΟΣ τὶ ἔχειν παντάπασι γεννᾶιον. *In Parmenide mihi viſa eſt altitudo quaedam ineſſe liberaliſſima.* Add. quae ſcripſimus ad 1 Cor. II, 10. Salluſt. Iug. 95. *ad ſimulanda negotia ALTITVDO ingenii incredibilis*, vbi vid. CORTIVS.

CAPVT V.

v. 9. Καὶ ᾄδουσιν ᾠδὴν καινὴν) Ὠιδὴ καινὴ dicitur ad praeſtantiam et ſuauitatem indicandam: quam ad rem facit non ſolum Virgilii notiſſimus locus Ecl. III, 86. *Pollio et ipſe facit NOVA carmina*, ſed etiam et multo magis Philonis auctoritas, cuius I. de Vit. Moſ. p. 642, A, haec ſunt verba: ὑπὸ τε εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς ΑιΣΜΑ ΚΑΙΝΟΝ οἱ θεοφιλεῖς, χορὸς περὶ τὸ φρέαρ ἐν κύκλῳ ςήσαντες, ΗιΔΟΝ εἰς τὸν κληροῦχον θεὸν, καὶ τὸν ἀληθῶς ἡγεμόνα τῆς ἀποικίας. *Prae gaudio et laetitia, pias choreas circa puteum ducendo, NOVVM carmen in laudem dei, coloniae auctoris ducisque cecinerunt.*

CAPVT IX.

v. 14. Ἐπὶ τῷ ποταμῷ τῷ μεγάλῳ Εὐφράτῃ) Eodem iſtius fluminis nomine mentionem facit Philo, quamquam ex Deut. I, 7. Quis rer. diu. her. extr.

CAPVT XIV.

v. 16. Καὶ ἐθερίσθη ἡ γῆ) Philo de Carit. p. 703. C, εἰσὶ δ᾽ οἱ οὕτω ῥυπῶσι τὰς διανοίας — ὥςε ΕΠΑΝΑ-

ΤΡΥΓΩ-

ΤΡΥΓΩΣΙ μὲν τὰς ἀμπελῶνας καὶ ἐλαιῶνας, τήν τε κριθοφόρον καὶ σιτοφόρον ΓΗΝ ΑΝΑΘΕΡΙΖΟΥΣΙ, *Sunt quidam ita ſordidi — vt vindemiam oliuationemque iterent, et hordei triticiue feracem iterum terram metant.*

CAPVT XVII.

v. 8. Ὧν ἐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐπὶ τὸ βιβλίον τῆς ζωῆς) Paſſim fit βιβλίȣ τῆς ζωῆς mentio. Vid. Philipp. IV, 2. et Apocal. III, 5. XIII, 8. Forma autem γράφεσθαι ἐν βίβλῳ τῆς ζωῆς ſignificat, *eſſe in numero eorum, quibus beneficio dei ſalus aeterna tribuatur.* Simillimus eſt locus Philonis de Spec. legg. p. 782. B, ἐν ἀσεβῶν ςήλαις ΕΓΓΕΓΡΑΦΕΣΘΩΣΑΝ ὡς ἀντίπαλοι θεȣ̃, *in impiorum album inſcribantur, vt deo repugnantes*, h. e. *habeantur pro impiis.*

CAPVT XVIII.

v. 13. Καὶ σωμάτων) h. e. *mancipiorum merces:* quo ſenſu hoc nomen paſſim, cum apud Interpretes Alexandrinos, tum apud ſcriptores optimae Graecitatis occurrit. Fidem faciunt etiam Philonis verba 1. de Vit. Moſ. p. 650. C, αἰχμαλώτων δὲ ΣΩΜΑΤΩΝ ἀπερίληπτον ἀριθμὸν ἀπαγαγόντες, *abducto captiuorum corporum ingenti numero.* In Flacc. p. 973. E, χρήματα ἁρπάζȣσιν ἐκεῖνοι καὶ πλῆθος αἰχμαλώτων. ΣΩΜΑΤΩΝ, *illi pecunias auferunt et captiuorum multitudinem.* Sic Silius Ital. XIII, 357.

tum paſſim CORPORA longo
Ordine CAPTIVA.

Planiſſimus autem de ſeruis locus eſt in eodem libro p. 986. E, πρὸς τȣτοις ἡ οἰκετικὴ θεραπεία ἀριςίνδην ἐπικριθεῖσα, κατά τε τὰς τῶν ΣΩΜΑΤΩΝ εὐμορφίας ὁμȣ̃ καὶ εὐεξίας καὶ κατὰ τὸ ἄπλαιςον ἐν τῷ χρειώδη

τῶν

τῶν ὑπηρεσιῶν, *Ad haec famulitium domeſticum lectiſſimum, vel forma et corporis habitudine, vel dexteritate in quotidianis miniſteriis.* Conf. MAVSSACVS ad Harpocrat. p. 91. GATAKERVS ad Marc. Anton. I, 16. p. 28.

v. 14. Ἡ ὀπώρα) *Fructus auctumnalis, poma,* vt recte vertit Vulgatus. Sic apud Philonem de Plant. Noë p. 235. C, ὁ οὐράνιος ἀστὴρ, ὃν ὀπωρινὸν οἱ ποιηταὶ καλοῦσιν, ὃς τῆς ΟΠΩΡΑΣ ἄρτι ἡβώσης ἐπιτέλλει, τοῦ τελεσφορηθῆναί τε χάριν αὐτὴν καὶ πεπανθῆναι· *Coeleſte ſidus, quod auctumnale poetae vocant, quod pubeſcentibus modo pomis exoritur, vt matureſcendo miteſcant.* De Char. p. 704. A, ἀπὸ τῆς κατ᾽ ἀγροὺς ΟΠΩΡΑΣ, καὶ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων, *de ceteris fructibus arborum.* Inprimis autem vuae. Heſychius: ὀπώρα — κυρίως δὲ ἡ σταφυλή. Vid. FISCHERVS ad Anacreont. Odar. 50, 8.

Capvt XXII.

v. 18. Τὰς πληγὰς) Πληγὴ de omni grauiorum poenarum et calamitatum genere vſurpatur. Philo ſic ponit 1. de Vit. Moſ. p. 617. A, καὶ ΠΛΗΓΩΝ ἑσμῷ οἱ ἄφρονες νουθετοῦνται, οὓς λόγος οὐκ ἐπαίδευσεν. *afflictionum agmine ſtolidi caſtigantur, qui verbis nolebant flecti.* Ibid. p. 622. C, ταῖς δ᾽ ἀπ᾽ ἀέρος καὶ οὐρανοῦ ΠΛΗΓΑΙΣ οὗτος ὑπηρέτει, *Hic erat miniſter calamitatum ex aere caeloque naſcentium.* Et p. 624. C, τοσαύταις μὲν δὴ ΠΛΗΓΑΙΣ καὶ τιμωρίαις Αἴγυπτος ἐνουθετεῖτο, *Tot malis et poenis Aegyptus caſtigata eſt.*

INDEX

INDEX I.

OBSERVATIONVM.

Cap.	Verſ.	Pag.	Cap.	Verſ.	Pag.	Cap.	Verſ.	Pag.
MATTHAEVS.			VI	2	21	XIV	6	39
I	1	1		16	21		13	40
	17	1		24	24	XV	11	41
	18	2		30	24	XVI	3	41
	19	2		33	24		20	42
II	6	3	VII	6	25		22	42
	11	3		13	25		26	43
	12	3		15	25		28	43
	14	4		22	26	XVII	5	44
	18	4		27	26		17	45
III	1	4		29	26ſq.	XIX	3	45
	6	5	VIII	6	27		4	46
	7	5		28	27		17	46
	11	6	IX	4	28		24	46
	17	7		37	28		28	46
IV	8	7	X	21	29	XX	1	47
	19	8		23	29		2	47
	24	9	XI	12	31		8	47
V	5	10		14	32		28	48
	6	10		23	32	XXI	42	48
	18	11		25	33	XXII	3	49
	19	12	XII	7	33		9	49
	22	13		11	34		21	50
	24	14		14	34	XXIII	4	50
	34	14		19	34		5	50
	35	14		29	35		8	50
	42	15	XIII	5	37		14	51
	44	16		15	37		24	52
	47	17		22	38		25	52
	48	20		26	39		27	52

INDEX I.

Cap.	Verſ.	Pag.
XXIII	32	53
	38	53
XXIV	7	54
	28	55
	29	55
	33	55
	45	56
	51	56
XXV	9	56
	15	57
	23	58
XXVI	8	58
	18	58
	19	59
	29	60
	36	60
	37	60
	38	61
	50	61
	58	61
	60	61
	64	62
	65	62
	66	63
	75	63
XXVII	1	63
	3	64
	9	64
	24	64
	28	65
	51	66
	58	66
XXVIII	1	67
	3	67
	12	68
	14	68

MARCVS.

Cap.	Verſ.	Pag.
I	26	69
	38	69
II	1	70
	23	70
III	2	71
	10	71
	21	72
IV	19	74
	28	74
V	5	74
	26	74
	29	75
VI	5	75
	52	76
VII	4	77
	35	78
VIII	31	78
IX	18	79
	23	80
X	21	81
	26	81
	30	82
	37	82
XI	13	83
XII	14	84
XIV	8	84
	56	85
	72	85
XV	37	87
	45	87
	46	88
XVI	17	88
	19	89

LVCAS.

Cap.	Verſ.	Pag.
I	1	90
	3	90
	5	91
	30	91
	35	91
	36	92
	39	92
	54	92
	68	93
	74	93
	79	94
II	1	95
	15	96
	19	97
	25	97
	47	98
	49	98
	52	99
III	1	100
	5	100
	13	101
	14	101
IV	16	102
	17	102
	22	103
V	6	104
	10	104
	26	104
VI	18	105
	23	105
	30	105
	32	106
	35	107
	37	108
	39	108
	48	108ſq.
VII	12	110
	25	110
	44	110
	45	111
VIII	14	111
	29	112
	40	112
	42	113
	44	113
IX	43	113
X	17	113
	20	114
	31	114
	32	114

INDEX I.

Cap.	Verſ.	Pag.
X	42	115
XI	20	115
XII	17	115
	18	115
	29	116
	48	118
	58	118
XIII	1	119
	2	119
	7	119
	8	119
	11	120
	24	120
XIV	18	121
	31	122
	33	122
XV	12	123
	13	124
XVI	4	124
	9	124
	11	124
	19	125
	26	125
XVII	2	125
	23	126
	32	126
	37	126
XIX	3	127
	23	127
	48	127
XX	1	128
	23	129
XXI	23	129ſq.
	24	130
	25	130
	26	130ſq.
	28	131
	34	132
	36	133
XXII	6	133
	44	133
	45	133
	53	133
	58	133
XXIII	41	135
XXIV	14	135
	19	136
	39	136

IOHANNES.

Cap.	Verſ.	Pag.
I	1	137
	13	137
	14	137
	18	138
	20	138
	26	139
	44	139
II	10	140
	15	140
III	14	141
	20	141
	30	142
	33	142
V	4	143
	13	143
	39	144
VI	15	145
	21	146
	27	146
	46	146
VII	2	147
	4	147
	17	148
	35	148
VIII	25	148
	34	149
	42	149
	50	149
IX	21	150
X	11	150
	22	151
	24	151
XI	19	152
	51	153
XIII	2	153
XIV	16	153
	27	155
XV	2	155
	26	156
XVI	13	156
XVII	3	157
XVIII	37	158
XIX	1	158
	13	159
	22	160
	34	161
XX	25	161
XXI	25	162

ACTA APOSTOLICA.

Cap.	Verſ.	Pag.
I	1	164
	13	164
	18	165
II	1	165
	2	166
	5	166
	6	166
	11	167
	12	167
	13	168
	22	169ſq.
	23	170
	41	171
III	7	172
	13	172
	14	172
	19	173
	21	173ſq.
IV	1	176
	9	176
	32	176
V	2	177

Cap.

INDEX I.

Cap.	Verſ.	Pag.
V	6	177
	21	178
	28	178
	34	179
	36	179
	39	180
VI	9	180
	11	181
VII	3	182
	5	182
	9	183
	10	184
	14	184
	18	185
	19	186
	20	186
	21	187
	22	187
	30	188
	31	188
	41	189
	42	190
	43	191
	45	192
	53	193
VIII	3	195
	6	196
	10	198
	22	198
IX	1	199
X	15	199
	17	200
	20	200
	28	200
	38	201
	41	201
XI	18	201
	26	202
XII	1	202
	4	203
	6	203

Cap.	Verſ.	Pag.
XII	16	203
	17	203
	19	204
	25	204
XIII	8	204
	11	205
	42	205
	43	205
	48	206
XV	20	207
	22	207
	33	207
	38	208
XVI	13	208
	34	208
XVII	4	209
	11	211
	14	212
	16	213
	18	213
	21	213
	26	214
	30	214
	31	215
XVIIII	10	216
	24	217
	25	218
	27	218
XIX	11	219
	22	219
	27	219
	29	219
	30	220
	35	220
XX	9	221
	12	222
	20	222
XXI	1	223
	3	223
	15	223
	35	224

Cap.	Verſ.	Pag.
XXII	3	225
	25	225
XXIII	1	226
	15	227
	24	227
	25	228
XXIV	3	229
	12	230
	13	230
	23	231
	24	232
	25	232
	27	232
XXV	5	233
	11	234
	18	234
	21	234
	24	234
XXVI	23	235
	24	235
XXVII	5	235
	9	236
	13	236
	15	237ſq.
	21	238
	22	239
	23	239
	34	239
	40	240
	41	240
XXVIII	11	241
	15	241

EPIST. AD ROMANOS.

Cap.	Verſ.	Pag.
I	8	242
	13	243
	14	243
	17	244
	22	244
	25	245

Cap.

INDEX I.

Cap.	Verſ.	Pag.
I	28	245
	30	245
II	4	245
	5	246
	15	247
III	2	247
	5	248
	19	249
	25	249
	31	249
IV	13	250
	17	250ſq.
V	19	252
	20	252
VI	1	252
	5	252ſq.
	6	254
	19	254
	21	254ſq.
VII	25	255
VIII	19	256
	20	258
	22	258
	26	258
	38	259
IX	23	259
X	4	260
	17	260
	20	260
XI	8	261
	16	262
XII	1	262
	8	262
	16	263
	19	263
XIII	3	264
	5	264
	6	264
	8	265
	14	265
XIV	1	266
	8	267
	18	267
XV	16	267
	20	268
	28	269
	30	269
XVI	2	270
	18	270
	20	271

EPIST. I. AD CORINTHIOS.

Cap.	Verſ.	Pag.
I	28	272
II	10	272
	13	273
	15	274
III	9	274
IV	2	275
	9	275
	13	276
V	8	277
	9	277
VI	11	278
VII	1	279
	3	279
	5	280
	31	281
	35	282
VIII	5	282
IX	1	283
	2	283
	9	283
	12	284
	18	285
X	4	285
	6	286
	7	286
	8	287
	21	288
XI	13	288
XII	1	289
	23	289
	28	290
XIII	8	291
	9	292
	13	292
XIV	1	292
	10	293
	16	293
	20	294
XV	8	295
	27	295
	31	295
	40-47	296
XVI	2	297ſq.
	22	298

EPIST. II. AD CORINTHIOS.

Cap.	Verſ.	Pag.
II	5	299
	6	299
	17	300
III	5	301ſqq.
	7	303
	18	304
IV	2	305
	7	305
	8	306
	10	307
	17	307
V	3	307
	9	308
	14	308
	20	308
VI	14	309
	16	309
	17	310
VII	2	310
	6	310
	10	311
VIII	3	311
	12	311

INDEX I.

Cap.	Verſ.	Pag.
VIII	22	312
IX	4	313
	7	313ſq.
	10	315
X	5	316ſq.
	12	318
	14	319
XI	2	319ſq.
	5	321
	8	321
	9	322
	20	322
	23	323
XII	10	323
	16	324

EPISTOLA AD GALATAS.

Cap.	Verſ.	Pag.
I	6	325
	14	326
	18	326
II	2	327
	11	327
	13	328ſq.
III	1	329
	5	330
	8	331
	10	331
	15	331
	17	332
	19	332
IV	2	332
	14	333
	19	333
	27	333
V	1	334
	7	335
	19	335
VI	2	335
	7	336
	9	336

Cap.	Verſ.	Pag.
VI	12	337
	16	337
	17	337

EPISTOLA AD EPHESIOS.

Cap.	Verſ.	Pag.
I	3	338
	4	338
	8	339
	23	340
II	3	340
	7	341
III	18	342
IV	2	342
	9	342
	14	343
	15	343
	19	344
	31	344
V	4	345ſq.
VI	11	347ſq.
	13	348
	20	349

EPIST. AD PHILIPPENSES.

Cap.	Verſ.	Pag.
I	10	350
	16	351
	18	351
	19	351
	20	352
	24	352
	27	353
II	15	354
III	8	354
	12	354ſq.
	15	356
	20	356
IV	5	357
	22	358

Cap. Verſ. Pag.

EPIST. AD COLOSSENSES.

Cap.	Verſ.	Pag.
I	4	360
	10	361ſq.
	17	362
II	4	363
	8	364
	9	364
	15	365ſq.
	16	366
	18	367ſq.
	19	371
	21	372
	23	372
III	8	372
	9	373
	15	373
	19	375
	21	375

EPIST. I. AD THESSALONICENSES.

Cap.	Verſ.	Pag.
II	3	376
	5	376
	7	377ſq.
III	3	378
IV	4	379
	6	380
	16	380
V	22	381
	23	381

EPIST. II. AD THESSALONICENSES.

Cap.	Verſ.	Pag.
I	5	383
	7	383
II	4	384
	7	385
	8	385

Cap.

INDEX I.

Cap.	Verſ.	Pag.
II	9	386
III	2	386
	6	387
	11	389
	14	390

EPIST. I. AD TIMOTHEVM.

Cap.	Verſ.	Pag.
I	4	391
	9	392
	11	392
	15	392
	17	392
	18	392
	19	393
II	1	393
	2	393
	4	393
	6	393
	9	394
	10	394
	13	394
III	2	395
	3	396
	6	397
	8	398
IV	1	398
	6	399ſq.
	7	401
	8	401
	15	401
V	4	402
	6	402ſq.
	11	404
VI	3	405ſq.
	4	408
	7	408
	8	409
	10	409
	12	410
	15	410
	18	410
	20	410ſq.

EPIST. II. AD TIMOTHEVM.

Cap.	Verſ.	Pag.
I	5	413
	6	413ſq.
	12	415
II	3	416
	16	417
	22	417
	26	418
III	4	418
	5	419
	6	419
	10	420
	14	421
	15	422
	16	422
	17	422
IV	5	423
	6	423
	7	423
	8	424

EPISTOLA AD TITVM.

Cap.	Verſ.	Pag.
I	9	425
	11	425
	12	426
	14	426
II	4	427
	5	428ſq.
	10	429
III	4	430
	8	430

EPISTOLA AD PHILEMONEM.

Cap.	Verſ.	Pag.
	10	431

EPISTOLA AD HEBRAEOS.

Cap.	Verſ.	Pag.
I	3	432
	6	432
II	7	433
	10	434
	16	434
IV	13	434
V	9	435
VI	6	435
	7	435
	9	435
	18	436
IX	4	436
	7	436
	11	437
	14	437
X	35	438
	37	439
	38	439
XI	1	440
	6	441
	7	441
	11	441
	19	442
	25	443
	26	443
	32	445
XII	1	445ſq.
	3	446
	4	447
	6	448
	7	448
	11	448
	12	449
	14	449
	17	449
	26	450
XIII	2	450
	17	450
	22	451

INDEX I.

EPISTOLA IACOBI.

Cap.	Verſ.	Pag.
I	4	452
	5	454
	6	454
	12	454
	14	454
	15	455
	17	455
	18	457
	19	457
	21	457
	26	459
	27	459
II	2	459
	15	460
	17	460
	23	461
III	3	462
	4	462
	5	463
	6	464
	9	465
IV	8	465
	9	466
V	4	466
	5	467
	7	467
	11	467
	17	468
	18	469
	20	469

EPISTOLA I. PETRI.

Cap.	Verſ.	Pag.
I	7	470
	10	471
	12	472
I	18	473
II	6	474
	9	474ſq.
	11	476
	13	476
	16	477
II	3	477
	4	478
	6	478
	20	479
IV	3	480
	4	480
	18	480
V	5	481
	8	482

EPISTOLA II. PETRI.

Cap.	Verſ.	Pag.
I	3	483ſq.
	9	485
	13	486
	15	486
	16	486
	19	487ſq.
	20	488
	21	489
II	3	489
	6	490
	7	490
	9	491
	13	491
	14	491
	15	492
	16	492
	18	493
	19	494
	20	494
III	1	494
	6	494
III	10	494
	16	495

EPISTOLA I. IOHANNIS.

Cap.	Verſ.	Pag.
II	1	496
	22	497
III	12	498
IV	18	498
	20	498
V	18	499

EPISTOLA II. IOHANNIS.

Cap.	Verſ.	Pag.
	4	500
	7	500

EPIST. IVDAE.

Cap.	Verſ.	Pag.
	3	501
	4	501
	7	502
	11	502
	16	503
	19	503

APOCALYPSIS IOHANNIS.

Cap.	Verſ.	Pag.
I	4	504
	8	505
	12	505
II	17	505
	24	505
V	9	506
IX	14	506
XIV	16	506
XVII	8	507
XVIII	13	507
	14	508
XXII	19	508

INDEX

INDEX II.

RERVM ET VERBORVM.

A.

Ἀγαθὰ, *fruges, fructusue* 115
Ἀγαπᾷν 81
Ἄγεσθαι, *duci, delectari* 419
Ἄγνοια, ἀγνόημα, *delictum* 436
Ἀγωγὴ, *diſciplina* 420
Ἀγωνία 133
Ἀγωνίζεσθαι, *ſumme in aliqua re obtinenda contendere* 120. 269. 501
Aduerbium pro Adiectiuo 307
Ἄθεσμος, de hominibus et de rebus 490
Αἷμα, *genus* 214
Αἴρειν τὴν ψυχὴν 151
Αἴρειν, *ſoluere, portu egredi, iter ingredi* 236
Αἰτεῖν et ἀπαιτεῖν, quomodo differant 105. non ſemper diſcrimen obſervatur 118
Αἰτία, *culpa, delictum* 45
Αἰτίαν ἐπιφέρειν, *crimen inferre* 234
Ἀκάθαρτον, i. ἄγος, μίασμα 310
Ἄκακος 270
Ἀκαίρεαιος 354
Ἀκοὴ, *fama, rumor* 9. *praecepta* 260
Ἀκυρεῖν 332
Ἀλήθεια, *vera de deo rationeque eius colendi, doctrina* 158. 500
Ἀληθεύειν 343
Ἀληθινὸς, *verus*, opponitur *picto, ficto* 157. *firmus, perpetuus* 124
Ἁλιεύειν, ἀγκιστρεύειν, omninoque piſcandi venandique verba, ponuntur pro *conciliare* 8
Ἀλλὰ, *agedum* 200
Ἀλλόφυλοι 200
Ἄλογος, *mutus, elinguis* 493

Ἄμωμος, de victimis eximiis 437
Ἀναβαθμὸς 224
Ἀνάγειν et ἀπάγειν θυσίαν 189
Ἀναγκαῖος 352
Ἀνάγκη, *malum*, *calamitas* 129
Ἀναγνῶναι (quamquam ibi ἀναδιδάσκειν habet Mangeana editio.) 102
Ἀναδιδόναι, ἀποδιδόναι καρπὸν 448
Ἀναζωπυρεῖν 413
Ἀναιρεῖσθαι, infantem expoſitum *colligere* 187
Ἀνακόψαι, pro ἐγκόψαι 335
Ἀνακύψαι καὶ ἐπαίρειν τὴν κεφαλὴν 132
Ἀναλαμβάνειν, *arma*, *veſtimenta ſumere* 348
Ἀναλαμβάνεσθαι, *ſurſum ferri* 89
Ἀνάλυσις, *abitus* 423
Ἀνανήφειν, *ad ſe redire* 418
Ἀναπληρῶσαι, i. ποιῆσαι 335
Ἀναπτύξαι, *explicare*, *pandere* 102
Ἀναστρέφειν et ἀνατρέπειν 140
Ἀνάχυσις, ἀναχεῖσθαι 480
Ἀναχωρεῖν 4
Ἀνάψυξις, non *refrigerium*, vt Vulgatus vertit; ſed *otium* 173
Ἀνεπίληπτος, qui? 395
Ἀνέχεσθαι, non refingendum ἀντέχεσθαι 451
Ἀνέχομαι 45. 342
Ἄνεσις, *otium* 231. 383
Ἄνθρωπος, de *femina*. (add. de Cher. p. 115. C.) 134
Ἄνθρωπος, de *animo* 478
Ἄνθρωπος θεȣ̃, *propheta*, *doctor euangelicus* 422
Ἀνθρώπινον λέγειν 254. 331
Ἀντάλλαγμα, *pretium* 43
Ἀντὶ in compoſitis vim duplicem habet 497
Ἀντιλαμβάνεσθαι 92
Ἀντίληψις, *comprehenſio*, *perceptio*, ſenſu philoſophico; *opitulatio*, *adiumentum*, vſu populari 290
Ἀντοφθαλμεῖν, ἀντιβλέπειν, ἀντιπνεῖν, *reſiſtere* (ἀντέχειν τοῖς ὀφθαλμοῖς 3. Vit. Moſ. p. 665. A. add. *Herald.* Aduerſ. II. c. 4.) 237
Ἀξιȣ̃ν cum ȣ̓ vel μὴ, *nolle* 208
Aoriſtus pro Futuro absque interuentu voculae ἂν 162
Ἀπάγεσθαι, *duci* 204. *duci*, *fer-*

ferri, non vi ſed ſponte 289
Ἀπαλγεῖν 344
Ἀπάτη, *oblectamentum* 38
Ἀπείπασθαι 305
Ἀπεκδύσασθαι 365. 373
Ἀπελπίζειν, quid? 107
Ἀπέραντος, *immenſus* 391
Ἀπέχειν, *recepiſſe debitum* (nam *Knatchbulli* ratio contorta, quam probat Cel. *Fiſcherus* ad Lex. Stock.) 21
Ἁπλότης 262
Ἅπτεσθαι, *veſci* 372. *coire, rem habere* 279. *laedere* 499
Ἀπὸ pro ὑπὸ 169
Ἀπὸ ἀγορᾶς 77
Ἀποβάλλειν, *perdere, amittere* 438
Ἀποβλέπειν, *reſpicere* cum admiratione, deſiderio 443
Ἀποβολὴ pro ἐκβολὴ 239
Ἀποδέχεσθαι, *laudibus ferre* 229
Ἀποδιδόναι, *reddere* 48
Ἀποδίδοσθαι, *vendere* 183
Ἀποκαραδοκία 256. ſ. 352
Ἀποκατάστασις, *conſtitutio rerum conformatioque ad aptum ordinem* 175
Ἀπολούεσθαι, *ponere vitia* 278
Ἀπολύεσθαι, *dimitti, diſcedere* (vid. *Gataker.* ad Marc. Ant. p. 319.) 207
Ἀποσκευάσασθαι an idem cum ἐπισκευάσασθαι 223
Ἀποστερεῖσθαι μισθὸν 466
Ἀποστρέφεσθαι, *auerſari* 15. 426
Ἀποτάττεσθαι, *renunciare, miſſum facere* 122
Ἀποτολμᾷν (2. Alleg. p. 94. A, ὃς ἐτόλμησεν εἰπεῖν.) 260
Ἀποφορτίζεσθαι 223
Ἀποψύχειν, *viribus et anima deficere* 130
Ἀρέσκεια, placendi ſtudium honeſtum 361
Ἁρμόσασθαι, de nuptiis quid? 320
Ἁρπάζειν, quid? 32. 145
Ἁρπασθῆναι, naues dicuntur vento, gurgite 237
Ἀρχὴ, τὴν ἀρχὴν 148. ἀρχὴ καὶ τέλος 505
Ἀσμένως 171
Ἀσπάζεσθαι, quid? 17-20
Ἀστεῖος 186
Ἀστήρικτος 495
Ἄτοπον, *ſcelus, flagitium* 135. 386
Αὐθαίρετος 311
Αὐτὸς 136. 255
Ἀφανίζειν τὸ πρόσωπον 23

"Αφεσις et πάρεσις non differunt 249
'Αφιέναι τὴν φωνὴν, *clamare* 87
"Αχρι, particula temporis, *quoad* 174

B.

Βάθος, mentis, conſilii 272. 505
Βαθύγειος 37
Βάλλειν εἰς τὴν καρδίαν, ὑποβάλλειν 153
Βαπτίζειν, *obruere malis, premere* 6
Βαρύνειν, *moleſtum eſſe* 299
Βάσις. αἱ βάσεις, *pedes* 172
Βασανισθῆναι, *cruciari morbo* 27
Βασκαίνειν, *inuido oculo nocere* 329
Βιάζεσθαι, *vim facere* 31
Βλαστάνειν, tranſitiuam et intranſitiuam vim habet 39. 469
Βλασφημία, *maledicta* 372
Βλέπειν, *audire* 505
Βραβεύεσθαι, i. πρυτανεύεσθαι, βασιλεύειν, δικάζειν 373 ſeq.
Βρῶσις, an deterius quam βρώματα 366
Βύσσος, e lino confecta 125

Γ.

Γὰρ, interrogationibus additum, quam vim habeat 221
Γενεὰ, *origo, ordo ſeriesque maiorum* (add. de Ioſ. p. 562. B, ΓΕΝΕΑ πολυάνθρωπος, Iacobi progenies) 1
Γενεαλογίαι, quomodo intelligendae 391
Γενέσια 39
Γένεσις, *proles, progenies* (conf. *Erneſt.* ad Hom. Il. ξ, 201.) 2. τρόχος τῆς γενέσεως 465
Genitiuus pro Adiectiuo 386
Γεννᾶν, de magiſtris, reſpectu diſcipulorum 431
Γεννήματα, *fetus* hominum et beſtiarum, it. frugum et fructuum 5. 60
Γεννῶμαι. τὸ γεννομένον, *partus* 91
Γερουσία, *ſenatus* 178
Γεύεσθαι τινος, *participem eſſe* 43
Γεώργιον 274
Γίνεσθαι, *aduveniſſe* 114. *eſſe, peruenire* 146
Γλῶσσα, *vox barbara et peregrina* (vid. *Gataker.* ad Marc. Ant. p. 120.) 88

Γνωρίζειν 96
Γράφεσθαι, *habere in animo formatam rei notionem* 247

Δ.

Δελεάζεσθαι, ἕλκεσθαι, verba e re piſcatoria petita 454
Δέχεσθαι, dicitur ſolennius locus, qui aliquem capit 175
Διαγινώσκειν, *iudicare* (vt *cognoſcere* ap. Sueton.) 227
Διαδέχεσθαι. διαδεξάμενοι, *qui ſibi aliquid traditum ab altero accipiunt* 192
Διαλείπειν cum participio 111
Διαῤῥῆξαι et διαῤῥήξασθαι τὰ ἱμάτια differunt 62
Διασείειν, quid? 101
Διασπορὰ 148
Διαστέλλεσθαι, *monere, praecipere* 42
Διατάττεσθαι, διαταγὴ 194. ſeq.
Διδόναι, *concedere, permittere*, Hebr. נתן 82
Διεγείρειν τὴν διάνοιαν 486. 494
Διέξοδος, *tranſitus* 49
Διψᾷν, *cupidum eſſe* 10
Διώκειν, *contendere vt aſſequaris, ſequi* 126. 355
Δοκεῖν· οἱ δοκοῦντες, qui? 327
Δόκιμος, *dignitate praeſtans* 267
Δοῦναι λύτρα i. θέσθαι 48
Druſillae nomine duas vxores Felix habuit 232
Δύναμις, *facultas, ingenium, vis inſita* (add. 1. Vit. Moſ. init.) 57. *vis diuina* ſ. *deus* 62
Δύνασθαι, *velle* 75
Δυνατοὶ, *potentes, prae ceteris auctoritate et dignitate elati* 233

E.

Ἐγγίζειν τῷ Θεῷ 465
Ἐγκοπὴ, ἀνακοπὴ 284
Ἐγκρῖναι 318
Εἰ, *ſi* pro ὅτι 87
Εἰδέναι et ἰδεῖν quid differant 28
Εἰλικρινὴς 350
Εἶναι, *ſignificare* 285. οὐκ εἶναι 4. τὰ μὴ ὄντα, *quae non exſtant: nulla ſunt* 250. *abiecta: contemta* 272
Εἶναί τινα vel τι *multum poſſe* 179
Εἶναι μετά τινος, *fauere* 183
Εἰρήνη. εἰρήνην δοῦναι 155
Εἰσάγειν, *commemorare, facere mentionem* 432

Εἰσελθεῖν et παρελθεῖν 220
Ἐκ cum genit. *propter* 47
Ἐκδοῦναι, ἔκδοτος 170
Ἐκκομίζειν, *efferre mortuum* 110
Ἐκκρέμασθαι, dicitur populus, cum dicentes ſtudioſe auſcultat 127
Ἐκλύεσθαι, *remittere* 336
Ἐκνεῖν et ἐκνεύειν 143
Ἐκπίπτειν, *interire*, *perire* 291
Ἐκπτύειν, παραπτύειν, *contemnere* 333
Ἔκτρωμα, *abortiuus fetus* 295
Ἐκχεῖσθαι 502
Ἐλαττοῦν, *inferiorem facere* 433
Ἕλληνες καὶ βάρβαροι 243
Ἐλπὶς, res ſperanda 360
Ἐμβάλλειν βρόχον 282
Ἐμβατεύειν, quid? 369
Ἐμμένειν 331
Ἐμπορεύεσθαι, *lucri cauſſa diligentiam praeſtare* 489
Ἐν ἐνθύμασι ἔρχεσθαι 25
Ἐνδυσάμενος, *corpus habens*, opponitur γυμνὸς 307
Ἔνοχος, *reus*, cum Genit. et Dat. 13
Ἐντρέφεσθαί τινι, quid? 399. ſeq.
Ἐντυγχάνειν, cum Dat. *Agere cum aliquo* (Heſychius: Ἐντυγχάνει· προσέρχεται) 234
Ἐξαγγέλλειν, διαγγέλλειν, διεξέρχεσθαι, *laudibus ferre* 474
Ἐξελθεῖν, Hebr. יצא, *adoriri* 34
Ἐξερευνᾶν et ἐκζητεῖν 471
Ἐξίστασθαι, quid? 73
Ἔξοδος, *mors* 486
Ἐξομολογεῖσθαι i. q. ὁμολογ. 5
Ἐξομολογεῖσθαι τινι, *laudare aliquem* 33
Ἑορτάζειν, *delectari aliqua re* 277
Ἐπάγειν, *auctorem eſſe calamitatum et malorum* 178
Ἔπαινος, *praemium* 264
Ἐπαίρεσθαι 322
Ἐπαναστῆναι, *oppugnare* 29
Ἐπηρεάζειν 16
Ἐπὶ, cum Dat. *poſt* 76
Ἐπὶ pro εἰς et viciſſim 110
Ἐπιβάλλειν, quid? 85. *competere*, *attributum eſſe* 123
Ἐπιδοῦναι, in re nautica quid? 238
Ἐπιεικὲς 357
Ἐπιθέσθαι, *adoriri*, *aggredi* (conf. *Fiſch.* Ind. Palaeph. h. v.) 216

Ἐπι-

Ἐπικάλυμμα, *tegmen* 477
Ἐπιλαμβάνεσθαι 434
Ἐπιλιπεῖν 445
Ἐπίλυσις 488
Ἐπιμορφάζειν i. μόρφωσιν ἔχειν 419
Ἐπινοεῖσθαι, ἐπίνοια 198
Ἐπιπίπτειν, *incurrere*, in bonam et malam partem 71
Ἐπισκέπτομαι 93
Ἐπισύστασις, ἐπισυνίστασθαι 230
Ἐπιστῆναι, *ſubito adeſſe* 128. 176
Ἐπιστομίζειν, quid? 425
Ἐπισχεῖν, *morari* 219
Ἐπιτειχισμὸς, ὀχύρωμα 317 ſeq.
Ἐπιτιμᾶν, *admonere* 42
Ἐπιτιμία, *poena*, pro τὸ ἐπιτίμιον 299
Ἐπίτροπος, *curator rei domeſticae* 47
Ἐπιφέρειν 351
Ἐπιχειρεῖν 90
Ἐπιχορηγία 351
Ἐποκέλλειν 240
Ἔργον alicuius 283
Ἐρευνᾶν 144
Ἔρημος, *orbus* 53
Ἑτοιμάζειν τὸ πάσχα, quid? 59
Εὐγενὴς et εὐμενὴς confunduntur 211
Εὐθυδρομῆσαι, *curſum tenere* (vid. *Gatak.* ad Marc. Anton. p. 104.) 223
Εὐθύνειν, de auriga pariter ac gubernatore 462
Εὐκαιρεῖν, verbum parum probum 213
Εὔκοπον, *facile*, *commodum* 46
Εὐλαβὴς 97
Εὐλογεῖν 338
Εὔνοια, *officium maritale* 279
Εὐοδοῦν, εὐοδοῦσθαι 297
Εὐπρόσεδρος, *aptus*, *commodus* 282
Εὐπροσωπῆσαι 337
Εὑρίσκειν 91
Εὑρίσκεσθαι 275
Εὐχαριστεῖν, *gratias habere, agere* 242
Εὐχαριστία 345
Ἐφευρετὴς, εὑρετὴς κακῶν, *opifex malorum* (cum τεχνίτης iunctum de Cherub. p. 118. A.) 245
Ἐφημερία, *miniſterium diurnum, ordo eorum, qui miniſterio iſto funguntur* 91
Ἐφήμερος, *diurnus* 460
Ἐφικνεῖσθαι, *aſſequi*, i. ἐξικνεῖσθαι 318
Ἐχόμενος, *vicinus* 69
Ἐχόμενα σωτηρίας 435

Z. Ζηλα-

Z.

Ζηλωτὴς 326
Ζῆσαι τινὶ 267
Ζητεῖν, *quaerere*, ſenſu forenſi de crimine 149
Ζωγρεῖν, quid? 104

H.

Ἡγεμὼν et ἐπίτροπος promiſcue dicuntur 100
Ἡγέμενος, *primarius* 207
Ἡγέμενος et ἡγεμὼν, *rex* 3. pro ἐπίτροπος 227
Ἡλικία. ἔχειν ἡλικίαν, *adultum eſſe* 150
Ἡσυχάζειν, *ſilere* 201

Θ.

Θάνατοι, *mortis pericula* 323
Θαυμάζειν, ſequente ὅτι, *indignari, vituperare* 326
Θέατρον, θεατρίζεσθαι 275
Θέλειν, *delectari* 33. *cupere* 139. *redundat* 148. pro μέλλειν 168. *affectare ſtudium rerum quarumdam* 368
Θεραπεία, *ſerui* 56
Θησαυρίζειν, *cumulare* 246
Θησαυρὸς, *receptaculum copiarum* 3
Θλίβειν 306

I.

Ἰδέα, *forma* humana 67
Ἴδιοι, *populares, diſcipuli, familiares, parentes* 231
Ἴδιος, *voluntarius, ſpontaneus* 489
Ἱερεργεῖν 268
Ἱκανὸς, qui? 301. ſqq.
Ἵςαθαι, *ceſſare, deſinere* 113
Ἱςορῆσαι, quid? 326

K.

Καθαίρειν, *arborum inutiles amputare ramos* 155
Καθαιρεῖν, *refigere* 88. *deſtruere, demoliri, deiicere* 316
Καθηγητὴς, *monitor, praeceptor* 50
Καὶ in vehementer interrogando 81
Καιρὸς 83
Κακοπαθεῖν, γυμναθῆναι conſtanter perferre moleſtias 401. 416
Κάμνειν, de athletis luctando feſſis 447
Καπηλεύειν, *vendere fraudulenter, minutatim* 300
Κατά. καθ' ἑαυτὸν, *ſolus* 460
Καταβιβάζεσθαι, *deſcendere* 33
Καταβολὴ, *initium* 338. 442
Καταβραβεύειν 367
Καταθέσθαι χάριν 232
Καταλλαγῆναι 308

Κατα-

Καταμανθάνειν, *videre, perficere* 24
Καταμύειν, *conniuere* 37
Καταναρκᾶν, *oneri, moleſtiae eſſe* 321 ſeqq.
Κατανοεῖν, *ſentire* 188
Καταπέτασμα, quid? 66
Καταπίνειν, *deglutire* 52
Κατασείειν (Herodian. I, 13. τῷ τῆς χειρὸς νεύματι τὸν δῆμον κατασιγάσαι) 203
Κατασοφίζεσθαι 186
Καταςέλλειν 220
Καταςολὴ, *veſtitus* 394
Κατάσχεσις, *agri modus* 182
Καταχρᾶσθαι, *vti crebro* 280
Κατείδωλος 213
Κατευθῦναι 94
Κατέχεσθαι (frequentat Philo. ſic de Cherub. p. 115. B, κατεχημένοις ἀνιάτῳ κακῷ et alibi) 143
Κατήφεια 465
Κατοπτρίζεσθαι, *in ſpeculo ſe, vel aliud quid contueri* 304
Κεῖσθαι, de legibus proprie 392
Κέλευσμα, *hortatus* 380
Κεραία, quid? 11
Κηρύσσειν, quid? 4
Κληρονομεῖν cum Accuſ. 10
Κληρονόμος, *poſſeſſor* 250
Κλύδων 454
Κλυδωνίζεσθαι 343
Κοινὸν, *pollutum exiſtimare* 199
Κομίσασθαι, *impetrare, recipere* 442
Comparatiui vſus 74
Κόσμος, quid? 7
Κρίνειν, *decernere, velle* 172

Λ.

Λακεῖν 165
Λαμπρὸς, *candidus* 460
Λειτουργὸς 264
Λήθην λαβεῖν 485
Λιθόστρωτον 159
Λόγιος, dupliciter dicitur 217
Λύειν νόμον 12

M.

Μαίνεσθαι 235
Μαρτυρεῖν τινι 103
Μαρτυρεῖν περὶ, *demonſtrare, docere* 156
Μαςιγοῦν 158
Μεγαλαυχεῖν, vanitatis eſt; σεμνύνεσθαι, honeſtatis 463
Μεγαλεῖον 167
Μεθοδεύειν, μεθοδεία 347
Μεθύειν, *largiter bibere, bene potare* 140
Μέρος. τὰ μέρη 342. ἐν μέρει 367

Μεσίτης

Μεσίτης 332
Μετὰ, *poſt*, cum Genit. 82. *μεθ' ἡμέραν*, pro *ἐν ἡμέρᾳ* 78
Μεταμεληθῆναι et *μετανοεῖν* eadem 64
Μετάνοια 450
Μετατίθεσθαι, *mutare conſilium*, quid proprie 325
Μετέχειν τραπέζης, ξενίων etc. 280
Μετεωρίζεσθαι 116 ſeq.
Μήποτε 56
Μόλις et *μόγις* 480
Μῦθος, *oratio* 487
Μυστήριον 385

N.

Ναυαγῆσαι, *damnum perpeti* 393
Νέκρωσιν περιφέρειν, νεκροφορεῖν 307
Νεώτερον, νεανικὸν, *forte, vehemens* 417
Νηστεία, *ieiunium magnum* 236
Νῖκος, *perpetuitas* 35
Νοσφίζεσθαι, *publica ad privatos vſus auertere* 177. 429
Νύττειν, *fodere latus, pungere* 161

Ξ.

Ξενίζειν 450
Ξηρὰ, *terra continens*, Hebraiſmus 51

O.

Ὄγκος 445
Odium dei aduerſus ſuperbos 481
Ὁδὸν ποιεῖν et ὁ. ποιεῖσθαι 70
Ὁδὸς, *inſtitutum, conſilium* 492
Οἰκία, *cognati* vel *familia* 358
Οἰκουμένη, *orbis* 95
Οἰκουρὸς, οἰκουρία, οἰκουρεῖν 429
Ὁμιλεῖν, *confabulari* 135
Ὁμοθυμαδὸν, *vna, ſimul* 219
Ὁμοιοπαθὴς 468
Ὁμολογεῖν, *promittere, paciſci* 133
Οἰνοφλυγία 480
Ὀπώρα 508
Ὄπτεσθαι τὸν Κύριον 449
Ὁρᾷν, *mente perſpicere; intelligere* 164. 370. *audire* 505
Ὀργὴ, *poena* 130
Ὀχλεῖν 105
Ὀψὲ σαββάτων 67

Π.

Παίζειν, *ſaltare* 286
Παλιγγενεσία (add. *Mangeus* ad locum de Cherub. p. 127. B, *εἰς* ΠΑΛΙΓΓΕΝΕΣΙΑΝ *ὁρμήσωμεν*) 46

Πανοικὶ 208
Πανȣ̃ργος, cum in bonam, tum in malam partem 324
Παρά. οἱ παρ' αὐτȣ̃, *ſui* 72. παρ' ἑαυτȣ̃ 297
Παραγίνεσθαι, *aduenire* 437
Παραδειγματίζειν 2
Παραδέχεσθαι, *probare, delectari aliqua re* 448
Παράδοξα 104
Παραιτεῖσθαι, *vitare* 234. reliqui ſignificatus 404
Παρακαταθήκη, παραθήκη, *depoſitum*, omnino quidquid eſt alterius fidei commiſſum 411. 416
Παράκλησις, *doctrina* 376
Παράκλητος, *monitor, ſuaſor* 153. *cauſſae patronus, deprecator* 496
Παρακολȣθεῖν τινὶ 90
Παρακύπτειν 472
Παραλλαγὴ, μεταβολὴ 456
Παράσημον, *inſigne nauis* vel *deorum* (cf. *Fiſcher.* Ind. Palaephat. v. Ἵππος et Πήγασος, et *Burman.* ad Valer. Flacc. I, 301.) 241
Παραςῆναι, ἐπιςῆναι, de viſis nocturnis 239
Παραςῆναι, *adiuuare* 270
Παραςῆσαι, *commonſtrare, docere* 230. verbum ſacrorum 262
Παρατηρεῖν, *obſeruare*, in bonam et malam partem 71
Παρειμέναι χεῖρες 449
Παρεισελθεῖν, *intrare* 252
Παρέχειν πίςιν 215
Πάροικος 476
Πάροινος 396
Παῤῥησία 147
Participii vſus 26
Participii Perfecti ſignificatio 327
Πατεῖσθαι, *ignominioſe vexari* 130
Πατὴρ, *auctor, effector* 456
Πεζῇ, *terra* proficiſci, opponitur nauigationi (cf. *Mangeus* ad Philon. p. 541. To. II.) 40
Πείθειν 68
Πείθεσθαι et ὑπείκειν, quomodo differant 451
Πέλαγος 234
Πέμπειν, *nuntium vel literas mittere* 185
Πέρας. πέρατα τῆς γῆς, *terrae vltimae*, i. remotiſſimae 36
Perfecti Paſſiui ſignificatio 483 ſeq.
Περί. αἱ περὶ Μάρθαν 150
Περιεργάζεσθαι 389

Περιέχειν,

Περιέχειν, i. ἔχειν 228. pro περιέχεσθαι 474
Περιΐστασθαι, *vitare* 417
Περικάθαρμα, quid? 276
Περικεῖσθαι, *additum eſſe, indui* (conf. *Dorvill.* ad Charit. 2, 4.) 125
Περιπείρειν 409
Περισσεία, de vitiis 458
Περιτιθέναι, *de ornatu*, quo ſenſu dicatur 289. περίθεσις 477
Περιφέρεσθαι 343
Πηγή, pro qualicunque humoris eruptione 75
Πικρία 344
Πιστευθῆναι, *creditum accepiſſe* 247
Πιστόω, πιστωθῆναι 421
Πλεονεξία, *immodeſtia* 344
Πλεονεκτεῖν 380
Πληγή, *peſtis, malum* 508
Πλήμμυρα 108
Πλήν 351
Πληροφορεῖν i. q. πληροῦν 423
Πλήρωμα 364
Πληρῶσαι, *efficere* 204
Πλοῦτος, *copia* 245. 341
Πνεῖν, locutio Homerica. (conf. *Barth.* ad Zachar. p. 283. *Schrader.* ad Muſaeum p. 355. Philo de Ioſ. p. 527. A, τὰ γὰρ στεγόμενα ΠΑΘΗ, μὴ ΔΙΑΠΝΕΟΝΤΑ τοῖς ἀπιστοῦσι λόγοις βαρύτερα) 199
Πνεῦμα, ψυχή, quomodo differant 381. 503
Ποιεῖν ἔξω, ἔγγιστα 179
Ποιμήν. ποιμένες λαῶν 150
Πολιτεύεσθαι, *viuere conuenienter inſtituto, diſciplinae* 226
Πολίτευμα, *ſocietas ciuium, ciuitas* 356
Ποῦς. παρὰ τοὺς πόδας, *apud, iuxta* 225
Πράκτωρ, *miniſter publicus*, i. ὁ δήμιος, ὑπηρέτης 118
Προαιρεῖσθαι, *velle, cenſere* 313 ſeqq.
Πρόγνωσις, *decretum, voluntas* 170
Προετοιμάζειν, i. ἑτοιμάζειν 259
Προθεσμία 332
Προΐστασθαι 430
Προκεῖσθαι, *adeſſe, ſpectare aliquid* 311. 436. 446
Προκοπή 401
Προκόπτειν 99
Προλαβεῖν, *praeſentire* 84
Πρόνοιαν ποιεῖσθαι 265
Προσδοκᾶν, προσδοκία, *metuere, metus* 131
Προσέρχεσθαι, *admirari, ſequi* 405. 441
Προσευκαιρῆσαι 232

Προσέ-

Προσέχειν, *credere*, *aſſentiri* 196. in re nautica pro κατέχειν 240
Προσέχειν τινὶ, *duci*, *delectari quadam re* 398
Προσκληρεῖν, *attribuere*, προσκληρωθῆναι, *coniungi*, *accedere* 209
Προσλαμβάνεσθαι 266. 434
ΠροσΦέρεσθαι, *tractare* 448
Προτείνειν, *obiicere* 225
Πρόφασις 351. 377
ΠροΦητεύειν, *interpretari* 293
Πρωΐα 63
Πτόησις, πτοία, *pauor* 478
Πτῶμα, an πλῶμα νεκρῦ dicendum 55

P.

Repetitio vocum vel earumdem, vel idem ſignificantium 138
Ῥῆξαι int. Φωνὴν 333
Ῥήσσειν, *allidere* 79. *ruere* 109
Ῥυπαρία, ῥυπαίνεσθαι, de vitiis 457
Ῥύσασθαι 93

Σ.

Σαίνειν 378
Σημειοῦσθαι 390
Σκεῦος, ἀγγεῖον, ἀσκὸς, σάκκος, de corpore 379
Σκιάζειν, *tegere* 44
Σκύβαλα, *reiectamenta* 354
Σκυθρωπὸς, *moroſus*, *triſtis* 21
ΣοΦία, σοΦιστὴς, (conf. Cel. *Morus* ad Iſocr. Paneg. init.) 184
Σπαθᾶν, σπαταλᾶν 403
Σπαράττειν, *concutere* 69
Σπερμολόγος, vel, *vilis homuncio*, vel, *nugator* 213
Σήμερον, *perpetuo* 261
Σκεπάσματα, *veſtes*, *tectum* 409
Στέλλεσθαι 387
Στῆναι, *decertare* 347
Στοιχεῖν, *uti* 337
Συγκρίνειν, *interpretari* (pro παραβάλλειν, *comparare*, repudiat Phrynichus. v. *Graeuius* ad Lucian. Soloec. p. 80.) 273
Συγχεῖσθαι, *confundi* 166
Συζητεῖν, *diſſerere*, *diſputare* 181
ΣυκοΦαντεῖν 102
Συλλαβεῖν, *capere* 324
Συμβάλλειν 97
Συμβάλλεσθαι, *adiumentum ferre* 218
ΣύμΦυτος, *inſitus*, *connatus*, *ſimilitudine iunctus* 252
Συναθλεῖν 353

Συναναμίγνυσθαι, *conſuetudine uti* 277
Συναρπάζειν, *in poteſtatem redigere* 112
Συνελθεῖν 2
Συνέχειν 308
Συνίςασθαι 362
Συνίςημι, *declaro* 348
Συντρίβειν ὑπὸ τὰς πόδας 271
Συςέλλειν idem cum περιςέλλειν, *componere* (cf. *Geier*. de Luctu Hebr. c. 5.) 177
Σφαγὴ, vel ἡμέρα σφαγῆς 467
Σφάττειν 498
Σφραγίζειν, *confirmare* (vid. Thom. Mag. et ibi *Triller*. p. 688.) 142. 146. *tutum praeſtare* 269
Σχῆμα, *forma*, *figura* 281
Σῶμα, *cadauer* 126
Σώφρον, σωφροσύνη 428
Σωφρονίζειν, *monere*, *praecipere* 427

T.

Τάττω. τεταγμένοι, *apti* 206
Τεθνάναι. τεθνηκότες, *vitiis obruti* 403
Τελεῖν τὰς πόλεις 29
Τέλειος, quis? 20. de victimis 452
Τέλειοι, *adulti* 294. *adepti laudem* 356
Τελειωθῆναι, *praemium certaminis ferre* 354. 435
Τελεσφορεῖν, *abſoluere* 111
Τέλος, *euentus*, *exitus*, *poena*, *praemium*, *finis* 254. 260
Τετράδιον 203
Τηρεῖν, *obſeruare* 46
Τιθέναι, *facere* 285
Τίκτειν, de terra, *edere*, *fundere* 435
Τὸ praemiſſum enuntiationibus 80
Τόπον διδόναι 264
Τόπος, *conditio*, *ordo* 293
Τρία ταῦτα, vſitata forma ſcriptoribus 292
Τροφὸς pro τιτθὴ 378
Τυγχάνω. τὰ τυχόντα, *vulgaria* 219. εἰ τύχοι, quid? 293
Τύπος et τόπος confuſa 161. pro εἰκὼν, εἴδωλον 191. 286
Τυφοῦσθαι 397. 408. 418

Υ.

Ὕβρις et ζημία quomodo differant 238
Ὑετὸς πρώϊμος καὶ ὄψιμος 467

Ὕλη,

῞Υλη, *ſtrues* 464
Ὑπαχθῆναι, ἀπαχθῆναι 328
Ὑπερβολὴ 305
Ὑπερεντυγχάνειν, ſ. ἐντυγχάνειν ὑπὲρ, *deprecari* 258
Ὑπερέχοντες 476
Ὑπεριδεῖν, *ſuſtinere, ferre, pati* 214
Ὑπέρογκος, quid? 493
Ὑπερῷον, *coenaculum* (vid. *Gataker.* ad Marc. Anton. p. 181.) 164
Ὑποβάλλειν 181
Ὑπόδειγμα, an probum vocabulum 490
Ὑποδέχεσθαι et ἀποδέχεσθαι confunduntur (add. Palaephat. Π. Α. c. 5.) 112
Ὑπομονὴ, *conſtantia* 467
Ὑποτίθεσθαι, *monere* 399
Ὑπόστασις, *fiducia* 313. 440
Ὑποστέλλεσθαι, nunc, *diſſimulare;* nunc, *ſubterfugere* 222. 439

Φ.

Φαίνεσθαι, *adeſſe, ſaluum eſſe* 481
Φάσκειν, *prae ſe ferre, haberi velle* 244
Φέρεσθαι, dicitur nauis, quae vento fertur incerto curſu 238
Φθαρτὰ, *fluxa* 473
Φθείρειν, *laedere, obeſſe alicui* 310
Philo emendatur 191. 289. 302. 393. 438. 446. 458. lectiones defenſae 375. 423. 426
Φίλος et παῖς, promiſcue de amicis regum et principum 461
Φιλοσοφία, *ratio, diſciplina* 363
Φιλοτιμεῖσθαι 268
Φιμοῦν, quid? 283
Φλογίζειν, *cladem inferre, perdere* 464
Φρόνησις, σοφία, σύνεσις 339
Φυσιοῦσθαι 370
Φύσις, *indoles, natura* 340

X.

Χαλιναγωγεῖν 459
Χαλινὸν ἐμβάλλειν 462
Χαρίζεσθαι, *reum in gratiam alterius abſoluere* 172
Χειροτονεῖν 201
Χλευάζειν, *ridere* 168

Χορηγεῖν, *largiri* ſimpliciter 330

Χρηματίζεσθαι, *diuinitus moneri* 3

Χρηματίσαι, *cenſeri*, *haberi* 202

Χρυσίον ἀπολλυμένον 470

Ψ.

Ψηλαφᾷν, *palpare* (ψηλαφητὸν, exſtat de Somn. p. 582. E.) 136

Ω.

᾿Ωδίνειν et συνωδίνειν eadem 258. *parturire* ſimpl. 333

῾Ως eſt verum confirmantis 137

῾Ως, ante praepoſitiones quasdam redundat 213

῾Ως, participiis iunctum redundat 483

῞Ωρα, *tempus fouens* 134

᾿Ωρύεσθαι, quibus de beſtiis dicatur 482

Si quid adhuc, ne quid diſſimulemus, vitii, nos, in accentibus litterisque Graecis, recognoſcentes fefellit, ipſe beneuolus lector, id vbi animaduerterit, tollet.

Digitized by Google

1¼ Lib